





# PRINCIPIA
# THEOLOGIÆ
# DOGMATICÆ

JUXTA
SERIEM TEMPORUM
ET
TRADITIONIS ECCLESIASTICÆ
DIGESTA.

*AUCTORE*
P. MARTINO GERBERT,
*Monacho O. S. B. e Congr. D. Blasii in Silva nigra.*
Em.mi & Rev.mi S. R. E. Cardinalis DE RODT,
S. Q. R. I. Princ. & Episcopi Constant. &c. &c.
*Theologo.*



*PERMISSU SUPERIORUM.*

TYPIS PRINC. MONAST. S. BLASII. 1758.



# PRÆFATIO.



Ne cui mirum videatur & novum, PRINCIPIA THEOLOGIÆ DOGMATICÆ methodo analytica *juxta seriem temporum & traditionis ecclesiasticæ digesta* a nobis esse, instituti hujus rationes hic in limine exponendas duxi.

Eis quidem, qui operis mei theologici, cujus hæc altera in lucem prodit pars, systema ac *συνάφειαν* perspectam habent, & principia naturamque theologiæ dogmaticæ norunt, facile probabitur methodus hæc nostra & consilium, ad veros fontes manuducendi studiosos theologiæ, ac genuina suppeditandi principia dogmatices, quæ in expositione fidei christianæ versa-

tur, quatenus a prima ſua origine intemerata decurrit, & in vera eccleſia inconcuſſa ſervatur.

Iſto a nobis ordine exponuntur, veraque a falſis diſcernuntur, dogmata, prout a legitimis paſtoribus & doctoribus eccleſiaſticis tradita, & contra adverſarios aſſerta ſunt. Auctoritatem horumce paſtorum & doctorum in priore parte, ubi dedimus *Principia theologiæ exegeticæ*, jam vindicavimus; ut præjudicata ſint, quæ, ab illis accepta, hic damus. Quapropter nemo in principiis iſtis theologiæ dogmaticæ demonſtrationem jure deſideret, aut meram narrationem hiſtoricam exiſtimet recenſionem hancce dogmatum catholicorum: quibus plenam deferimus fidem, infallibili eccleſiæ judicio definitis; contrarios autem hæreticorum errores incunctanter rejicimus, eodem eccleſiæ oraculo condemnatos. Conſtat hinc firmitas promiſſi dominici eccleſiæ in PETRO facti: *Tu es PETRUS, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Matt. XVI. 16. Ea quo plures gravioresque impetus ſuſtinuit, eo ampliora habet teſtimonia, præbet argumenta invictæ infallibilitatis ſuæ, tot devictis hoſtibus, per orbem triumphans: quam audent, qui ſunt ab ea proſtrati & dejecti, defeciſſe calumniari, & eluſam velle, ac fruſtrari vocem CHRISTI, verbi divini, dicentis: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Matt. XXVIII. 20.

Veri-

Veritatem hanc demonſtratam accipimus decurſu omnium ſæculorum; veramque religionem in vera eccleſia oſtendimus inde etiam ab origine mundi, primo evangelio promiſſæ redemtionis generis humani, præſtituto tempore per CHRISTUM factæ.

Hæc eſt CHRISTI eccleſia ac vera religio, mundo coævæ, fide primum in CHRISTUM venturum in veteri teſtamento; deinceps autem Verbi Incarnatione conſummata in novo teſtamento, & toti orbi communicata per evangelium, perennatura eſt uſque ad conſummationem ſæculi: quamdiu prædicabitur evangelium in univerſo orbe omni creaturæ.

Seriem hanc uſque ad præſens tempus complectuntur iſtæc PRINCIPIA THEOLOGIÆ DOGMATICÆ, doctrinæ nimirum chriſtianæ; quomodo prædicata ſemper eſt, & prædicatur in vera eccleſia, eadem ſemper atque ſibi conſtans, per traditionem pura & integra ad nos perlata; contra hæreticos ab eccleſiæ doctoribus explicata, atque ad nos traducta, porro ad poſteros transmittenda.

Id ego nunc ago. Seriem religionis ac dogmatum theologicorum compendio expoſitam theologiæ candidatis offero; qui ipſi aliquando, eandem quam traditam acceperunt, alios debebunt docere; prædicare fidelibus populis & con-

tra falſos dogmatiſtas tueri, ut eadem incorrupta ſemper conſervetur fides & traditio: qualiter hucuſque factum fuiſſe ex ipſo hoc opuſculo diſcent theologi. Quibus ſperamus operam noſtram non inutilem fore: dum uno veluti obtutu faciem eccleſiæ, qualis omnibus temporibus uſque ad præſentem diem fuit, cernere ipſis licet, atque brevem haurire notitiam doctrinæ, doctorumque catholicorum, quibus inhæreant; & hæreticorum, a quibus ſibi caveant. Eſt hæc neceſſaria præparatio, ſuntque iſta principia prius tenenda tironibus, quam in ampliſſimum campum theologicum ſeſe immittant: in otio ſcholaſtico hæc ſunt prælustranda viæ compendia, ut tuto in ſtadio theologico decurrant.

Nec ſunt aliena judicanda ab inſtituto, ac ſi hiſtorici potius quam theologici ſint operis, in quibus traditionis eccleſiaſticæ filum ducitur, ac vertitur cardo veritatis catholicæ adverſus novitates quascunque, ſeu hæreſes, noſtri præſertim temporis, contra quas hoc veluti Palladium eſt catholicorum, quo ſalvo, tuti ſunt ab inſultu proteſtantium. Theologorum vero orthodoxorum hic præcipuus eſt labor indagandæ traditionis, & doctrinæ avitæ in eccleſia conſervatæ, ab ea in & extra concilia a paſtoribus & doctoribus, ſanctis patribus & theologis explicatæ; quam hic collectam ex omnibus ſæculis in compendium redegimus, illis etiam uſui futurum, qui aliud quam theologicum ſectati

ſtudium

ſtudium aliquid amplius quam ſimplicem catecheſin diſcere volunt, docti & occupati in aliis diſciplinis: quibus jucundum ac utile erit, invariatam doctrinam, varium autem conſpectum eccleſiæ diverſis temporibus intueri, & quid circa religionem inſigniter geſtum ac transactum ſit, noſſe, quam per ſingula ſæcula ac epochas certas, a mundi exordio hic habent diſpoſitam.

Quodſi alicubi a vero aberraverim, & ſecus, quam eſt, fata aut fidem eccleſiæ retulerim, præter mentem id accidit: qui eccleſiam magiſtram reveritus, nihil alienum ab ejus doctrina ſciens volensque ſuſtineo. Nec etiam eccleſia extorribus aliquid falſi imputare, aut injuriam facere, vel quemquam aſperius excipere in animo habui, veritatis amans & pacis, qua nihil exoptabilius, præſertim noſtro hoc tempore, quo eam tot ſchiſmata & bella perturbant: & ſæpe animorum commotio, & præjudicia, opinioque ſiniſtra plurimum valent, ad pervertendum judicium non vulgi tantum, ſed doctorum etiam; ut quotidiana experientia non inter diverſas tantum ſectas religionis, verum etiam ſcholarum demonſtrat. Sed diſpar eſt cauſa & periculum longe maximum ubi controverſiæ agitantur cum diſpendio unitatis eccleſiaſticæ, in tot partes ſciſſa hodie eccleſia, non in integris tantum regionibus, ſed oppidis etiam præſertim in noſtra Germania, unde diſſidia ſunt orta, & pacis ſpem eripiunt; niſi DEUS animos conciliet, quod faxit!



# SUMMARIA.

## PRINCIPIA THEOLOGIÆ DOGMATICÆ.

### SECTIO I.
### DE DOCTRINA SACRA ANTE CHRISTUM.

#### *Caput I.*
#### De necessitate, & primordiis religionis, doctrinæque revelatæ.

§§. 1. *Religionis necessitas,* 2. *Ac finis per naturam patefactus,* 3. *Et per revelationem.* 4. *Ad liberationem generis humani.* 5. *Ad felicitatem æternam, aut infelicitatem.* 6. *A Moyse descripta origo religionis,* 7. *Statusque primævus.*

#### *Caput II.*
#### De religione Noemica novis post diluvium pactis, & præceptis.

8. *Diluvii veritas, servata per arcam in familia Noe vera religione.* 9. *Doctrina Noemicæ religionis, ejusque corruptio.* 10. *Novum cum Abrahamo pactum.* 11. *Quibus capitibus præcipue constiterit.*

*Caput III.*

## Caput III.

### De Mosaica religionis forma.

12. *Singularis populi Judaici electio.* 13. *Ac lex caeremonialis, CHRISTI typus.* 14. *Usque ad CHRISTUM.* 15. *Judaeis peculiaris, aliis a salute non exclusis.* 16. *Judaeis saepe deficientibus, & in varia schismata abeuntibus,* 17. *Ac diversas sectas,* 18. *Reliquum orbem idololatria inundante.*

---

# SECTIO II.

# DE FIDE CHRISTIANA A NATO CHRISTO USQUE AD DEFECTIONEM IN ORIENTE.

## Caput I.

### Christianae religionis veritas, ac mira propagatio.

19. *CHRISTI promissi Messiae adventus.* 20. *Rejectis Judaeis eum non recipientibus.* 21. *Gentiles autem maxime renitentes.* 22. *Brevi summo miraculo conversi.* 23. *Divina virtute, non humanis auxiliis.* 24. *Ac religione, sua se sanctitate commendante.*

## Caput II.

### Fidei, ac ecclesiae christianae propagatio, & status saeculo primo.

25. *Ecclesiae fideique christianae primordia* 26. *A CHRISTO,* 27. *Et apostolis,* 28. *Petro imprimis, & ejus successoribus,* 29. *Fides per orbem disseminata,* 30. *Ab haereticis*

*reticis lacessita*, 31. *Ab apostolis asserta*, & *in concilio vetus lex abolita*, 32. *Aliis conspirantibus doctoribus.*

## *Caput III.*

## Fidei, ac doctrinæ christianæ ratio, ac propagatio sæculo secundo.

33. *Fidei status*, & *propagatio sæculo secundo.* 34. *Hæreses*, 35. *Circa creationem*: 36. *Ac redemtionem.* 37. *Concilia.* 38. *SS. Patres*, & *doctores.*

## *Caput IV.*

## De fatis religionis christianæ, & propagatione veræ fidei sæculo tertio.

39. *Fidei incrementa sæculo tertio.* 40. *Schisma Novatianum.* 41. *Controversia de rebaptizandis hæreticis.* 42. *Hæreses.* 43. *Hæresis Manichæorum.* 44. *Concilia.* 45. *Doctores*, *imprimis S. Irenæus.* 46. *Tertullianus.* 47. *S. Cyprianus.* 48. *Origenes*, & *alii.* 49. *Victorinus.*

## *Caput V.*

## Flos religionis christianæ sub principibus christianis sæculo quarto.

50. *Immanitas persecutionum cadentibus paulatim persecutoribus.* 51. *Præsertim sub Constantino christianam fidem amplectente*, & *fovente.* 52. *Primi tamen etiam christiani principes internam pacem turbant.* 53. *Nec externæ cessant persecutiones præsertim sub Juliano.* 54. *Nec internæ*, *primum schisma Donatistarum.* 55. *Hæresis Ariana.* 56. *Et aliæ occasione Arianæ natæ.* 57. *Atque ab Arianis disseminatæ ab Eustatio*, *Aerio.* 58. *Unde etiam varia schismata orta.* 59. *Aliæ hæreses*, & *schismata.* 60. *Sacra*

*usa in conciliis agitata oecumenicis Nicano & ntinopolitano. 61. Alia a ob haresin Arianam, alias hareses. 63. De-s pontificum. 64. Do-christiani, ac primo La-us, 65. Eusebius. 66. S. Athanasius. 67. S. Hilarius. 68. SS. Basilius, & Gregorius Nissanus. 69. S. Gregorius Nazianzenus. 70. S. Ambrosius. 71. S. Cyrillus Hierosolymitanus. 72. Alii defensores fidei catholica, 73. Ac scriptores de haresibus.*

## *Caput VI.*

### christianæ vigor, & conservatio sæculo quinto.

*Flos, & propagatio fi-;. Tranquillitas inter-tibus turbata. 76. My-a redemtionis humana erunt, primum Pela-77. Semi-Pelagiani. 78. iani praeunte Leporio. tychiani. 80. Excitata turba. 81. Ac schisma mum. 82. Concilium um. 83. Motus ejus in oriente. 84. Chalce-e concilium. 85. Concilia particularia celebria. 86. Doctores, imprimis S. Chrysostomus & Gaudentius Brixiensis. 87. S. Hieronymus. 88. S. Augustinus doctor gratia. 89. Cujus doctrinam alii defenderunt, alii aversati sunt. 90. Studia doctorum circa Incarnationem. 91. Scriptores historia ecclesiastica. 92. Scripta Dionysii, vulgo Areopagita ad hac tempora referenda.*

## *Caput VII.*

### fidei ecclesiæ status sæculo sexto perturbatus.

*Turbata ecclesia res culo. 94. Ob veteres po-quam novas hareses. 95. n conciliis variis dam-ac tria capitula in generali V. 96. Doctores avita fidei vindices in oriente, 97. & occidente. 98. Inter quos Gregorii duo, ac magnus excellit.*

SECTIO III.

# SECTIO III.

# DE FIDE CHRISTIANA DEFECTIONE IN ORIENTE USQUE AD DEFECTIONEM IN OCCIDENTE.

## Caput I.

### De religione christiana paulatim sæculo septim deficiente apud orientales.

99. *Religione in occidente efflorescente, in oriente Mahumedanorum secta surgit.* 100. *Quæ se ipsam licet destruat, facile tamen undique grassatur.* 101. *Interius etiam ecclesiam hæreses inj stant.* 102. *In conciliis proti ta,* 103. *Et a doctoribus c tholicis, fidei depositum co servantibus.*

## Caput II.

### Fidei christianæ sæculo octavo status, & incr menta in occidente.

104. *Fides in occidente magis magisque efflorescens.* 105. *Hæreses exortæ hoc sæculo,* 106. *Et in conciliis protrit* 107. *Doctores fidei traduct ad posteros transmittentes.*

Caput III.

Caput III.

e orientalis totalis defectio, integra in
ccidente conservata fide sæculo nono.

*issima demum eccle-talem sub Photio t. 109. Alias vix t exorta. 110. Concilia, quibus unitas & fides ecclesia constituta. 111. Dogmata per scriptores posteritati integre transmissa.*

Caput IV.

onis christianæ status sæculo decimo.

*et afflictus fuerit mana status, 113. ex orta sunt nova 14. Ac concilia ple- mpata christi reformationem. 115. Doctores tamen integritatem fidei conservarunt, scriptisque propagarunt.*

Caput V.

cclesiæ & fidei catholicæ sæculo undecimo.

*tus ecclesia in oc- oriente confirmato 117. Hæreses exorta, 118. In conciliis damnata, 119. Et a doctoribus fidei catholica vindicibus.*

Caput VI.

SUMMARIA.

## Caput VI.

Fidei christianæ ratio, & conservatio sæculc decimo.

120. *Spes redintegrandæ ecclesiæ collapsa.* 121. *Hæreses veteres, & novæ.* 12: *cilia.* 123. *Doctores illi*

## Caput. VII.

Religionis christianæ facies sæculo decimo t

124. *Fidei incrementa exigua.* 125. *Hæreses deterrimæ.* 126. *Concilia celebria. Ac doctores insignes.*

## Caput VIII.

Ecclesiæ, & doctrinæ christianæ, theologi ratio sæculo decimo quarto.

128. *Turbatus ecclesiæ status maxime ob schisma magnum,* 129. *Et hæreses.* 130. *Concilia,* 131. *Et docto: plerique scholastici.*

## Caput IX.

Ecclesiæ uniendæ, & fidei conservandæ i sæculo decimo quinto.

132. *Fata ecclesiæ, religionisque christianæ.* 133. *Hæreses.* 134. *Conciliorum contentio malis ecclesiæ me* 135. *Doctorum studia ligione.*

SECTIO I

## SECTIO IV.

## RIES RELIGIONIS AC DOCTRI- CHRISTIANÆ A DEFECTIONE IN )CCIDENTE USQUE AD PRÆSENS TEMPUS.

### Caput I.

**a religionem, ac fidem innovationes variæ in occidente sæculo decimo sexto.**

*Infausta occidentalis ecclesiæ tempora, in se- discissæ.* 137. *Lutherano-* . 138. *Sacramentario-* . 139. *Anabaptistarum,* *ocinianorum.* 140. *Quibus ecclesiæ auctoritas opposita præsertim in concilio Tridentino, & aliis.* 141. *Atque ab orthodoxis doctoribus asserta est, & conservata avita fides.*

### Caput II.

**igionis, ac fidei catholicæ fata sæculo decimo septimo.**

42. *Turbæ, & bella fidei* *a.* 143. *Novæ sectæ inter* *beranos.* 144. *Inter Cal-* *istas.* 145. *Usque ad exi-* *n religionis, sensusque de* *O.* 146. *Ex catholicis hæreses novæ, & errores orti.* 147. *Auctoritate ecclesiæ damnati.* 148. *Nova theologiæ dogmaticæ facies; ac studium doctorum pro fidei integritate.*

Caput III.

## Caput III.

## Præſens religionis, ac doctrinæ chriſtianæ c ditio, ac ſtatus.


149. *Religionis ſtatus hodiernus in orbe,* 150. *Præſertim in occidente.* 151. *Novi Lutheranorum errores, uſque ad Fanaticiſmum.* 152. *Apud Calviniſtas uſque ad Naturaliſmum.* 153. *Co verſia inter catholicos. Quibus eccleſiæ auctorita terceſſit.* 155. *Studia ſi laria theologorum.*



PRIN



# PRINCIPIA THEOLOGIÆ DOGMATICÆ.



## SECTIO I.

## DE DOCTRINA SACRA ANTE CHRISTUM.

### CAPUT I.

*De necessitate, & primordiis religionis, doctrinæque revelatæ.*



§. I.

Suapte natura apti, factique sunt homines, non solum ad cognoscendum, verum etiam colendum DEUM: *unde* oritur RE- Religionis necessitas,

A LIGIO

LIGIO, seu studium DEO cultum, & honorem debitum præstandi.

*Institut. L. IV. de vera sapientia. c. 28.*

*Hac enim*, inquit LACTANTIUS, *conditione gignimur, ut generanti nos DEO justa, & debita obsequia præbeamus, hunc solum noverimus, hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti, DEO religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit.* Ad hoc autem præstandum a rerum conditore facultatibus naturalibus instructi sumus præ cæteris creaturis irrationalibus: quæ tamen ipsæ in eum finem sunt conditæ, ut homo earum contemplatione, ac usu etiam, ad DEUM creatorem assurgat; eum laudibus celebret, gratumque se, & devotum exhibeat pro utilitatibus maximis, quas a cæteris creaturis percipit: quæ tantæ sunt, ut stulti homines cultum, quem rerum auctori impendere debuissent, rebus ipsis præstiterint.

*Demonstrat. evang. Lib. IV. c. 6. &c.*

Hinc cultum idolorum, ac astrorum imprimis, dudum EUSEBIUS advertit, originem suam trahere: quod, dum angeli hominum custodiæ addicti, eos ad astrorum contemplationem excitassent, ut ex his insignioribus naturæ operibus magnitudinem conditoris agnoscerent, illi excellentiam quidem admirantes, rebus ipsis cultum divinum impenderint. Eousque vero processerunt, ut, quibuscunque ex rebus utilitatem sperabant, aut damnum timebant, illas colerent.

Illi autem, qui recte sapiunt, satis intelligunt, ex minimis æque ac maximis rebus sapientiam conditoris elucere, ac undique radios divinitatis ex operibus naturæ, & providentiæ emicare. Etsi etiam fines, ususque rerum singularum non sciunt; ex illis tamen,

quæ

quæ noverunt, & emolumentum aliquod capiant, agnoſcunt alias res etiam ſuas utilitates habere; ac undique reperiunt, unde ad celebrandum divinum Numen aſſurgant; nec nuda contenti admiratione, ad religionis officia porro dirigunt. *Non poteſt*, inquit idem LACTANTIUS, *religio a ſapientia ſeparari, nec ſapientia a religione ſecerni: quia idem DEUS eſt, qui & intelligi debet, quod eſt ſapientiæ; & honorari, quod eſt religionis. Sed ſapientia præcedit, religio ſequitur: quia prius eſt, DEUM ſcire, conſequens colere.*

*Vid. S. Chryſoſt. hom. 12. de ſtatuis Hom. 6. in Geneſin. L. IV. Inſtitut. de vera ſap. c. 4.*

## §. II.

# Ita, per agnitionem, cultumque DEI, finem in operibus divinis intentum proſequimur, gloriam DEI, noſtramque felicitatem.

Ac finis per naturam patefactus,

DEUS omnia propter ſemetipſum operatus eſt, & per providentiam moderatur; non quod utilitatem aliquam, aut acceſſionem gloriæ propriæ capere a creaturis poſſit, ſed ut ab entibus rationalibus, atque adeo ab homine agnoſcatur, & colatur. Dum enim ratio divinas perfectiones intelligit, voluntas incenditur, connato deſiderio felicitatis, ad fruendum tanto, ac unice ſummo bono, ejusque amorem concipit ſuper omnia. In hoc præcipuus religionis actus conſiſtit, ſimulque DEI gloria, & noſtra felicitas, in fruitione ſummi boni.

Amor autem divini numinis, atque cognitio voluntatis illius, ad actus religioſos omnis generis impellit: uſum omnium faculta-

tum corporis & animæ, ad laudem & gloriam ſupremi Numinis unice dirigit, tam ſeipſum quam cæteras creaturas omnes creatori ſuo devovendo: qui licet ſibi ſufficientiſſimus ſit, non poteſt tamen non propter ſe omnia velle fieri, & ad ſe dirigi. Cæteræ quidem res ſuapte natura ita ſunt conditæ, & ordinatæ, ut D E I gloriam annuncient, ab ente rationali agnoſcendam; homo autem pro libertate ſua ſpontaneum præſtat D E O obſequium, & religioſum cultum, ad quem per naturam intellectus & voluntatis, ſi recte his utatur facultatibus, manuducitur: dum intellectus veritatem, voluntas autem felicitatem unice intendit, in D E I cognitione, & amore: quibus rebus maxime perficitur tum intellectus, cum voluntas, omnia ad D E U M referendo, ſe maxime, nobiliſſimam creaturam. Huc collimare debent actiones omnes ſecundum conſtitutum a D E O finem, ejus voluntatem a nobis cognitam intellectu, per promptiſſimum voluntatis obſequium ubique implendo in omnibus.

Et quoniam ex rebus viſibilibus D E U M inviſibilem agnoſcimus, ac ſpiritualem, cujus etiam naturæ nos ipſi ſumus; imitari pro modulo noſtro divinas, quæ nobis manifeſtantur, perfectiones, & adumbrare debemus, atque ad cultum divinum dirigere; ſicut ipſe omnia ordinat ad ſe ipſum providentiſſime, ſapientiſſimeque, optimus maximus rerum ſtator.

## §. III.

t per re-
elatio-
em,

Non ſolum per naturam, ac lumen rationis ad debitum D E O cultum

præ-

præstandum inducimur, sed etiam per revelationem DEUS voluntatem suam manifestavit, ac normam præscripsit, quomodo coli a nobis velit, prosequendoque suam gloriam æternum felices esse possimus, etiam postquam excideramus hac beata sorte.

Hæc in *theologia nostra exegetica* jam sunt tractata: ubi de doctrina sacra egimus ex verbo divino revelato, ac voluntate DEI nobis manifestata: quomodo damnum projectæ divinæ gloriæ, ac amissæ felicitatis restaurari debeat, per religiosum cultum, qualem a nobis DEUS exposcit. Naturaliter quidem ferimur erga DEUM summum bonum; at per rerum præsentium usum abducimur. Dum vero in hoc mortali corpore degimus, ignari, quid post mortem nobiscum futurum sit, a DEO per revelationem edocemur; multoque de DEO præstantiorem cognitionem accipimus, quam per naturam rerum, mysteria sublimissima edocti. Interim ad eum finem omnia collimant, ut DEUM agnoscamus, & gloriam ejus cum felicitate nostra conjunctam consectemur.

Huc tendit doctrina revelata, atque media præscribit, subsidiaque ad manum præbet salutaria, congruenter quidem naturæ nostræ, ut pro libertate arbitrii obsequendi, renitendique facultas adsit, interim gravissima proposita pœna infelicitatis summæ incurrendæ, si refragarios nos exhibeamus. Inde religio dicitur, obstrictis nobis, ac religatis obligatione

maxima erga ſuprèmum Numen; non ſolum in officiis D E O præſtandis, quæ natura ſibi relicta agnoſcit, ſed in aliis quibuscunque, quæ D E O viſum fuerit ultra imponere: ut nos, a rebus omnibus aliis abſtractos, ſibi unice vindicet, obſtaculis remotis ac defectibus, in naturæ noſtræ proclivitate ad ea, quæ a vera felicitate ſunt aliena, & divinæ gloriæ adverſantur: cum tamen ſicut omnia a D E O prodierunt, ita ad eum ſint referenda. Revelatio autem nobis notitiam omnem pandit huc neceſſariam multo melius, quam natura; in illis etiam, quorum naturaliter cognitionem aliquam habere poſſumus, ac debemus: circa creationem rerum, ac generis humani, ejus defectionem a ſummo bono, per transgreſſionem divini præcepti, adhæſionemque vili creaturæ, contemto Numine ſuperba voluntate, ut ei ſimiles eſſemus. Quo non obſtante D E U S bonitate ſumma hominem lapſum reſtituendi conſilium cepit, obſervatis juſtitiæ legibus, qua læſæ majeſtati ſatisfieret, nec genus humanum periret, exceptis illis, qui uti tanta gratia detrectant: D E O ſapientiſſime providente, ne omnes ita in perditionem irent, ſecundum prava corruptæ, & in malum pronæ naturæ deſideria, ac ſtudia: via commonſtrata in gratiam ſecum redeundi præmio, & pœna propoſitis, felicitate ipſa, eaque æterna: qua nihil magis intereſt hominis, ac neceſſario anima immortalis ad eam fertur.

Sic ſpem inter, & metum continetur homo, & undique conſtringitur ad religionis cultum in amando ſummo bono, quo aliquando æternum felix ſit, ac beatus poſt hanc mortalem vitam, corpore etiam aliquando ite-

rum

rum resuscitato, postquam in pœnam peccati in pulverem redactum fuerit. Hæc summa est doctrinæ revelatæ, præscriptis insuper officiis religionis quoad omnes facultates, externis, & internis mirifice conspirantibus, ratione, & revelatione, natura, & gratia: dum omnia ad cognoscendum, & amandum DEUM, fruendumque summo bono diriguntur, ac spectant, tam in hac, quam altera vita: quibus rebus cultus simul divinus, quem a creatura rationali petere potest, constat, & divina gloria, hominisque felicitas.

Necesse autem fuit per revelationem hæc omnia patefieri, quia natura ipsa innatum felicitatis appetitum nec satiat, imo sua corruptione, & in malum pronitate, ab ea deflectit incessanter, contra DEI voluntatem & præstitutos fines. Quod dum fit, iratum redditur Numen; homo autem placandi illud nec modum novit, nec etiam per se, creatura vilis cum sit, DEO creatori satisfacere potest, etiamsi pœnitentiam agat: qua sola jus læsum non reparatur, aut injuria DEO illata sarcitur; sed opus est mediatore tali, qui dignus, aptusque sit ad satisfactionem DEO præstandam: ut homo iterum in gratiam recipi mereatur, & culpa sua amissas vires, & subsidia, jusque ad felicitatem recuperet, ac peccata expiet. Igitur sapientissimum Numen Messiam destinavit, ac statim, lapso primo parente, promisit: dum novum fœdus cum homine inire dignatus est, mutuis promissionibus, pactisque conditionibus singulari gratia: cum pro supremo dominio potuisset absolute obsequia omnimoda requirere.

## §. IV.

d libe- itionem eneris umani,

Est hæc religio christiana; quæ tamen non demum a CHRISTO, in plenitudine temporis nato, ortum ducit; sed inde repetenda est, cum primum protoparens ADAMUS lapsus universum genus humanum secum in perniciem, ac damnationem abduxit, inde autem enitendi spem in CHRISTO liberatore accepit.

Homo, veram religionem inquirens, ante omnia in se ipsum redire debet, secumque perpendere, unde sit, & qualis sit. Dum disquirit, unde sit, intelliget se ex nihilo ortum, omnia sua DEO conditori debere: dum autem in se cogitationem reflectit, ut videat, qualis sit, naturæ quidem præstantiam facile deprehendet; simul autem congenita pravitas, & corruptio plurimis argumentis in se, ac aliis omnibus, ejusdem naturæ consortibus, ADAMI filiis, luculentissime se prodet.

Hæc si cum iis conferimus, quæ nobis humani generis historia enarrat in scripturis veteris testamenti, nullum dubium relinquitur, quo nos vertere debeamus, ut e profundo miseriæ emergentes, ad pristinam felicitatis metam possimus aspirare: freti unice auxiliatricibus divini Numinis manibus, quibus ex barathro perditionis extrahamur, ac ultimum, in quem conditi sumus, consequamur finem. Ex parte DEI conditoris, curatorisque nostri

stri summa quævis hic sese objicient; ex parte autem nostra nil nisi corruptio, & in perniciem proclivitas. Utraque autem æque considerandа sunt, & in mentem revocanda: ut inde fiducia in DEUM optimum maximum, hinc diffidentia in nos ipsos exurgat. Hæc omnia vera religio docet, ac simul ad manus dat salutaria remedia opitulandi, & in pristinum statum per CHRISTUM salvatorem reducendi lapsum, atque felicitate sua excidentem hominem.

Nec latere nos sinit utrumque statum, tam in quo conditi sumus, quam in quem nostra culpa decidimus, doctrina cœlestis, revelatioque divina. Extra hanc divinam revelationem, dum alii, quæ præstantia sunt in hominibus tantummodo uteunque spectarunt, superbiam nutriverunt, & vanam jactantiam; alii, dum vilitatem, depravationemque sine remedio ex propriis viribus solum attenderunt, in desperationem sunt acti; alii, in utrumque aciem mentis intendentes, naturam ipsam accusarunt, quin suam agnoscerent culpam; omnes autem corruptione, pravitateque abducti, magis magisque in profundum perditionis sunt demersi; nisi qui principiis veræ religionis imbuti, projecta in CHRISTUM liberatorem fiducia, sese erexerunt, eo mediatore in gratiam cum DEO redierunt, virtuteque ex alto roborati, emensi sunt, in quem conditi sumus, finem felicitatis æternæ.

## §. V.

Huic religioni, quin totum se addicat homo, hæsitandum non est, cum

Ad felicitatem æternam,

aut infelicitatem.

cum felicitatem æternam in ipſo DEO ſummo bono propoſitam habeat; incurios autem, & tantam poſthabentes ſalutem, malum ſummum, ac infelicitas æterna manet.

Ipſa naturæ humanæ perverſitas, cæcitasque mentis facile hominem revocat a ſerio ſtudio felicitatis, primum in altera, poſt hanc vitam, quærendæ, exſpectandæque. Rerum præſentium uſura, quam caduca etiam ſit, ad ſe trahit pondere corruptionis inſitæ. Abſentia bonorum promiſſorum, quam ampla etiam ſint, ac ſumma, non ita afficiunt, allectantque, ſicuti quæ naturæ in malum pronæ bona apparent eſſe, cum non ſint. Accedit ipſa religionis facies, ac lux, quam nobis affert; ſed tantummodo caligantibus cernitur oculis, nec bona ventura plene detegit, myſteriisque involuta eſt. Certitudinem quidem ex una parte ſummam habet; ſed dum eam aſſequi homines aliis ſtudiis, præſentisque vitæ curis diſtenti, minus laborant, incerti, aut omnino curam ſalutis abjiciunt, aut ſaltem non tantum ſatagunt, quantum opus eſt, ad propoſitam felicitatis metam.

Illi, qui obliti imbecillitatis intellectus humani, rationi plurimum dant, nihilque niſi pervium ſuæ perſpicaciæ in animum admittunt, ac credere volunt, citius ac periculoſius errant: ita perplexi, ac dubii redduntur, ut ſæpe religionis ſenſum penitus deponant; quæve de ſtatu alterius vitæ docemur, pro figmentis, & terriculamentis habent: alios etiam perſæpe ceu credulos, & ſuperſtitioſos ſubſanniunt.

niunt, seque solos sapere existimant, ac magnos se spiritus (*forts esprits*) & sagacitatem jactant, dum revera stultissimi sunt mortalium.

Insania maxima est contemtu religionis, quæ nobis pollicetur felicitatem summam alterius vitæ, periculo infelicitatis æternæ se exponere ob fluxa hujus vitæ bona, suapte mille amaritudinibus refertæ, perpetuis malorum vicissitudinibus occupatæ, ac demum per mortem terribilem uno momento finiendæ; dum semper timor damnationis perpetuæ mentem pulsat, percellitque: quæ in altera vita manet eos, qui præsentibus student, religionis officia negligunt.

Eo autem gravior erit damnatio eorum, qui DEO hæc revelanti, vitam & mortem æternam in arbitrio hominis ponenti, non credunt, aut in dubio relinquunt, an altera post hanc futura sit vita æternum felix, aut infelix: dubiositate autem, ac incredulitate sua, tales homines, si etiam ratione fundata esset, & verum ipsi tenerent, nihil lucrantur. Nec etiam paululum illud belluinæ securitatis locum habere potest, cum primum memoria suggerit, ac cogitatio mentem incessit, de æternis malis in altera vita insecuturis: & continuo ob oculos versatur timor, ac periculum mortis, præsentis vitæ bonis finem uno momento impositurae. Hæc vel sola mortis recordatio gustum voluptatum, ac sensum aufert, etiamsi nihil post hanc vitam timendum, aut sperandum foret.

Dum vero præsens vita undique malis referta comperitur, desolati, sine meliore spe, in illis degunt mali, ac irreligiosi homines; boni autem, ac DEUM timentes in malis etiam se facile solantur æternorum bonorum promissione

sione, ac veris bonis fruuntur, in hac etia[m]
num vita, in studio virtutum, quæ solid[am]
delectationem habent homine rationali dign[am]
voluptates autem delectationem habent ca[du]
cam, ac brutis communem accepturæ per m[or]
tem finem, si nulla daretur immortalis vi[tæ]
felicitas aut infelicitas æterna. Vid. Bl. P[A]
SCHALIS. *pensées sur la religion.*

## §. VI.

A MOYSE descripta origo religionis.

Seriem, ac formam religio[nis]
prout ab origine sua inde a mun[di]
primordiis decurrit, primum MO
SES litteris consignavit; ex illius a[u]
tem dictorum, ac historiæ sincerit[ate]
religionis hujus veritas ipsa, ac di[vi]
nitas demonstratur.

De hac re jam in theologia exegetica tra[cta]
vimus: unde suapte conclusio fluit ad præ[sens]
institutum, de unice vera, inter tot falsas, [re]
ligione, scripturis nostris innixa, atque
illis a prima sua origine descripta, histori[am]
simul ac legem, totiusque religionis form[am]
complexis.

ISAACI PEYRERII de Præadam[itis]
errorem jam olim cabalistas Judæos err[are]
probat RICHARD. SIMONIUS (epi[stu]
lis ad ipsum PEYRERIUM datis) qui al[iud]
genus hominum ante ADAMUM fingeb[at].
Non solum probare singulari exercitatione fu[it]
versibus 12. 13. 14. cap. quinti epist. D. PA[U]
LI ad Romanos, verum etiam in *systema th[eo]*
*logicum* singulari opere conatus est redig[ere]
ac stabilire, dictus auctor I. PEYRERI[US]

condi

conditi orbis, atque generis humani originem ducendam haud esse ab ADAMO, sed peccati illius solummodo: contra apertam scripturæ litteram, in qua ab ADAMO primordium creationis nostræ repetitur.

Dum primum sacer aperitur codex, mundi a DEO facta creatio occurrit, ipsiusque hominis ad imaginem suam, quem omnibus corporis, & animæ dotibus ad statum tam sublimem instruxit. Attamen longe alium se homo sentit, quam, a DEO primum conditus, a MOYSE describitur: dum rebellis nempe privari meruit donis illis naturæ humanæ, divina gratia in statu integritatis concessis, eandem sortem posteritate omni subeunte: sicuti si parens quispiam bonis suis a rege ob scelus multatus in exilium missus fuerit, præmiis ob bene gesta propositis revocatis, idem infortunium filii juste sufferunt, nisi principis benignitate iterum in gratiam recipiantur digna præstita satisfactione. Hoc faciendum per CHRISTUM mediatorem, ADAMO lapso benignissimum Numen statim indixit; ut sicut per unum peccatum in omnes pervenit, ita per unum in omnes, nisi ipsi refragentur, indulgentia veniat, atque expiatio, justitia simul & misericordia summa, ac DEO digna.

Hæc omnia nos primæ docent sacræ scripturæ paginæ, primum quidem a MOYSE conscriptæ: quæ tamen non solum a verisimilitudine non abhorrent, verum etiam cum experientia constanti humanæ naturæ, qualem quivis sentit, optime conveniunt. Eo autem tempore, quo a MOYSE res perscripta est, paucarum personarum traditione genuina haberi potuit, & demonstrari relatio

ob

ob vitæ longævitatem. Deinceps autem
que ad nos non solum per scripturæ p
nitatem facile perferri omnia potuerunt
rum etiam per populi illius, cui scriptu
læ consignatæ sunt, ad præsentem usque
perseverantiam hodieque certi reddimu

Reliquarum gentium historia non solu
hil in contrarium habet Mosaicæ hist
verum etiam, si quæ aut fabulis inv
aut jugi traditione ad posteros delata sun
postea litteris sunt commissa, cum narra
Mosaica haud obscure conveniunt: ut a
tis jam est declaratum, demonstratum
quantum licuit etiam ex poeticis scripti
creatione mundi ex chao, de PROMET
mentem cœlo auferente, ac corpus h
num animante, aureo sæculo, statuque
gritatis: de dæmone ob JOVIS, seu J
VÆ offensionem cœlis deturbato, hu
generi infesto: de longævitate hominum
gigantibus &c.

Nec vero Judæis crimini dari potest
ab illis conficta esse ea demum ætate,
primorum temporum res oblivione d
fuerint diu apud homines. Scripta e
apud varias sectas, Judæis infensas, d
eadem manent, præsertim apud Samarit
ipsos etiam christianos, ac semper pro
nitus inspiratis apud hos omnes sunt h
Nec aliquid hac divina origine indigna
tinent, sicuti nec ipsa religio: quæ o
præscribit officia erga DEUM, nos i
ac cæteros homines, in usu facultatum
nium, ad præstitutum summæ felicitat
nem, receptione in gratiam secundum a
simas justitiæ, & misericordiæ leges:
homo sponte sua libertate abusus primu

lig

ligionis officium erga DEUM conditorem suum, ac benefactorem summum deseruit, divinum mandatum observatu facillimum transgressus.

## §. VII.

**Religionis forma initio admodum implex, licet summe necessarios tantum complecteretur articulos, ut eo facilius traditione orali ad posteros propagari posset, cito tamen contaminari cœpit.**

Statusque primævus.

De illo jam loquimur religionis instituto, quod lapsum hominis secutum, protevangelium continet; quod primum ADAMUS ipso ore divino edoctus posteris denunciavit, per patresfamilias potissimum deinceps propagatum; accedentibus nihilominus sæpe specialibus revelationibus, & commercio familiari DEI cum hominibus.

Palmare autem dogma fuit promissio MESSIÆ, semen mulieris. Ejus edendi spem jam concepisse EVAM CAINUM, & SETHUM enixam videntur verba in partu edita innuere, ipsaque nominis impositio. Quin imo huc referri possit ingens patriarcharum propagandæ prolis desiderium, ut etiam piissimi ABRAHAM, & JACOB ancillas superinducerent. Et forte filiarum LOT facinus, parentem ebrium ad concubitum inducentium, hinc occasionem accepit. Nec desunt, qui existiment, posterorum SETHI cum familia CAINI connubia

קניתי איש את יהוה: *Gen. IV.* 1.

bia successu temporum invaluisse : quo
ſtimarent, post septimam generationei
ledictionem CAINO factam sublatan
communemque cum filiis DEI promissi
ac prærogativam restitutam, de gen(
MESSIA.

Sacrificiorum institutio indidem ortun
habebat, atque eodem spectabat, ad r
tionis mysterium: sicuti econtra sabbı
lebratio creationis beneficium spectabat,
quo a creando DEUS cessarat, sanctifi(

Non defuit quidem unquam religio
societas, ecclesia DEUM rite colentiu
redemtionis beneficium in suam utili
vertentium; at statim etiam perversitas
ruptioque in aliis victrix evasit; initio
a CAINO ADAMI filio, ex quo
ceps infelix filiorum hominum propago
rum civitatum distinctionem induxit,
.. XV. S. AUGUSTINUM, cœlestis, ac
e civit. stris: quarum illa amori DEI usque ac
)EI. temtum sui ipsius, altera amorem sui
ad contemtum DEI pro fundamento l
quandoquidem basis religionis omnis, &
plementum amor est. *Sors nostra sistit*,
le peccat. ta eundem sanctum doctorem, *in causa*
rig.n.28. *rum hominum, quorum per unum ve*
*dati sumus sub peccato, per alterum re*
*mur a peccatis; per unum præcipitati J*
*in mortem, per alterum liberamur ad vi*
*quorum ille nos in se perdidit, faciendo v*
*tatem suam, non ejus, a quo factus est*
*nos in se salvos fecit non faciendo volun*
*suam, sed ejus, a quo missus est: in b*
*ergo duorum hominum causa proprie*
*christiana consistit.*

CAPU

# CAPUT II.

## *De religione Noemica novis post diluvium pactis, & praeceptis.*

### §. VIII.

Vix mille annorum intervallum humanum emenſum fuerat genus, cum jam omnis caro corrumperet viam ſuam, ut divina vindex juſtitia, diluvio univerſum orbem inundante, perdere ſtatueret, pietate, ac religione in ſola NOE familia, ſervata per arcam.

Diluvii veritas, ſervata per arcam in familia NOE vera religione

Sapientiſſimo DEI conſilio, ac bonitate ſumma non ſolum per arcam familia NOE cum univerſis animantibus terræ diluvii aquas evaſit; verum etiam religio vera, eccleſia ad paucos redacta, paucorum horum hominum ope, ac teſtimonio iterum excrevit, conſervata eſt, fidelibus teſtibus ad poſteros orali traditione eſt propagata; rerum antediluvianarum memoria paucorum hominum opera a prima ſua origine traducta eſt illibata. NOE enim cum patre LAMECH, & avo MATHUSALEM ſexcentos fere annos vixit: MATHUSALEM vero cum ADAM ultra duo ſæcula, & LAMECH cum eodem ADAMO plus quam dimidium ſæculi vixit. Filii quoque NOE diluvii tempore jam centena-

tenarii fuerunt, & primus eorum SEM cum MATHUSALEM sæculum fere vixit, ut unius, alteriusque personæ intercapedine totum traditionis filum ad longa post diluvium tempora perductum sit.

Multorum porro sanctorum patrum testimonio feruntur reliquiæ arcæ adhuc multis post CHRISTUM sæculis superfuisse. Recentiores vero auctores testimonia collegerunt ubertim, quibus conservata memoria primævarum rerum apud omnes gentes, etiam Americanas teste ROSSÆO perhibetur. Et quamvis Græci duo referant diluvia, Ogygium & Deucalioneum; observat tamen D. COLBERGIUS, circumstantias, quæ occurrunt, in historia non sinere dubitare, quin narrationis fundamentum sit Noemicum diluvium: hincque colligitur etiam saltem reliquias religionis divinitus revelatæ apud varias gentes fuisse conservatas: cujus rei certe plurima vestigia supersunt.

Sapientia vet. &c. Dissert. I.

Nostris temporibus, quando omnis religionis sensus apud multos exspiravit, reperti sunt, qui historiam diluvii, arcæque exsibilarent, ac miris exagitarent modis; alii contra rem vindicarunt, quamvis non omnes eadem felicitate; ita, ut quidam suis commentis ulteriorem subsannandi occasionem præberent, dum nimis hic omnia ex naturalibus causis explicare niterentur. Memoranda cumprimis THOMÆ BURNETII *Theoria telluris sacra:* qui tamen sibi in animum induxit, non nisi sua methodo expediri posse, apud MOYSEN, & PETRUM descripta diluvii phænomena. Aliis autem hoc minime persuadere potuit: qui & suas singulares excogitarunt hypotheses ex aquis superiori-

rioribus, aut inferioribus terræ, etiam come-tis. Arcæ fabricam ad regulas architectoni-ces exegerunt nonnulli, inter quos præcipui STURMIUS, & PELLETERIUS singulari dissertatione de arca NOE: item-que de arcæ conservatione tempore diluvii: ut irreligiosis omne cavillandi demeretur ar-gumentum. Nec illi sunt omittendi, qui probandum suscipiunt conservatam diluvii me-moriam in numis ad hodiernum usque diem superstitibus Apameesium, & Magnetum: aut piscibus petræfactis, aliisque fossibilibus fi-guratis, quæ hodie magna cura colliguntur, atque in argumentum diluvii producuntur.

## §. IX.

Eadem fuit quoad substantiam re-ligionis forma post diluvium, quam antea ad cultum divinum, exspecta-tionemque MESSIÆ relata; nec diu incontaminata permansit: præsertim post dispersionem Babylonicam ido-lolatria inundante.

Doctrina Noemicæ religionis, ejusque corruptio.

Septem recensentur Noemidarum præcepta hoc ordine: 1. *De cultu extraneo.* 2. *De ma-ledictione nominis sanctissimi.* 3. *De effusione sanguinis*, seu homicidio. 4. *De revelatione turpitudinum*, seu illicito concubitu. 5. *De furto*, & *rapina.* 6. *De judiciis*, seu regi-mine forensi, ac obedientia civili. 7. *De mem-bro animalis viventis non comedendo.* Quo-rum septimum tantum proprium censent, at-que ad NOE tempora revocant: *Gen. IX.* 4.

relatum. Rabbini hæc primum distinxerunt ceu leges *proselytorum domicilii* tantum, non *justitiæ*: qui ad professionem totius Judaicæ legis per circumcisionem recipiebantur.

Melius res ad principaliora capita revocatur de DEO creatore, reparatoreque generis humani post lapsum per venturum MESSIAM, qui abolito peccato justitiam, & spem vitæ æternæ redditurus esset credentibus. Cujus exspectatio præcipue in sacrificiis protendebatur, ac sacramento quodam initiationis in fidelium numerum cooptatio fiebat. Primum sacrificium a NOE in gratiarum actionem post diluvium factum, DEO præprimis placuisse in scripturis memoratur: quod non suapte virtute præstitit, sed MESSIÆ, ac pietati NOE in acceptis ferendum haud dubie est: unde DEUS iridem posuit: sive jam fuerit antea, sive non: in signum non fore, ut deinceps universum genus humanum perderetur inundatione aquarum. Sicuti autem ritus sacrificandi ad redemtionis commemorationem spectabat, ita sabbati festivitas in creationis memoriam erat: quæ, quoniam non æque apud omnes gentes deinceps post apostasiam celebrata est, sicuti sacrificandi ritus, idcirco concludi non debet, quod non obtinuerit. Plurimum tamen firmatur celebrior in venturum MESSIAM: qui sanguine suo sit redemturus genus humanum: constans apud omnes, per universum orbem, gentes sacrificandi cultus: qui sine ratione typica nec rationi, nec cultui divino congruit: ut ab ingenio humano receptus fuisse credendus haud sit, ad divinum placandum Numen; sed a DEO primum institutus, a veris DEI cultoribus in repræsentationem satisfa-

tisfa-

tisfactionis, redemtionisque rite observatus, ut sic traditione hac ad omnes gentes dimanarit, etiam postquam variis modis a vera apostatarunt religione: ut nunquam deleri potuerit objectum unicum fidei salutaris in CHRISTUM; licet doctrina ipsa corrumperetur.

Corruptio autem magnis gressibus aucta, cito in idololatriam adolevit. Ejus exordium mox a CHAM NOE filio repetitur, scelere primum in patre commisso, dum ejus nuditatem irreverenter irrisit. Sunt hodie, qui crimen illud nimis exagitant, atque adulterium fuisse dicunt cum propria matre, uxore NOE. Alii contra CHAMUM eo usque extollunt, ut eundem eum cum MELCHISEDECH faciant: JURIUS nimirum, qui peccatum illius tantummodo typicum fuisse sciscit, eorum repraesentans petulantiam, qui res, quas absconditas DEUS voluit esse, detegere, profanaeque adeo curiositati suae providentiam divinam, ejusque mysteria prostituere audeant. Melius alii ebrietatem NOE, duce S. Jo. CHRYSOSTOMO, excusant vitii virtutem prius haud experti. De impietate CHAM in DEUM etiam refert Jo. CASSIANUS ex antiqua traditione: quod non solum magiae, commercio cum daemone, deditus fuerit; verum etiam in laminis metallorum, ac lapidum artis hujus praecepta insculpserit, jam ante diluvium ab impiis imbutus.

*Vid. J. Hahn, Νῶε ἄγυμνος. Herrman. van der Harth. Petr. Jur. hist. crit. dogmatum. c. 10. &c. Hom. 4. & 29. in Gen. Collat. 8. c. 20.*

Nec desunt, qui idololatriae origines ante diluvium statuunt: sed communior ORIGENIS, CYRILLI ALEXANDRINI, aliorumque sanctorum patrum est sententia, post diluvium inolevisse, eique originem dedisse

se communem hominum in magnis calamitatibus morem, ut in extrema abeant. Sic severi DEI in atheismum antediluvianum animadversione, mortalium mentes perculsas in adversum superstitionis, & idololatriæ vitium proruisse. S. EPIPHANIUS initium idololatriæ ad hoc tempus refert primum per colores, & effigies, dein per simulacra, quibus naturam pro auctore naturæ coluerunt; exordio haud dubie ducto ab insignioribus corporibus cœlestibus, quibus putat EUSEBIUS primum cultum impensum esse, oculis ac mente ad ea erectis sine simulacris; hominibus item celebrioribus, potentioribusque ac dæmonibus qui opem in magicis artibus ferebant religiosus cultus primum est impensus.

*De hæres. Lib. I. c. 2.*

*Præpar. evang. Lib. I.*

## §. X.

Novum cum ABRAHAMO pactum

Deinceps vera religio in HEBERI familia potissimum conservata fuit donec DEUS cum ABRAHAMO singulare iniret fœdus, ac familiarius cum eo, filiisque ageret. Alibi etiam vestigia se produnt non penitus extinctæ avitæ traditionis doctrinæ sacræ.

Filius NOE, quingentis annis post diluvium usque ad quinquagesimum ISAAC annum superstes, res antediluvianas, ad seriem religionis posteritati seræ commendare potuit cum aliis. ABRAHAM, & ISAAC etiam filiis idem commiserunt sine dubio, ipsi etiam frequenti cum DEO commercio beati

Non

Non semel tantum jussu DEI e terra nativitatis suæ evocatus est ABRAHAM, quamvis certa profectionis ejus epocha difficultate non careat. Varie autem tentatus ac comprobata ejus fidelitas est, etiam de filio ISAAC sacrificando. Recentior Anglus nomine THOMAS CHUBB simplicitati ABRAHAMI illudit, quod serio putarit, DEUM hanc voluisse cædem, ipseque jam in eo fuerit, ut divinum impleret præceptum, quod facere non debuisse eum putat. Ex male intellectis verbis מאור, oppido Chaldææ, fuerunt, qui religionis causa ABRAHAMUM ex igne Chaldæorum, seu Chasdæorum divina ope illæsum prodiisse assererent. Varia etiam est existimatio doctorum de ABRAHAMI facto, dum uxorem suam exposuit periculo incontinentiæ, eam sororem suam dicendo, cum esset uxor.

*Th. Chub collat. diss tractatuum, Tr. 19.*

Ex ipsa autem hac historia constat, commercium DEI cum aliis hominibus extra familiam ABRAHAMI. Quod argumento est, alibi veram religionem non penitus exolevisse. Præsertim autem hoc ex MELCHISEDECHI historia conjicitur, qui ABRAHAMO ex bello reduci obviam factus est: variæque de eo fuerunt doctorum omni tempore sententiæ, præsertim quod PAULUS eum sine matre, & patre fuisse dicat: unde alii eum filium DEI fuisse sunt rati: alii, inter quos etiam ORIGENES, & DYDIMUS, HIERONYMO teste, angelum saltem: alii ENOCHUM, SEMUM, aut etiam CHAMUM, ut paulo ante memoravimus. Quin typus fuerit CHRISTI, dubium non est, ac probabilius regulus quis erat cujus alias non memoratur in scriptura

*Epist. ad evang.*

genealogia, ut vel inde haud incongrue typi rationem doctores repetant.

Hinc autem patet, præter ABRAHAMUM fuisse sinceros, ac præstantes DEI cultores, CHRISTUM præstolantes. Quod etiam de LOTH, socio itinerum ABRAHAMI, dicendum est. Nec non de JOB, cujus plerique ætatem ponunt inter tempora ante, aut sub initium legis Mosaicæ. Sunt, qui in hunc numerum referunt BALAAM, qui, licet moribus corruptus, neutiquam tamen pseudo-propheta fuerit. JOBO ejus etiam amici jungi possunt, ut liber, ejus nomine inscriptus, haud obscure innuit: commemoratque familiaritatem DEI cum JOB, ac singularem circa eum in bonis, malisque providentiam. Unde mirum non est, multa ei mysteria innotuisse, ac edere potuisse oracula, spemque certam, & claram cognitionem de CHRISTO habuisse. S. CHRYSOSTOMUS refert, suo tempore celebrem fuisse in Arabia vel ipsum JOBI fimum, quem residuum existimabant, atque ad eum a longinquis accurrebant terris. *Fimus* inquit, *omni throno regio venerabilior est Ex throni namque regii aspectu nullum erit spectantibus lucrum, sed temporalis duntaxat delectatio, nullam habens utilitatem: ex fimo JOB autem viso omnem quis capiet utilitatem, & disciplinam multam, & exhortationem ad patientiæ rationem. Itaque multi nunc longam, & transmarinam peregrinationem a terræ finibus in Arabiam suscipiunt ut fimum illum cernant, & conspicati terram deosculentur, quæ illius victoris certamina, & cruorem omni auro pretiosiorem suscepit.*

*S. Chrys. hom. 5. ad pop. Antioch.*

§. XI.

## §. XI.

**Pactum DEI cum ABRAHAM factum, singularem habuit MESSIÆ ex semine ejus orituri promissionem, firmatum injuncta circumcisione, additisque promissionibus aliis de multiplicando semine, ac possessione terræ Canaan: facta postea adhuc specialiore, ex tribu JUDA orituri MESSIÆ, promissione.** Quibus capitibus præcipue constiterit.

GENEBRARDUS in chronographia latius deducit doctrinæ capita Abrahamidæ stirpi commissæ: sed aut communia sunt aliis temporibus, aut recapitulantur in unico de promisso ex semine ejus MESSIA, atque per varios typos præfigurato. Nec circumcisio alio spectabat, quod initiationis sacramentum fuit ad accipiendam redemtionis gratiam, obsignandamque etiam in ipsa carne factam promissionem, orituri ex semine ejus MESSIÆ. Sic circumcisionis ritus religionis speciem insignem inducit, similiter ac juramenti sacramentum ABRAHAMO usitatum *Genes.* *XXIV.* 2. *XLVII.* 29. juranti, manu femoribus admota. *Lib. I. p. 70. &c.*

Neutiquam HOBBESIO adstipulandum est, qui primum, excepto fœdere ante lapsum, DEI cum hominibus, pactum hoc ipsum Abrahamicum fuisse contendit. Apertioribus tamen promissionibus, frequentioribus apparitionibus, & familiaritatis dignatione majori, prot-evangelium ad ADAM, & posteros factum, cum ABRAHAMO fuit

obfirmatum. Hinc etiam firmius fuit apud ABRAHAMI posteros, sine singulari aliqua corruptione præsertim idololatriæ, quæ extra familiam ABRAHAMI undique invasit. Videtur nec a proximis stirpis electæ penitus abfuisse, ut colligere licet ex Teraphim LABANIS a RACHELE raptis: licet variæ de illis sint sententiæ, aliis asserentibus, fuisse tantum imagines majorum memoriæ causa servatas. Hinc in historia MICHOL LXX. intt. ea interpretantur κενοτάφια: alii magicis artibus, incantationibusque usui fuisse dicunt: alii proprie sic dicta idola esse volunt. Quod labem haud levem inureret JACOB; qui longo tempore non horruerit ea in domo commorari, ubi idolorum cultus obtinuerit.

---

# CAPUT III.

## *De Mosaica religionis forma.*

## §. XII.

*Singularis populi Judaici electio.*

Fœdus, ac testamentum divinum cum populo Israelitico per manum MOYSIS ex Ægyptica servitute educto splendidissimum fuit: forma reipublicæ sacræ & politicæ instituta, Israeli propria, ac peculiari.

Omnia accuratissime litteris sunt consignata, ac constituta per MOYSEN, jussu, ordinatio-

dinationeque divina. Opus tam grande suscepit vocatus a DEO primum ex rubo, & deinceps in omnibus instructus: quo per majores vero remoras, & difficultates effectum omnia ivit, eo ampliora divinæ virtutis specimina edidit, quibus digitus DEI manifeste apparuit.

Primum pervincenda fuit PHARAONIS populum ex Ægypto dimittere recusantis obstinacia, ac obduratio mentis summa: ut signa, & prodigia multiplicanda fuerint, PHARAONE statim ad genium redeunte, cum primum Ægyptus periculo liberata fuit, sublatis eadem divina virtute plagis, quæ ad nutum MOYSIS illatæ sunt; donec tandem post enecationem primogenitorum, vitæ suæ timens dimitteret populum. At mox iterum pœnitentia ductus cum persequeretur, undis cum exercitu suo submersus in mari rubro periit, quo stupendo miraculo, divisis aquis, Israelitis sicco pede transeundi copiam fecit. Undique divina comparuit virtus, magorumque conatibus effectum est, ut magis exsplendesceret, quam ut obscuraretur; qui dum æmulari nitebantur, ope dæmonum, prodigia, confusi semper recesserunt.

Populo in libertatem vindicato, non cessarunt portenta, fuitque adhuc familiarior DEI cum MOYSE conversatio, data lege Synaitica, sacris constitutis, pacto fœdere, donec in promissam terram Canaan introducerentur Israelitæ. Ea quidem exspectata sors nec ipsi MOYSI obtigit, ob diffidentiam in propitium Numen, nec murmuranti, atque ad tanta miracula incredulo populo, ita ut quadraginta annis in deserto subsisterent; sed nec tunc unquam divinæ præsentiæ, virtutis,

tis, providentiæque singularis argumenta d fuerunt, DEI sese ad montem terrifice m nifestantis, columnæ nubis per diem, ignis per noctem perpetuo præeuntis, ac oculos versantis, aquæ amaræ per injectum gnum dulcatæ, aquæ, repetita vice baculi ict e petra ubertim elicitæ, coturnicum catervati ad cibum concessarum, ignium divinitus imm sorum, serpentis ænei a peste solo aspec sanantis, virgæ AARONIS florentis, v ctoriæ de Amalecitis ad erectionem manuu MOYSIS reportatæ: aliaque, quæ frust hac demum ætate lacessere increduli, ac ir pii sunt conati, duce SPINOZA: cu ejusmodi sint, quæ naturaliter transigi nc potuisse se ipsa produnt. Conficta autem es multo minus suspicio vel levissima esse p test: quippe cum integra historia gentis Ju daicæ intime, ac necessario sit complica his rebus & connexa, qualis deinceps sen per usque ad præsens tempus decurrit; s cra, fataque omnia gentis illius complect tur, perseverantibus miraculis, atque præd ctionibus sese manifestantibus: quarum mu tæ populo illi sunt adversæ, quæ nihilom nus in scriptis suis referunt, atque in fat hodieque ferunt. Proximis autem post MOY SEN temporibus ea debuerunt esse constar ter conspicua, quæ in ipsa lege, sacris suis ac politia constituebantur: e. g. sanatio le præ, aquæ zelotypiæ, proventus cujusqu anni septimi tanta ubertate, ut in tres anno sufficeret: ipsa gentis in terram promissan conductio, conservatioque usque ad MESSI adventum. Fuit hæc singularis promissio po puli Judaici in peculium recepti, bonis im pertitis temporalibus, ac conservato reipub

licæ

licæ ſtatu. Non quod hæc ſola temporalis proſperitas integrum fœdus confecerit, nec etiam vitam futuram, felicitatemque æternam ſpectarit; ſed quod pertinuerit ad MESSIÆ adventum, aliquando ex populo Judaico orituri.

## §. XIII.

Totus ille rituum, ac cæremoniarum legis Moſaicæ apparatus ſanctiſſimum, ſaluberrimumque habet ad CHRISTUM redemtorem humani generis reſpectum; nec aliquid cultu divino indignum continet, aut, ut aliquibus eſt viſum, cum gentilium ſuperſtitionibus in ſua origine commune habet; licet genti Judaicæ ſit peculiaris ſecus ac *moralis*, nec in ipſo chriſtianiſmo abrogata, aut mutata. Ac lex cæremonialis CHRISTI typus

In lege Moſaica doctrina de MESSIA, ac ſalute per eum aſſequenda novis revelationibus eſt aucta, ſub variis typis repræſentata. Nec ferenda eſt SPENCERI irreligioſitas, qui in libris de legibus Hebræorum ritualibus id egit, ut ritibus, ac cæremoniis profanam ex gentilium ſuperſtitionibus tribueret originem, in quarum præſcriptione DEUS uſus ſit quadam συγκατάβασει. Cum potius tenendum ſit, quidquid ſimile quadantenus in cultu religioſo apud gentiles obtinuerit, ac conveniens cum ritibus

Judaicis,

Judaicis, id horum æmulatione inductum
levisse. Aut si jam forte ante MOYSEN
aliquid apud gentiles observatum fuisse sci
ex priorum patriarcharum imitatione in u
abiisse potius credi debet: circumcisio e. g.
xime vero ritus sacrificandi: cujus soli Ju
dignam cultu DEI veri rationem reddere
terant, in christianismo sublatis umbris, ty
que patefactis in sacrificio CHRISTI, a
tisfactione pro peccatis nostris: supposita
ctrina de lapsu humani generis a MOY
ante omnia in Genesi relato, ac peccato
riginali agnito: quo negato mirum non est
centiores præsertim SOCINI principiis
nutritos, inter quos nominandus est
CLERICUS, non satis digne de cultu
saico loqui, qui mole, varietateque cære
niarum Judæos onerabat, & sine mystic
gnificatu inanis est. Et ita quidem fuit q
quid rituum ejusmodi apud alias gentes,
ter Judæos, doctrina de MESSIA non
butas, locum habuit: aut qualem etiam
cæcati Judæi hodieque sensum habent
nalem. Apud christianos autem multo
stantior geritur opinio de Levitica leg
CHRISTI nomine per orbem nato;
solis Judæis abscondito, cum antea illis
lis fere manifestus esset. Quam rem DI
MUS insigniter ex ipso CHRISTI n
ne illustrat. *Ita*, inquit, *CHRISTI
men bene olens ante adventum ejus in
Israelis populo versabatur, quasi Judæa
inclusum. Notus in Judæa DEUS; i
rael magnum nomen ejus. Quando a
coruscans in carne sua Salvator, in
versam terram, quin potius in omnem
turam ostendit vocabulum suum impleto*
*qu*

*Vid. Jo. Clerici hist. eccl. proleg. Sect. 1. c. 8.*

*Didymus de Spiritu S. p. 501.*

*quod dictum est; quam admirabile est nomen tuum in universa terra.*

Nititur doctrina hæc articulis fundamentalibus fidei veteris testamenti: quos MOYSI amplius manifestatos, quam antea fuerint, & nos in superioribus explicavimus, atque a MOYSE populo patefactos, dubitandum non est, sacræque scripturæ produnt; licet obscurius in veteri testamento, quam in novo mysteria sint declarata, quæ ad personam, officia, statum MESSIÆ, connexamque de sanctissima Trinitate doctrinam spectant: ut nihil dicam de immortalitate animæ, ac vita æterna: quæ doctrinæ capita etiam paulo ante notatus Jo. CLERICUS aliique hodie, vix cognita fuisse in veteri testamento ausi sunt asserere. *Apud Hebræos V. T. scriptores, aut altum ea de re silentium esse, aut adeo obscuram significationem, ut Pharisæorum potius traditioni majorum, quæ quando cœpisset, aut unde manasset, non constiterit, quam revelationi divinæ scriptis consignatæ debere sibi viderentur.* Quæ res ferit protestantes *traditionis* inimicos: qua sola ante legem scriptam recepta dogmata religionis capitalia conservata, sub lege Mosaica, & vel ipsis ritibus, cæremoniisque in memoriam revocata jugiter sunt: quæ, ut jam diximus, hac consideratione abjecta nec DEO, nec ipso homine immortali anima instructo, atque ad æternam felicitatem destinato, dignæ fuissent.

*Jo. Cler. hist. eccl. proleg. S. 1. c. 8.*

Ita autem, quæ in veteri testamento, *ad litteram* sumta, ad præsentem tantum vitam referuntur, atque ad historiam etiam spectant, insuper rationem *mysticam* habent: unde non in ritibus solum, sed personis etiam, ac gestis

typi

typi latent. Fuerunt autem, qui in utramqu partem impingerent, duce ex una parte COC CEJO, ex altera HUGONE GROTIO quorum ille ubique, hic nuspiam CHRI STUM in veteri testamento reperiisse dici tur. Quamvis ille præ isto magis sit fe rendus error: atque nexus, harmoniaqu veteris, & novi testamenti, imo ipsa veteri testamenti natura flagitet: ubi omnia in figu ris contingebant: ut studiose evolutionem hu jusmodi figurarum indagemus, velum detra hamus, umbrarum veras icones inquiramus Sed caute distinguenda ingenii proprii in venta, & cogitationes a latentibus veritatibus ac veris, certisque typis, quorum quorun dam tantum explicationem D. PAULU suppeditat.

Alia legis moralis Mosaicæ est ratio, ub umbræ, & figuræ cessant, quæ in novo te stamento adhuc locum habet, mirificusqu hic consensus veteris, & novi testamenti de prehenditur; dum utrinque charitate DEI, proximi fundamenti loco posita, officia erg DEUM, & proximum præsertim in decalo go tam quoad actiones internas, quam exte nas, corpus, & animam, cogitationes, verb & opera præscribuntur, vel potius præcep *negative* posita, quid in tanta ad malum pro clivitate, naturæque corruptione omittendu sit, constituitur.

## §. XIV.

Usque ad CHRISTUM.

A MOYSE usque ad CHRISTUM populo Judaico per JOSUE in ter ram promissam introducto, sacer, & civilis status, ac respublica mutu sibi

# ni juncti, per varia fata, ac vicissi- dines steterunt, celebriore etiam ligionis cultu, instaurato postea mplo, ac solemnibus ordinatis sa- is.

Post MOYSIS mortem (quem a Judæis lapidatum fuisse, postquam mare pedibus transierant, nescio qua auctoritate asserit S. CHRYSOSTOMUS) JOSUE DEI jussu populum in terram promissam induxit, circumcisionem, quæ quadraginta annis in deserto cessarat, & pascha, quod semel tantum eo temporis tractu celebratum legitur, instauravit. Post cujus mortem felicia, aut infelicia experti sunt fata, prout cultum divinum excoluerant sub JOSUE, ac judicibus succedentibus: summi autem sacerdotes AARONI sunt substituti: ELEAZARO primum ab ipso MOYSE inaugurato in monte Hor, regione Mosera: sic expeditur difficultas, quæ multis interpretibus crucem fixit, dum in libro Numer. in monte Hor, in *Deuteron.* autem in Mosera mortuus dicitur AARON. De successoribus autem AARONIS usque ad proximiora regibus tempora scriptura fere silet.

*Hom. 5. in epist. ad Corinth.*

*Num. XX. 29.*
*Deut. X. 6.*

Sub regibus novum splendorem nacta est Judaica religio, jamque etiam, ex qua familia oriundus esset MESSIAS, per prophetas divina inspiratione est proditum: DAVIDIS nimirum ex stirpe, typum SALOMONE filio referente, qui templum ædificavit ecclesiæ figuram. Solemnis autem fuit templi inauguratio, arca fœderis, unacum sacra supellectili, ac vasis ei illatis. Quod tamen

*2. Reg. VII. 12.*

fata varia perpessum est, deficientibus sub ROBOAMO decem tribubus, regibusque, ac populo Israelitico Judaicoque sæpius in idololatriam lapsis, exordio ab ipso SALOMONE ducto. Non tamen DEUS defuit, missis prophetis extraordinariis, quorum scripta supersunt, qui sub regibus sunt vaticinati, sub primo, & secundo templo usque ad MALACHIAM ultimum. Non quod penitus postea cessarit usque ad CHRISTUM omnis extraordinaria revelatio, atque divinitus inspiratorum hominum successio, ut nos docent libri Machabæorum, & quidam alii ex deutero-canonicis; sed quod in canonem Judæorum recepti haud sint, clausum sub initia posterioris templi: in quo nec arca fœderis illata permansit; omnibus propius ad Messiæ receptionem dispositis, ob cujus adventum majorem gloriam secundi templi futuram prædictum est; fidesque labascit tertii ab HERODE extructi templi. Quidquid autem sit, templum dirutum hodieque manet: ejusque rei, præter vivas Judæorum querelas, in arcu TITI triumphali ad tempora nostra habetur monumentum lychnuchus, quem in templo pacis, unacum mensa sacra, cæterisque vasis, dedicatum esse JOSEPHUS commemoravit: hodieque operæ pretium merito eruditi duxerunt, illustrandi, atque in lucem proferendi sacrum lipsanon. Alii contra rem in dubium vocant, quod in basi aquilæ, aliorumque reptilium, aquatiliumque animantium figuræ appareant. Vid. Hadr. RELANDI de spoliis templi Hierosf. lib. sing. In historia Lausiaca de S. MACARIO Alexandr. refertur, quod usque ad sepulchra magorum PHARAO-

NIS

NIS Jambre, & Mambre penetrarit, dæmonibus infeſtata tunc adhuc.

## §. XV.

**Lex Levitica, per MOYSEN data, ıgulariter quidem ad gentem Juıicam pertinuit; non tamen ideo reıuæ gentes a primo fœdere, ac 'ot-evangelio excluſi fuerunt: quin iam non uno modo locum in ſyıgoga habuerunt.** Judæis peculiaris, aliis a ſalute non excluſis,

Quæ per proto-parentem, & poſtea per NOE propagata fuit religio, atque ſalvifica annunciata doctrina eſt, præſertim de MESSIA Salvatore mundi, eam qui conſervarunt, a ſalute excludendi haud ſunt, durante etiam Moſaica lege Judæis peculiari. Et ſicuti exempla ſuppetunt, vel ex ipſa ſcriptura, atque a nobis ſupra quædam ſunt allata, eorum, qui in diſperſione gentium depoſitum, traditionemque avitam primigeniæ fidei conſervarunt; ita incredibile haud eſt, deinceps etiam alibi ſemen benedictum eſſe conſervatum, aut etiam a Judæis excitatum fama, & celebritate.

Parum quidem gentiles rerum hebraicarum ſategerunt. Saltem poſterioribus temporibus, ex quibus certa ſuppetunt monumenta hiſtorica, Judæorum memoria rarior eſt apud ſcriptores. De prioribus autem res nititur plerumque conjecturis: quænam ex fabulis ad hanc gentem ſint referenda. Bella certe cum vicinis populis identidem geſta ignorationem

penitus non tulerunt rerum Judaicarum ap
gentiles: præsertim duplici emigratione, q
Israelitæ in captivitatem duplicem abdu
sunt, tam tribus Judà, quam reliquæ dece
in regno Israelitico: quæ etiam non red
runt, per gentes dispersæ eousque, ut si
qui etiam in Americam translatos pute
Israelitas.

*Vid. Th. Spizel. in elevat. relat. Montezin. de repertis in America tribubus Israel.*

Accessit deinceps scripturarum in græc
linguam translatio, ac ingens studium Juda
rum, proselytos justitiæ, & portæ facienc
quorum illi integræ sese subdebant Mosai
legi: quemadmodum legimus Idumæos p
HIRCANUM victos ad circumcisione
& legis Mosaicæ observantiam certa con
tione fuisse coactos. Proselyti autem por
observatione præceptorum Noemicorum sal
tem consecuturi Judæis credebantur: hal
bantque atrium suum in templo, & forte
tiam locum quemdam in synagogis, pau
tim undique terrarum extructis, ubi erudieba
tur. Putat JURIUS hos esse, qui in actib
apostolicis σεϐόμενοι, φοϐούμενοι τόν Θε
& εὐσεϐεῖς, viri religiosi, DEUM colent
& timentes vocantur, quorum ingens fue
numerus, per Judæos, nihil tale cogitantes,
CHRISTUM præparatos. Quorum etia
causa concilium Hierosolymitanum de leg
libus sit habitum: indeque natum decretu
de Idolothytis, sanguine, suffocato,
fornicatione, quæ sunt ex Noemicis præc
ptis. Qui cum a Judæis exspectatione
MESSIÆ hausissent, ad fidem in CHR
STUM promtiores erant, ut eum pro ME
SIA facile haberent. Hoc enim capitale fi
dogma ante CHRISTUM, unacum n
titia casus humani: ut sæpius probavit

*Hist. crit. dogmat. & cultuum &c. c. 6.*

AUGU-

AUGUSTINUS contra Pelagianos, qui, negato peccato originali, necessitatem etiam fidei in CHRISTUM ante CHRISTUM negabant. *Definivit enim*, inquit, *PELAGIUS, quod non ex fide incarnationis CHRISTI antiqui vixerint justi; quia videlicet nondum in carne venerat CHRISTUS.* Vid. ejusdem lib. de peccato, originali *cap.* 24. *&c.*

*S. Aug. contra Julian. Lib. II. c.* 188.

## §. XVI.

**Varia identidem corruptio infecit salutarem doctrinam, a MOYSE institutam Leviticam legem dum Israelitæ deserunt, in idololatriam collapsi. Nec schismata defuerunt: inter quæ Samaritanum pertinacius ad hodiernum usque diem perseverat.**

Judæis sæpe deficientibus, & in varia schismata abeuntibus,

Quo ipso tempore MOYSES in monte diutius cum DEO moratus, legem digito DEI scriptam in tabulis acceperat, Israelitæ moræ pertæsi vitulum aureum Deum sibi conflarunt. Varia quidem hodierni Judæi figmenta proferunt, quibus crimen illud excusent; sed frustra omnino, scriptura nimis clare scelus prodente. Exemplum haud dubie sumserunt pravum ab Ægyptiis, qui boves adorarunt Apin, & Mnevin: unde etiam subinde שור taurus pro עגל nominatur idolum. Deinceps autem varia gentium idola, ac sacra Baalim, Astaroth, Moloch, Beelzebub, Rennon, &c. non infrequenter susceperunt: ac postea di-

viſo regno, iterum vitulorum cultus in regno Iſraelitico decem tribuum conſecratus eſt, præter aliorum numinum ethnicorum venerationem, tam in regno Juda, quam Iſraelis pro libidine, & populi in idololatriam proclivitate.

Iſraelitæ in cultu ſuo ſimilitudinem quamdam affectabant ſacrorum Judaicorum, etiam poſtquam, novis inductis colonis in regnum Iſrael, *Samaritaniſmus* exortus eſt. Secundo *Regum XVII.* 28. refertur, novam hanc coloniam tuto Samariam habitare non potuiſſe, donec cultum DEI Iſrael diſcerent; at ſchiſma nihilominus perſeveravit, imo magis invaluit; dum Samaritani ab ædificatione templi ſecundi excluſi eſſent, & MANASSES ſacerdos ab uxore extera recedere detrectans, ad Samaritanos deficeret, conſtitutus ſummus ſacerdos novi templi in monte Garizim erecti, atque Hieroſolymitano oppoſiti. Quod ipſum templum poſtea Jovi primum Hellenio, deinde Hoſpitali, teſte JOSEPHO, dedicatum eſt.

*Antiq. Judaic. Lib. XII. c. 7.*

Judæi ſub templo ſecundo ſingulari DEI providentia alieni ſemper fuerunt ab idololatria, nec amplius ſub diriſſimis etiam perſecutionibus eidem ſuccubuerunt. Samaritani etiam ad priſtinum redierunt cultum, miſſa idololatria: unde novæ de præſtantia templi, & montis Garizim contentiones. Quod licet poſtea ab HIRCANO dirutum eſſet, non ceſſavit tamen ſuperſtitio, Samaritanique ſoliti ſunt, vultu ad montem illum converſo preces ſuas fundere. Judæi Samaritanis exprobrabant originem ethnicam ex Aſſyriorum colonia; Samaritani ſe jactabant ob ſucceſſionem ſacerdotis MANASSIS, a quo etiam

volu-

volumen legis acceperunt, eamque ſervare ſtuduerunt. Solebant tamen dicere, ſe a PHINEES habere ſcripturam ſacram: nec ſatis conſtat, an ſolum Pentateuchum, an alios etiam libros adoptarint: quod poſterius haud dubie tenendum eſſet, ſi conſtaret, MANASSEN ſcripturam in Samariam detuliſſe, prout ab ESDRA in ordinem redacta fuerat. Sed obſtant litteræ ſingulares Pentateuchi Samaritani, cum Cuthæi, ex Chaldæa coloni, haud recuſaturi fuiſſent litteras Chaldaicas, quibus enutriti erant. Ut adeo veriſimile ſit, Pentateuchum Samaritanum a defectione prima decem tribuum conſervatum eſſe.

Samaritani ipſi inter ſe in varias ſectas ſunt ſciſſi: quarum quatuor S. Jo. DAMASCENUS refert, Gorthenorum, Sebuæorum, Eſſenorum (ſed parum inter ſe diverſæ ſunt, tantum ob feſtorum diverſitatem) & Doſithenorum, quæ celebrior eſt. Neſcio autem, an hodie adhuc ſubſiſtat, ſicut qui veri Samaritani dicuntur, nec deſiſtunt a cultu ſuo in monte Garizim: qui ſuperiore ſæculo confeſſionem fidei ad SCALIGERUM transmiſerunt.

Aliud ab ONIA, ONIÆ tertii filio, ob deſperatum pontificatum, poſteriore Judæorum ætate, ante CHRISTUM inductum eſt ſchiſma, ædificato in Heliopoli, ad ſimilitudinem Hieroſolymitani, templo, ordinatisque ſacerdotibus, & Levitis; unde Ægyptii Judæi, ab Hieroſolymitano templo abducti, uſque ad illius excidium permanſerunt.

## §. XVII.

Ac diversas sectas,

**Inter Judæos ipsos variæ exortæ sunt sectæ, quarum alii plures, alii pauciores numerant; tres autem præcipuæ sunt, Pharisæorum, Sadducæorum, & Essenorum, ad quas pleræque aliæ referri possunt.**

Sancti patres sex, septem, aut plures etiam Judæorum sectas recensent: subinde autem sectas faciunt, quæ nullæ sunt. Sic S. EPIPHANIUS, & Jo. DAMASCENUS *hær.* 14. primo statim loco *Scribarum* sectam commemorat: alii earum numero jungunt varias ethnicas abominationes, & superstitiones, ut PHILASTRIUS. Qua ratione SIMON, *Fortunatitas*, fortunam tanquam cœli reginam, boni, & mali dispensatricem venerantium: *Hemero-baptistas*, quotidiano baptismo a peccatis expurgari existimantium: *Musorites*, mures, *Muscorites* Beelzebub sub forma muscæ, *Ophites* serpentem æneum a MOYSE in eremo erectum adorantes, inter hæreses Judaicas ante CHRISTUM refert. JAC. RHENFERDIUS de variis quidem Judæorum sectis agit Genistis, Meristis, Hellenianis, Galilæis, Baptistis, Hemero-baptistis, Masbotheis, qui etiam Morbonei, Marbonei, Sabbatarii &c. dicti sunt. Plerasque autem confictas ostendit, sectasque Judæorum ad tres celebriores revocat a nobis memoratas.

*Le grand. dictionaire de la bible V. hæres.*

Pharisæi ex evangelio notissimi sunt: putatque Jo. CLERICUS eos tempore Machabæorum ortos, primum Hasidæos dictos esse:

*Hist. eccl. duorum*

esse: in exterioribus legis operibus severiores, atque ad speciem religiosiores cæteris in omnibus videri voluerunt, divinis præceptionibus quasdam patrum traditiones anteponentes, omnia præterea fato tribuisse Judæis ipsis, ac imprimis JOSEPHO dicuntur. *primorum sæc. c. 2.*

Sadducæis diversa fuerunt studia, & sententiæ in iis, quæ de eorum erroribus in evangelio leguntur de altera vita, spiritibus, nec non circa liberum arbitrium, & providentiam. Communiter eorum origo a quodam SADOCHO discipulo ANTIGONI SOCHÆI repetitur, cui Judaici scriptores jungunt BAITHUM: de quorum doctrina circa resurrectionem, & præmium futuræ vitæ testimonia LIGFOOTUS refert non satis sibi constantia; explicatius ex locis novi testamenti eorum de vita animæ statuque futuro opiniones discutit. Judæi eis jungunt Baithusæos, Jo. CLERICUS autem Herodianos, qui in hoc solo ab illis discreti fuerint, quod HERODEM pro MESSIA habuerint. De his EPIPHANIUS: *HERODEM*, inquit, *putabant CHRISTUM Dominum, qui in omnibus scripturis, legeque, ac prophetis exspectatur: & ob ipsum decepti HERODEM jactabant, inducti ex dicto hoc: Non deficiet princeps ex Juda &c. huic reservatum esse dicentes, qui erit alienigena.* J. LAUR. MOSHEMIUS Herodianos dictos vult, qui putaverint Romanos injuste HERODIS filiis imperium in dimidiam Palæstinæ partem, quam provinciæ forma donaverant, eripuisse. *Ligf. hora Hebr. in Act. 23.* *Hæres. 20.* *Institut. hist. Christ. majores sec. 1. p. 83.*

Cum Sadducæis quidam etiam Karaitas confundunt: certe in eo Pharisæis adversantur, quod traditionum sint inimici; quod tamen

secus RICHARDO SIMONIO visum est. CHRISTOPH. WOLFIUS duplex genus Sadducæorum statuit, quorum alterum a SADOCHO, & BAITHOSO, alterum a studio justitiæ (צדק) sic dicti sint. Quæ secta hodieque subsistit Rabbanitis opposita, qui traditiones Talmudicas adoptant. Atque ob id fuerunt, qui Karæos recentiores Talmude faciant. Alii Karaitas priores Sadducæis, alii hanc Sadducæorum sectam in novo testamento legisperitos, & Scribas dictos volunt; alii sic dictos in evangelio e numero Pharisæorum fuisse putant. G. FRID. GUDIUS de Sadducæorum in Judaica gente auctoritate differens, scribit de Karæis, quod encænia, a Machabæis instituta, celebranda censuerint: indeque eos redarguit, qui CHRISTUM, exemplo, & auctoritate Sadducæorum, uno die citius pascha comedisse, dicere non dubitarunt.

*Differt. de Karæis. c. 5.*

*Miscell. Lips. V. II. P. I. p. 20.*

Essenos sobolem Rechabitarum CEDRENUS existimavit. Fuit autem Rechabitarum antiquum Judæorum institutum, ac singularis observantia, non bibendi vinum, non ædificandi domum, non conferendi semen, & vineam, imo nec habendi quidem, & præterea semper habitandi in tentoriis. Esseni alii nuptias, & divitias respuebant: alii econtra cœlibatum pro maximo reipublicæ damno habebant. Hinc iterum alii Therapeutæ dicebantur, singulari ratione DEI cultui addicti, solitarii degentes spretis divitiis, orationi, meditationique jugiter vacantes: ut postea a multis pro christianis religiosis, primoque monachorum genere sint habiti, ab ipso etiam MONTFAUCONIO dum librum PHILONIS de Therapeutis galli-

*Vid. Witsii diss. de Rechabitis.*

ce

ge ederet. Sed postea mutasse sententiam perhibetur.

## §. XVIII.

### Reliquum orbem usque ad CHRISTI adventum undique idololatria occupavit, atque abominabiles omnis generis superstitiones.


Reliquum orbem idololatria inundante.

Sunt, qui totum paganismum in duas sectas palmarias distribuunt, Magorum, & Sabæorum in Chaldæa, qui imagines colebant, velut symbola stellarum, maxime planetarum, vel hominum, solemque pro supremo Deo habebant, quorum hodieque circa confinia Libani supersint sectatores. Magi, altera secta paganica, qui olim in Persia, & India celebres fuerunt, ignem, & solem venerabantur. A Græcorum autem, & postea Romanorum superstitionibus paganismus, ac idololatria indies incrementa sumsit. Tam Græca, quam Romana superstitio initio simplicior fabulis involuta fuit, quas Græci a Phœnicibus hauserunt, atque iis religionem contaminarunt, infinita deorum multitudine introducta. Quos secuti Romani, quo latius semper magis magisque dominationem protenderunt, eo magis superstitionibus omnibus locum concesserunt omnium gentium adoptatis Diis. Et licet falsitas non potuerit non subolere illis, qui aliquid adhuc saperent, vulgo tamen vicit inolita perversitas in cultu publico: ut tamen cordatiores, præsertim postea sub Romanis, in scriptis suis proderent stultissimam religionis publicæ consue-

consuetudinem, variaque commenti sunt quibus pudendæ superstitioni fucum aliquem facerent: de quibus inter alios S. AUGUSTINUS libris de Civit. DEI: & EUSEBIUS de præparatione evangelica legendi sunt. Nec instituti mei ratio expofcit pluribus his immorari: qui adumbrationem tantum quandam dare suscepi status religionis, inde a prima conditi humani generis origine, præparationis loco ad id, quod jam principaliter instat, de statu religionis christianæ unicæ veræ, ac in CHRISTO quidem sub plenitudinem temporum nato, perfectæ quæ tamen a primordiis veluti nata succrevit, ut vidimus, semperque fuit primarium veræ religionis caput, reconciliationis cum DEO, atque ab æterna damnatione liberationis.



SECTIO II




# SECTIO II.

## DE FIDE CHRISTIANA A NATO CHRISTO USQUE AD DEFECTIONEM IN ORIENTE.

### CAPUT I.

*Christianæ religionis veritas, ac mira propagatio.*



§. XIX.

Tandem promiſſus ab origine mundi, & a fidelibus jugiter exſpectatus, advenit redemptor generis humani, CHRISTUS JESUS, Verbum divinum naturam humanam indutum. Christi promiſſi Meſſiæ adventus.

Opus reconciliationis noſtræ cum DEO in mediatore flagitabat dignitatem maximam, qua divinæ ſatisfacere majeſtati non eſſet ineptus; flagitabat præterea, ut, perſonam noſtram ſuſtinens, infirmitates noſtras portaret, ſuſcepta humana natura, in omnibus ſimilis nobis factus, excepto peccato.

Quoniam vero ſic abſcondita erat ſub infirmitate humanæ naturæ majeſtas divina, opus

opus fuit, ut se quidem hominibus m
staret; sed ita tamen, ut tam quid ess
parte divinitatis, quam ex parte human
ac nostrûm demonstraret potens, & infi
quatenus homines simul in spem eriger
& infirmitatis suæ, ac miseræ conditioni
moriam retinerent. Quodsi totus glo
apparuisset CHRISTUS, homo au
stini status oblitus fuisset, aut remediu
illo enitendi non deprehendisset. Quo
hil divini ex CHRISTO enituisset, ev
set spes de salute, ejus apud DEUM
tis, & satisfactione præstita, consequer

Offendit quidem hæc divina disper
sed illos tantum, qui elati conditionem
afflictam nolunt agnoscere, ac videri v
non egere se remedio, & redemtione
lent illi omnia gloriosa felicitati suæ,
clara lumini suo, omnia exoptata des
cordis sui; sed hoc statui humano
non conveniebat. Temperandæ res fu
ut spe quidem erigeretur homo, ac DE
dignum agnosceret manifestatione divi
in CHRISTO; simul autem indig
suæ memor esset. Quod dum multi resp
excidunt salute, sua culpa, cæci, du
mis oculati esse volunt. Quare CH
STUS DEUS absconditus, & Salva
venisse dicit, ut videntes cæci fiant,
videntes autem videant.

## §. XX.

Rejectis Judæis eum non recipientibus,

Judæi, qui ardenter MESS
præstolabantur, eo ipso, quo a
nit, tempore, non solum eum
re

receperunt, sed etiam occiderunt. Quare dignas divinæ justitiæ dant pœnas, cum alias Levitica lex diutius durare non posset, nisi ad CHRISTUM usque.

Testamentum novum vere morte testatoris constitutum est, abrogato vetere, quod in typis, ac figuris tantum consistebat, nec doctrina salutaris ad felicitatem æternam tam perspicue denunciata erat per promissiones temporales possessionis terræ Canaan; quia spirituales cœlestis hæreditatis tantum præfigurabantur; respiciebatque pactum solum populum Judaicum tam in cultu, & cæremoniis externis, quam etiam in sacerdotio Levitico in una tribu Levi. Hæc quidem omnia nexum vetus inter & novum testamentum demonstrant, inter typum, & antitypum; simul autem patet, abolendos esse typos, & figuras, quando antitypum, & figuratum adest.

Hoc Judæi sibi persuadere noluerunt invidi, sibi soli, exclusis aliis gentibus, salutem a MESSIA polliciti, eamque secundum promissiones tantum temporales regni terrestris. Illud tempore CHRISTI accisum erat, Romanis promissam terram occupantibus; ut tunc maxime MESSIAM exspectarent. Multi etiam pro eo se venditabant; ac a Judæis nonnunquam pro talibus habebantur reges, & imperatores ipsi, qui sceptrum auferebant. Eorum enim conceptui de MESSIA magis congruebat, qui dominatum terrenum habebant, qualem sibi MESSIAM fingebant; illi etiam primum, qui

CHRI-

CHRISTO adhærebant: ut patet ex petitione matris filiorum ZEBEDÆI, discipulorum contentione, quis major foret in regno CHRISTI, ac persuasione de restitutione regni Israel. Judæi, licet moribus tum corrupti, studio tamen legis, & cæremoniis omnibus addictissimi erant, atque vel hinc ad eas retinendas animum magis obfirmabant nihil minus, quam illius abrogationem, aut regni sui eversionem a MESSIA timentes: licet hæc prophetæ dudum prædixerint, reique exordia longe ante CHRISTI adventum sese proderent, arcâ fœderis sublata, ad quam cultus Leviticus pertinebat, a MOYSE institutus, simul cum arcam fabricaretur. Cum vero cultus Leviticus non fuerit ante MOYSEN apud patriarchas, inde ab origine mundi, pro necessario, ac æterno haberi nequit, sine quo salus spiritualis haberi non possit. Quod etiam ex natura illius ulterius patet in victimis, & sacrificiis brutorum, cultu externo tantum, & corporali, nec DEO, qui purissimus spiritus est; nec homini, anima immortali, naturaque spirituali, ex potissima sui parte, ornato, conveniens; nisi in ratione typica, quæ cessat, & revera cessavit omnino Judæis extorribus ex loco, cui adstrictus erat totus cultus Leviticus, tabernaculo, & templo dirutis. Res in tali statu post mille septingentos annos hodieque persistunt, Judæis vagantibus sine templo, sacrificiis, cultuque levitico, abjectis, & exulibus. Hæc Judæis jam ante mille sexcentos annos ob oculos posita a nostris, successu temporis semper majus robur habent, ut vana eis exprobrari possit religiosa sabbati cum paucis ritibus, circumcisione &c. obser-

vatio

ratio reliqua, sine substantialibus cæremoniis, templo necessario connexis, quo carent, ut jam JUSTINUS M. Tryphonem coarctavit. Quod autem præcipuum est, hæc omnia dirissima fata Judæos consecuta sunt, & manent, postquam CHRISTUM occiderunt: gens illa DEO tam cara, quam olim DEUS tam frequenti per prophetas eloquio dignatus est, regnumque stabilivit, dum minus etiam observantes legis fuerunt; aut si etiam, ob defectionem, frequentemque in idololatriam lapsum, affligi permisit, mox tamen, pœnitentia ductos, in gratiam recepit. Nunc autem legis studiosissimi, a tanto tempore abjecti sunt, quod jam dudum merito EUSEBIUS eis objecit: *Quæ*, inter alia inquit, *causa est, ut tunc quidem tanta vobis facientibus mala, tanta fiebant in vobis DEI bona, & spiritus vobis aderat, & prophetæ vobiscum erant? Nunc autem cum & legem legitis, & dicitis, & custoditis, & feriamini, & sabbatum observatis, & ab escis vos abstinetis; sine causa laboratis, vigilatis &c.* Idem etiam olim a primis temporibus, quæ jam multo majorem vim habent, scriptores nostri, doctoresque alii ad vivum demonstrabant, sine fructu, in manifestum excæcationis, quæ similiter est prædicta, testimonium.

*Dial. cum Tryphon. p. 264.*

*De resurrect. Lib. II. apud Sirmondum. T. I. op. p. 72.*

Nec eis proficere potuit, quod odio religionis christianæ JULIANUS machinatus est, concessa reædificandi templi facultate. Cujus etiam AMMIANUS MARCELLINUS meminit scriptor ethnicus; nostri autem non solum historici omnes RUFINUS, SOCRATES, SOZOMENUS, THEODORETUS, PHILO-

STORGIUS atteſtantur; verum etiam SS. PP. perſæpe contra eos urgent in ſcriptis, & ſermonibus publicis, imprimis S. CHRYSOSTOMUS: cujus homiliæ adverſus Judæos, quas Antiochiæ habuit, ubi magna Judæorum frequentia erat, tanta vi, ac pondere rationum pollent: quibus nil niſi dirum fatum, quo Judæi conſtringuntur, obſiſtere potuerit, ut rejecta ſervitute chriſtianam libertatem amplecti detrectarint. Quod etiam CELSUS olim capere haud potuit, hincque contra chriſtianos, legi etiam veteri inſiſtentes, argumentum ſumſit. Vid. ORIG. contra CELSUM, *Lib. II.*

## §. XXI.

Gentiles autem maxime renitentes,

Quodſi Judæi tanta obſtinatione evangelio CHRISTI ſunt refragati, minus mirum videri debuit, ſi reliquæ gentes, apud quas MESSIÆ ſpes exciderat, atque religio vera exularat, chriſtianiſmo totis viribus obſiſterent.

Totus mundus ſeſe contra exſurgentem chriſtianam religionem armaverat. Noſtri, qui patienter mortem, & quævis dira ſubibant pro fide, eam intrepide profitebantur, & undique terrarum apoſtolis ducibus annunciabant: prædicatione, & ſcriptis veritatem noſtræ fidei, falſitatemque paganicæ religionis omni ſtudio demonſtrabant; tam contra cultum publicum idolorum, quam etiam contra philoſophos, qui ſtudio, & ſapientia eminebant,

-bant, contra quos omnes imprimis S. JUSTINUS exhortatione ad Græcos, & alii ostendunt, cum apud eos certa haberi nequeat veritas, apud prophetas esse inquirendam. Sed hic plurimum laboravit EUSEBIUS Cæsariensis in præparatione sua evangelica, contendendo inter se theologos, philosophos, historicosque gentiles, secum ipsis perpetuo pugnantes: quod opus EUSEBII divinum non abs re vocat SCALIGER in not. ad ejus chronic.

Habebant ethnici christianos, quod multitudinem deorum damnarent, pro Atheis: antiquissima calumnia, quam jam mox laudatus sanctus martyr abstergere, apologia ad imperatores data, necesse habuit. Pariter nostri falsitatem deorum, ac superstitionum diversissimarum cum exprobrarent, pro impiis, ac irreligiosis traducebantur. *Apol. 1. vulgo 2. in operum edit.*

CÆCILIUS in OCTAVIO MINUCII FELICIS florem Romani imperii totum cultui ac religioni deorum tribuit. Quidquid autem calamitatis publicæ incessebat, totum id christianorum irreligiositati imputabatur. Quod locum dedit S. CYPRIANO ad DEMETRIANUM scribendi, qui has querelas contra christianos alte ingeminabat: id præprimis agens, ut ostendat, christianos calamitates ejusmodi æquo animo ferre, ut hinc eis pro malis non reputentur spe futuræ vitæ. Insigne opus S. AUGUSTINI de Civit. DEI, quod integrum tomum editionis novæ operum ejus conficit, & separatim etiam editum est à LUD. VIVES, in hoc argumento versatur, atque calumniæ hujus retundendæ caussa factum est, quod mala omnia neglectui cultus deorum *Tom. III. Bibl. PP. Lugd. p. 234.*

adſcriberent hoſtes. Ubi quidem prioribus libris eos refutat, qui cultum deorum pro præſentis vitæ commodis ſtatuentes has querelas faciebant, ob cultum deorum neglectum calamitatibus omnia affligi, & res Romanorum concidere: quod tunc maxime capta Roma improperabant: quos S. AUGUSTINUS tum ipſe refellit: tum etiam OROSIO auctor fuit conſcribendæ hiſtoriæ eum in finem, quo conſtet genus, ac res humanas perpetuis caſibus, & adverſitatibus obnoxium quovis ævo, ac tempore fuiſſe.

Id dum cernerent alii ethnicorum, omnibus temporibus ſolitum eſſe genus humanum infeſtari adverſis rebus, conabantur etiam, ſed fruſtra (optime a S. AUGUSTINO in laudato opere de Civit. DEI refutati) cultum deorum pro futura vita eſſe, venditare. Optime, facillimeque hic chriſtiani evadebant, qui ſoli contra caſus omnes præſentis ærumnoſæ vitæ ſe muniunt, contemtu rerum præſentium, ſpretis terrenis bonis, ac fluxis hujus vitæ deliciis: præter quas gentiles nihil nec in hac, nec in altera, etiam deorum ſuorum vita, & felicitate, ſapiebant. *Apparet*, inquit LACTANTIUS, *iſtas religiones deorum non eſſe rationis humanæ; quia curvant cœleſte animal ad veneranda terrena.*

*Lib. II. Inſtitut. c. 1.*

Accedit, quod noſtri miſeriis, & adverſis caſibus haud ſuccubuerint; gentiliſmus autem ſe ipſo conciderit. *Error ille gentilium,* inquit S. CHRYSOSTOMUS, *tantam conſecutus quietem, & a nemine turbatus unquam, per ſe tamen extinctus eſt, & in ſe ipſe corruit, more corporum, quæ diuturna tabe confecta, nemine lædente per ſeſe corrumpuntur, & paulatim diſſoluta pereunt.*

*Hom. 4. in epiſt. ad Cor.*

§. XXII.

## §. XXII.

**Malis omnibus nihil obſtantibus, evangelium brevi totum mundum pervaſit, ſuperata, & ad nihilum redacta religione Judaica, & ethnica, quæ totum prius mundum occupaverant; idque accidit nullis humanis ſubſidiis, contra infinita adverſa molimina.**

Brevi ſummo miraculo converſi.

CHRISTUS dum vixerat nulla ſingulari exiſtimatione apud homines inclaruerat, nulla polluerat potentia, per totam fere vitam obſcurus latuerat; poſterioribus tantum annis prædicandi munus obierat, id quidem multa cum virtute, & ſignis, ſed quæ vix fidem obtinuerunt apud paucos ex infima plebe. Illi ſine ſcientia, dexteritate, auctoritate, haud ſecus ac magiſter odium ſibi conflarant, & invidiam, eorum cumprimis, qui plurimum ſapere, ac valere apud homines videbantur potentia, & auctoritate, qui, quidquid virium habebant, totum id contulerunt ad chriſtianiſmum excidendum. Sed contra accidit, ut magis magisque excreſceret. *Eccleſiæ palmites*, inquit S. NILUS, *ſuccidebantur, & fructus fidei magis progreſſus eſt, & florem immarceſſibilem ferebat.* Eandem comparationem non longe ab initio enaſcentis eccleſiæ S. JUSTINUS adhibuit cum vite, ex qua ſi quis excidat, fruticantes ſurculos, ut alios virides, & fructiferos proferat, efficiet. Illudebant gentiles, quod incertorum bonorum futurorum ſpe tanta perferrent.

*Hom. 3. de aſcenſione Chriſti.*

*Dial. cum Tryphone Jud.*

Quo ipso tamen illi spei securitatem demonstrabant. *Vobis ostendimus*, ajebat inter dirissima tormenta VICTOR MARSILIENSIS, *quam securi simus eorum, quæ speramus per supplicia, quæ cum gaudio sustinemus*; ut acta illius habent apud BOSQUIUM. S. CHRYSOSTOMUS, dum hoc argumentum tractat, quorundam meminit gentilium, qui, sed inviti, aut in periculo vitæ fuerint religionis gratia, quod deorum pluritatem damnarent, uti PROTAGORAS, & THEODORUS; aut morti traditi, ut SOCRATES, qui cicutam bibere compulsus est. Observat in ea homilia imparem SOCRATIS, & aliorum sapientum sortem, qui obtinere non poterant, ut doctrina reciperetur, cujus causa in quæstionem sunt vocati. Id quod etiam S. JUSTINUS M. de SOCRATE notat, obtinere eum non valuisse, ut quisquis suorum discipulorum mortem oppeteret pro magistri doctrina, quod tamen fecerunt apostoli, & tantus numerus martyrum passus est pro CHRISTO.

*Eccl. Gall. Lib. V. p. 133. Hom. 4. in Epist. I. ad Cor.*

Unde quidem divina evangelii virtus elucescit, quæ potuit etiam philosophorum sectas sibi conciliare (idque opera simplicium piscatorum) atque exiguo temporis spatio totum fere mundum ad CHRISTUM convertere. Cujus rei divinam virtutem, ut ob oculos vivacius sisteret S. CHRYSOSTOMUS, utitur exemplo duodecim virorum, qui artis bellicæ ignari, ac sine armorum apparatu, imbecilles præterea, & debiles, integrum exercitum aggrederentur, ac vincerent. Legendæ sunt ex ordine homiliæ priores octo in epistolam primam ad Corinthios,

*Hom. 3. in Epist. I. ad Cor.*

in

in quibus expendit opus hoc divinæ potentiæ, providentiæque in propagatione subita evangelii, ecclesiæque christianæ instauratione (contra humanos obnisus, consilia omnia, & artes) tam ex parte evangelium denunciantium, quam etiam mundi conversi velut invitі, & omnibus modis obnitentis. *Hinc*, alibi dicit sanctus pater, *ejus potentiæ argumentum ducemus, & ostendemus ipsum vere DEUM esse: dicemusque, non esse puri hominis tantum orbem, terram, mare, tam brevi tempore pervadere, & ad res tantas evocare; cum maxime tam absurdis moribus assueti homines essent, & tot malis irretiti. Et tamen potuit ille humanum genus ab his omnibus liberare; non Romanos tantum, sed Persas, & omne barbarorum genus. Hæc porro fecit, non armis usus, non sumtibus, nullis exercitibus, non commissis præliis; sed principio per undecim viros, ignobiles, viles, ignaros, idiotas, pauperes, nudos, inermes, calceis carentes, una tunica tectos. Quid dico fecit? Persuadere potuit tot hominum gentibus, ut non de præsentibus tantum, sed etiam de futuris philosopharentur, utque patrias leges evellerent, veteresque mores tanto tempore radicatos penitus tollerent, aliosque substituerent, qui ab assuetis, & facilibus ad difficiliora ejus præcepta traducerent. Hæc vero facere potuit, dum oppugnaretur ab omnibus: crucemque sustinuit, infame supplicium, ac mortem ignominiosissimam.*

*S. Chrys. adv. Jud. & gentil. demonstr. n.* 1. *T.* I. *p.* 58. & c.

## §. XXIII.

Accidit mira hæc christianæ religionis propagatio non vi aliqua, sed modo

Divina virtute, non hu-

manis auxiliis, modo humanæ naturæ, libertatique congruo; non quidem in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed virtute DEI ex alto in signis, & prodigiis, juxta ac prædictum fuerat per prophetas.

Vim, ac resistentiam maximam evangelii præcones, ipsi inermes, nihilominus pervicerunt. Non etiam periti artis suadendi: studiis non fuerunt innutriti: quod etiamsi fuissent, & eloquentia, suadaque summa polluissent, nec ista arte totum mundum, unacum inferis, adversus se armatum, in suas partes pertrahere potuissent, veluti invitos, ac maxime renitentes. Genus aliquod eorum, qui veluti inviti ducti sint ad religionem, refert ORIGENES; sed divina virtute, non vi aliqua adversa humanæ libertati. *Irrideat*, sunt ejus verba, *licet CELSUS, aut Judæus, quem introduxit, quod dicetur, dicam nihilominus, multos ad religionem christianam accessisse velut invitos: spiritu quodam sive per somnium in illorum animos agente, atque ita illos immutante, ut, quod in illam conceperant odium, deponerent, & pro illa mortem oppetere statuerent.* Multa ejusmodi nosse se scribit, quorum oculatus testis fuerit. Et TERTULLIANUS testatur, plerosque ita DEI cognitionem accepisse in visionibus, ac insomniis. Cujusmodi exempla sacra historia martyrum præsertim complura suppeditat.

*Orig. contra Celsum, Lib. I. n. 46.*

*De anima c. 47.*

Sed communia, ac aperta divinæ virtutis argumenta fuerunt miracula, & impletio manifesta

nifesta

nifesta hujus ipsius tam stupendæ, ac subitæ mutationis in religione totius orbis, sicut dudum prædictum fuerat a prophetis. Cum primum CHRISTUS docere cœperat, & opus ingens conversionis inchoabatur, prophetiæ, utpote primum impleri incipientes, locum habere ad πληροφορίαν, atque ad certam persuasionem necdum poterant perducere: hinc signa, a CHRISTO, & discipulis patrata, Judæos inexcusabiles reddiderunt: *Si signa*, inquit CHRISTUS, *inter eos non fecissem, quæ nemo alius facere potest, peccatum non haberent.* Idem de gentilibus est dicendum, ac jure arguit ARNOBIUS *Lib. I.* contra paganos, nisi tam aperta fuissent miracula, futurum haud fuisse, ut tam brevi christiana religio per totum orbem diffunderetur. Miracula sunt divinæ virtutis opera, quæ permittere DEUS nequit, ut in errorem inde abducantur homines. Ipse quidem CHRISTUS prædixit fore, ut ab antichristo signa, & portenta ederentur; sed quia præmonuit, periculum deceptionis abest, adestque majus testimonium DEI: sicuti majora minoribus opponuntur miracula. Magi in Ægypto prodigia fecerunt, sed insigniora MOYSIS fuerunt, cujus serpens magorum serpentes absorpsit. Deinde miracula vim suam habent a DEO, & idcirco illis credere obstringimur, in quantum DEI fallere nescii opera esse persuademur. Ea ergo miracula, quæ DEUM non supponunt, aut contra DEUM afferuntur, se ipsa destruunt, iisque, ut ita dicam, petitionis principii fallacia inest. Ita, si quæ stante gentilismo mira patrata referuntur, suapte concidunt. Cujusmodi APOLLONII miracula CHRI-

*Jo. XV. 24.*

STO olim a gentilibus opponebantur: quæ si etiam aliqua fuissent, quia illis falsorum deorum cultus stabiliebatur, ac fati necessitas, quam in doctrina sua statuerat APOLLONIUS, se ipsa destruebant. Sed pleraque sunt falsa, quæ in ejus vita PHILOSTRATUS refert, quæ palam in VESPASIANI, TITI, NERVÆ aula gesserit, quibus gratissimus fuerit, & plurimum apud eos valuerit: de quibus tamen omnibus SUETONIUS, TACITUS, DION CASSIUS, aliique gravissimi rerum Romanarum scriptores silent. Dudum EUSEBIUS peculiari opere contra HIEROCLEM, qui APOLLONIUM CHRISTO opponebat, PHILOSTRATI totam historiam falsitatis coarguit ex contradictionibus ipsis, quibus eam auctor involvit: ostenditque, quibus ex artibus sua gesserit, primum postquam ex India a Brachmannis, & magis redux fuit. Quod ipsum caput accusationis sub DOMITIANO contra APOLLONIUM fuit, eodem teste EUSEBIO. Non ergo a DEO, sed dæmone DEI hoste fuit quidquid patravit APOLLONIUS arte magica. Secus ac CHRISTI, christianorumque miracula, quæ contra dæmones maxime valent, & omni tempore frequentissima fuerunt; ita ut, teste TERTULLIANO, quilibet christianus potestate contra obsessos valuerit. Estque infinita copia usque ad præsentem diem exercitæ adversus dæmones potestatis in christiana ecclesia; omnisque virtus dæmoniaca est destructa, ac totus gentilismus, dæmonum opus.

*Apologet. c. 22.*

Ex

Ex hinc alterum invictum pro christiana religione sequitur argumentum, quod hæc ita futura esse; dudum ante a prophetis fuerit prædictum. Observat S. AUGUSTINUS hoc argumento tam fortiter paganos fuisse constrictos, ut aliud effugium non superesset, quam ut post eventus primum conficta esse vaticinia dicerent. Hic contra hostes ex una parte, succurrunt ex altera parte Judæi, a quibus nos libros habemus ejusmodi continentes prophetias, ut sæpius doctores nostri ostenderunt, atque inter hos S. AUGUSTINUS, *respondet aliquis eorum*, inquit alicubi, *qui propheta? Nos recitamus, qui nobis quotidie recitantur. Et ille, qui sunt hi prophetæ? Nos respondemus, qui & prædixerunt ea, quæ fieri videmus. Et ille, vos, inquit, vobis ista finxistis, vidistis ea fieri, & quasi ventura prædicta essent, in libris, quibus voluistis, conscripsistis. Hic contra inimicos paganos occurrit nobis aliorum testimonium inimicorum. Proferimus codices a Judæis, & respondemus, nempe & vos, & illi fidei nostræ estis inimici. Ideo sparsi sunt inter gentes, ut alios ex aliis convincamus inimicos.*

Serm. 200. &c. in Epiph. & alibi.

Tractat. 35. in Joan. n. 7. Vid. eundem L. I. de consens. evangel. c. 11. ep. 149. ad Paulinum.

Objecerunt & gentiles nostris sua oracula deorum, sed quam fallacia fuerint, quam nihil cum prophetiis veris comparanda, nostri ostenderunt, atque eventus docuit, quidquid etiam fuerunt, debuisse ea cedere, ac obmutescere virtuti christianæ. *Divinus enim ille afflatus, qui homines pervadit*, ipse debuit confiteri JULIANUS, *cessavit apud Hebræos, nec apud Ægyptios item perdurat adhuc.* Accidit hic quod circa miracula MOYSIS, cujus serpens magorum serpentes

Apud S. Cyrillum Alexand. L. VI. contra Julian.

tes absorpsit, majoraque signa divinæ virtutis minora magica confuderunr. Cum DEUS permittere haud possit, ut suæ virtutis usurpatione mendacium contra veritatem, superstitio contra veram religionem vincat: ut, si signa, prodigiaque permittat impostorum, aut majora opponat, aut, ut jam diximus, præmonitione cautos contra præstigia reddat.

## §. XXIV.

Ac religione, sua se sanctitate commendante.

**Ipsa se sua sanctitate, integritateque commendavit christiana religio; quamvis non defuerint calumniæ, quas ad eam infamandam, tum in se spectatam, cum respectu reipublicæ, societatisque humanæ, contra eam hostes illius protulerint.**

*Hom. 7. in epist. I. ad Cor.*

S. CHRYSOSTOMUS dicit, initio infideles non tam per miracula, quam exemplo bonæ vitæ adductos esse ad christianismum. Apologistæ tamen christianæ religionis hic non parvum laborem habuerunt exantlandum, ut liberarent christianismum a calumniis atrocissimorum scelerum, infanticidii, incestuum, ad imitationem epularum Thyestearum, & alia hujusmodi abominanda, de quibus in quæstionibus, ac tortura persæpe martyres interrogati, innocentiam christianam sunt contestati. Cujus rei insigne habetur documentum in martyrio BLANDINÆ.

Nec ipsi diffiteri potuerunt gentiles sanctitatem christianismi. In actis S. AFRÆ CAJUS judex hoc ad frangendam martyris constantiam sæpius ingeminabat, CHRI-

STUM

STUM prostitutas fœminas respuere, ut ita in desperationem ageret. Illustre etiam exemplum hujus rei acta S. SERENI habent: qui cum matronæ quidam exprobraret, quod præter consuetudinem honestarum fœminarum, meridie sola in horto quodam deambularet, præfectus Africæ inde conjecit, debere esse christianum, atque hujus rei causa in jus vocavit. Sic etiam nullo probro magis afficere se posse probe norant christianas fœminas, quam si pudori quoquomodo vim inferrent: cum nossent, quanto in pretio apud christianos esset puritas tum corporis, cum animæ: qui terrenis voluptatibus, ac deliciis omnibus valedicentes, solis æternis, ac cœlestibus inhiarent. *Act. sinc. P. Ruinart. p. 492.*

Non dubitavit S. JUSTINUS dicere, christianos in hoc mundo esse, quod anima in corpore: qui, sicut anima per omnia corporis membra, ita christiani per mundi civitates dispersi omnia animent. Insignis est locus, dignus quem adscribam. *Habitat quidem*, inquit, *in corpore anima, sed non est e corpore; & christiani in mundo habitant, sed e mundo non sunt. Invisibilis anima in visibili corpore, tanquam in præsidio constituta est: sic & christiani cognoscuntur, dum in mundo commorantur; sed invisibilis est eorum cultus divinus. Odio persequitur animam caro, & bellum ei movet nulla affecta injuria, quod voluptatibus frui probibeatur; odio prosequitur, & mundus christianos nulla affectus injuria, quoniam voluptatibus repugnant. Anima carnem amat, quæ ipsam odit, & amat membra: sic etiam christiani amant osores. Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa corpus conservat: & christiani* *Epist. ad Diognet. Bibl. max. T. II. p. 142.*

*ni detinentur quidem in mundo tanquam in custodia, sed ipsi mundum conservant. Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat: & christiani illa, quæ corruptioni sunt obnoxia, tanquam inquilini incolunt, incorruptibilitatem cœlestem exspectantes. Anima, dum cibo, & potu male tractatur, fit melior: & dum christiani suppliciis afficiuntur, quotidie numerus eorum crescit. DEUS illos tam insignem tenere locum voluit, quem illis nefas est defugere.* In eadem epistola criminationem illam etiam abstergit, qua christiani reipublicæ noxii, ac principatibus adversi judicabantur. Sed hoc adhuc melius egit in apologia sua, quæ est prima tempore, licet ordine secunda. Idque universim egerunt christiani scriptores, quando contra gentiles suscipienda fuit defensio: imprimis ORIGENES contra CELSUM, ARNOBIUS, MINUCIUS FELIX, & alii.

Etiam doctrinam impetebant, impietatisque accersebant hostes christiani nominis. Non solum quatenus superstitionibus paganicis, quas illi religione summa colebant, adversabatur, sed etiam in ipsa doctrina causas criminandi quærebant, imprimis CELSUS, qui ORIGENEM excitavit ad opus præstantissimum, & ejus nomine dignissimum. PORPHYRIUS, qui primum christianus, sed, ut scribit SOCRATES, *a quibusdam christianis verberatus, iram comprimere non valens, præ nimio furore christianam religionem deseruit: & odio illorum, a quibus cæsus fuerat, impulsus, libros maledicentissimos adversus christianum nomen composuit.* HIEROCLES contradictiones, & omnis generis absurditates in

*Hist. eccl. L. III. c. 23.*

lege

lege evangelica consectabatur: ipse JULIANUS imperator hic in censum venit.

# CAPUT II.

## *idei, ac ecclesiæ christianæ propagatio, & status sæculo primo.*

### §. XXV.

psa series, ac historia religionis christianæ ejus divinitatem deonstrat: specimina divinæ provientiæ, ac gratiæ illustrissima circa cclesiam exhibet: ac principia supeditat, complectiturque totius theogiæ dogmatico-christianæ. Ecclesiæ, fideique christianæ primordia

Jo. CHECCOTIUS dissertatione de historia ecclesiastica, habita in illustri gymnasio Patavino, ita historiam ecclesiasticam definit: *Ecclesiastica historia est fœderis a DEO cum ABRAHAMO in electo semine initi, hoc est, verissima, ac vetustissima theologia per multos doctrinæ, ac legum, & cæremoniarum gradus, plurimasque rerum gestarum facies, nunquam ad hanc usque diem intermissa confirmatio.* Nos in superioribus rem ab ovo exorsi, a prima humani generis origine hactenus seriem deduximus, non tam historiæ factorum, quam dogmatum religionis, quæ ob caput principale fidei in CHRISTUM non immerito christiana dicitur, a

prima

prima sua origine, prot-evangelio, primis parentibus in paradiso dato, & deinceps usque ad CHRISTUM ipsum conservato. Hoc in superioribus docuimus: ac nunc primum etiam veritatem ipsam religionis demonstratam dedimus, quæ a CHRISTO, adveniente in mundum, incepit, nomenque habet. Deinceps principale instituti nostri argumentum prosequemur; & sicuti prius ab ADAMO usque ad CHRISTUM, ita jam a CHRISTO usque ad nostra tempora seriem religionis christianæ deducemus.

Hanc si ab origine sua consideremus, caput illius, & auctor CHRISTUS est: quæ vero de eo nobis patefacta sunt, & ad credendum proposita a primis evangelii præconibus partim scriptis consignata, partim viva voce toti orbi denunciata habemus. Ut adeo de eorum sinceritate, fidelitateque res sit: non solum, an vera sint, quæ nobis annunciarunt; verum etiam an revera illi fuerint, a quibus evangelium proveniat, descendatque, ceu primis auctoribus. Hic ergo eundum per omnia sæcula, & perlustratis monumentis omnibus ad hanc rem pertinentibus filum historiæ trahendum est. Toto autem hoc longissimo temporis spatio, plus quam mille, & septingentorum annorum, nullum momentum temporis, aut dies vacua est rebus religionem concernentibus, a CHRISTO cœptam, institutamque, ab apostolis autem hominibus denunciatam, propagatamque. Sicut hodieque oculis usurpamus religionem christianam in toto orbe diffusam florere; ita ejusdem rei omnium temporum locupletissimos, ac innumeros testes habemus usque ad apostolos, qui præsentes & *αὐτόπται*

fuerunt

fuerunt eorum, quæ CHRISTUS gessit, atque doctrinam salutarem ab ore ejus acceptam docuerunt. Est hoc filum illud traditionis, quod juxta seriem temporum in his principiis theologiæ dogmaticæ deinceps trahemus, exordio ducto ab apostolis, qui divinas veritates, ac dogmata christiana nobis annunciarunt. Licet autem res altissimas, ac mysteria rationem toto cœlo superantia annunciaverint; nihil tamen quod sanæ rationi repugnet, nihil DEO indignum, humano generi adversum docuerunt; sed omnia sanctitatem, pietatemque, virtutem, & honestatem spirant, continentque characteres, ac radios divinitatis splendidissimos, specimina divinæ providentiæ, ac gratiæ singularia in redemtione generis humani, promissionibus DEO dignis, hominibus autem exoptatissimis, ad felicitatem eorum æternam. Nec decipere voluisse, aut potuisse apostoli censeri possunt, aut imponere tantum, ut conspiratione facta totum orbem pervaderent, patria, rebus, & charis omnibus relictis, quæ solet esse proxime accedens ad mortis supplicium pœna, exilium: tanto autem spatio a se separati in dispersione gentium, eandem ubique doctrinam protulerunt, nullo suo commodo præsentis vitæ, sed periculo illius manifesto: dum interim vivere inter suos quiete, ac degere tranquille potuissent. Quodsi etiam, antequam opus tam grande susceperunt, hæc forte tam funesta, haud præviderint, præsenti saltem calamitate absterriti a proposito destitissent, præsertim alieno periculo cauti, dum hic, & ille præsentibus se, ac spectantibus morti, ac suppliciis fuit addictus.

Hoc primum in magiſtro ſuo CHRIS
ſunt apoſtoli experti, atque revera exte
magiſtrum deſeruerunt, unus etiam inte
primus ac præcipuus eum ter negavit: p
autem ſubito, quæ in magiſtro antea peri
ferre non poterant, ipſi adierunt intre
poſt mortem illius contumelioſiſſimam
liores, fortioresque quam antea. Quod
facturi fuiſſent, niſi reſurrectio magiſtr
vera contigiſſet, novamque, ac certam
injeciſſet? Niſi virtute divina roborati
flammatique, an cucurriſſent undique t
rum, ſummo zelo, ſpretis omnibus pe
lis, vitæ præſentis commodis? Niſi re
donum linguarum accepiſſent, quomodo
tibus diverſarum linguarum homines i
riti prædicare potuiſſent? Quomodo r
dum omnem in ſuas partes trahere nulla
ſentis vitæ utilitate, imo iisdem incon
dis, ac periculis præſentis vitæ, quæ
ire coram magiſtros ſuos cernebant.
undique hoſtes ſuos Judæos, qui magiſ
CHRISTUM morti addixerant, habe
quomodo toti mundo res falſas potui
perſuadere? Mors CHRISTI erat o
bus nota, & ſepultura cognita: reſur
quidem CHRISTUS palam Judæis
apparuit; at apoſtoli reſurrectionem p
prædicarunt, nec a Judæis falſi convicti ſ
cum ſepulchrum penes ſe haberent, illu
etiam milite cuſtodierint, ut auferri non
tuerit. Et tamen corpus non comparuit;
facile fuiſſet Judæis, aperto ſepulchro me
cium prodere, & falſitatem. Itaque CH
STUS vel a DEO reſuſcitatus, vel ab
minibus ſublatus eſſe debuit; prius ad
debet, cum eſſe non potuerit poſterius,
cuſt

custodes, curamque Judæorum maximam, qui bene perpenderant, errorem pejorem futurum priore, si CHRISTUS resurgeret. Priora miracula, & signa cum CHRISTO veluti deleta, & sepulta videbantur; dummodo resurrectio non sequeretur. Idem etiam de apostolis dicendum: quorum spes omnis concidisset, si CHRISTUS non resurrexisset. Fatum præ oculis suis versabatur, quod funestum in magistro cernebant, præterita signa, si forte in illis decipi potuissent (quod tamen in tanta multitudine, varietate, manifestis indiciis divinæ potentiæ, dici non potest) omnia obscurata evanuissent, si promissione haud stetisset resurgendo. Hic decipi non potuerunt; decipere autem voluisse multo minus censendi sunt; ut potius se deceptos cernentes retraxissent gradum, destitissent a cœpto. Quod tantum abest, ut fecerint, ut fortiori potius animo opus aggressi, perfecerint, persuaserintque hominibus tum alibi, cum in Judæa, ubi hæc omnia acciderunt. Quod quei effectum ire potuissent, nisi divina virtute, nisi signis certis, & manifestis editis, quæ acta eorum docent?

## §. XXVI.

Nos, ut rem christianam ab ipso CHRISTI ortu, ac nativitate inchoemus, opus non habemus pro instituti nostri ratione varias discutere criticas quæstiones de CHRISTI in hunc mundum adventu, & conversatione, illis insistendo unice, quæ A CHRISTO,

a CHRISTO dicta, factaque noftram inftitutionem ab apoftc accepimus.

CHRISTUM natum effe ex MAR Virgine, ex femine ABRAHAM, ac fa lia DAVID, evangelia nos docent; qu: vis non una in ejus genealogia occurrat ficultas, nec de avorum ipfis nominibus penitus confecta fit. De die natalis CH STI funt, qui potius in vere, vel et autumno menfe Octobri die 21., quam, j ta avitam ecclefiæ traditionem, menfis cembris die 25. natum autumant. An mundi a plerisque circa quater millefim ftatuitur hodie, juxta textum hebraicum Vulgatam; cum veteres plerique longio: calculum feptuaginta interpretum fint fec Solemus quidem annos CHRISTI ab vulgari, quam a DIONYSIO Exiguo mum ufurpatam Sæc. VI. & a Ven. BE Sæc. VIII. iterum reftauratam habemus, c numerare. Nihilominus hodie eruditis diofius rem inquirentibus, quatuor annis h æram nativitatem CHRISTI prævertere prehenfum eft. Potius cum anno emort convenire, funt qui putent, quatenus tr: fimo tertio anno illius mortuus fit: hinc to plus ætatis CHRISTO tribuunt. Q adeo mirum videri non debet: cum S. IF NÆUS plerorumque S. JOANNIS di pulorum teftimonio percepiffe fe dic CHRISTUM, dum prædicaret, jam nefcere incœpiffe: ut adeo conjiciat, quadragenario majorem fuiffe, & propius quinquaginta annos acceffiffe. Sed hodie tra annos ætatis triginta fex, & paucos m fe

Vid. Bolland. ad diem 20. Martii. 77. &c.

Lib. II. 39. &c.

ses, diesque, CHRISTO eorum nemo tribuit, qui quam accuratissime omnia collegerunt, & contulerunt historiæ non sacræ solum, sed etiam profanæ monumenta.

In his profanis monumentis licet res christianæ non tractentur, multa tamen occurrunt, quæ necessario coincidunt ex historia Romana, & Judaica, quam coævus JOSEPHUS sollicite conscripsit. Et licet quod de CHRISTO habet testimonium, non omnes ceu genuinum accipiant, alia tamen, quæ de JOANNIS baptismate, morte HERODIS magni, de JACOBO minori, de QUIRINO, de PONTIO PILATO, de FESTO, FELICE, CAIPHA, JOANNE, & ALEXANDRO, *Act. IV.* commemoratis, de HERODIADE, AGRIPPA; tum etiam quæ de rebus cognatis, & connexis cum novi testamenti historia idem JOSEPHUS habet, lucem fœnerantur, haud secus quam alia in historia Romana occurrentia: quibus multi plus tribuunt, quam quibusvis communiter receptis ecclesiæ traditionibus.

Non de illis loquor, quæ ex variis apocryphis scriptis, & subdititiis, de CHRISTO, ejus genere, parentibus, dictis, factis, scriptis referuntur. Nec etiam SS. PP. semper accurate discusserunt, si quas traditiones populares retulerunt; sed nec temere rejicienda ejusmodi sunt, eo solum fundamento, quod nullum ex profana historia suppetat documentum. Nec tamen in indifferentibus ejusmodi credulitas nimis laxanda, aut cum fide confundenda est: e. g. de bove, & asino in præsepio: de tribus magis regibus, eorumque nominibus: de CHRI-

STI primo miraculo, an in Cana factum: ut hinc, quæ de collapsis ad ejus præsentiam idolis in Ægypto referunt patres, falsi convincantur. Christiano autem, & theologo ea potissimum spectanda sunt, quæ sacra habent monumenta, imprimis scripturæ. *Conf. Tilm. Tom. I. not. sur N. S. Bolland. T. I. Maji. p. 7.*

## §. XXVII.

Et apostolis,

**Apostoli non parvo tempore Hierosolymis post mortem CHRISTI subsistentes, inde per orbem dispersi undique evangelium divulgarunt, ac constituerunt ecclesiam.**

S. AUGUSTINUS contra Donatistas magno robore constanter urget ecclesiam catholicam incœpisse ab Hierosolymis, atque per orbem disseminatam crescere debuisse, quod etiam contra sectarios ævi nostri quantivis valet.

Præcise determinari nequit, quo tempore apostoli, Hierosolymis, ac Judæa egressi, in dispersionem gentium abierint. Etiam quo tempore Hierosolymis degerunt, nonnunquam ad tempus egressi, iterum redierunt. Veluti de PETRO, & JOANNE legitur, eos in Samariam excurrisse. TILLEMONTIUS circa annum 36. Apostolorum divisionem factam fuisse conjicit. APOLLONIUS tamen scriptor antiquissimus contra Montanistas, apud EUSEBIUM refert, ex ore THRASEÆ martyris secundi

*Act. VIII. 14-25. Memoir. T. I. tit. S. Mathia p. 396. L. V. c. 19.*

cundi sæculi, antiquam habuisse traditionem, CHRISTUM mandatum dedisse apostolis, ne ante annos duodecim Hierosolymis exirent.

Haud magis certum aliquid statui potest, quo singuli apostoli abierint. In bibliotheca regia Galliarum manuscriptus habetur codex sub S. EPIPHANII nomine, qui designat loca, ubi evangelium prædicarint apostoli, mortui, & sepulti sint; sed a criticis auctoritatem non accepit. S. GREGORIUS NAZ. regiones quasdam recenset, in quas præcipui apostolorum evangelium detulerint. *Orat.* 25.

De nonnullis a diuturno tempore ingens lis est. S. EUSEBIUS, qui fidem facit historiæ, de litteris mutuis CHRISTUM inter & ABGARUM regem Edessæ, ex publicis tabulis urbis illius haustæ, refert, primum ad eum regem, juxta CHRISTI promissum fuisse missum THADDÆUM: quem multi non apostolum JUDAM, sed fratrem THOMÆ faciunt, a quo THADDÆUS missus sit Edessam. Alii rem totam in dubium vertunt.

De PETRO Romanam post Antiochenam fundante ecclesiam protestantes jam indulgentiores sunt, nec saltem PETRUM Romæ fuisse amplius in dubium vocant. De fratre PETRI ANDREA non solum in Thracia fidem prædicante, sed etiam ecclesiam Byzantinam fundante, ac primum tenente, res nititur græca fide. De S. PAULI in Hispaniam adventu, quo per Gallias ierit, etsi multorum sanctorum patrum testimonio asserta res sit, tamen auctores dubitant. Hispani de hac re non tantopere contendendum habent, quam de JACOBI, filii

ZEBEDÆI, quem majorem vocant, in suas terras expeditione; licet is primus apostolorum HERODIS jussu Hierosolymis capite plexus in Actis legatur. JACOBUS, quem minorem dicunt, de quo an apostolus fuerit, dubitatur, Hierosolymis episcopus mansit. Eum HEGESIPPUS sacerdotem legis facit, cui soli permissum fuerit εἰς τὰ ἅγια *in Sancta* intrare, quique laminam auream gestarit.

*Apud Eusebium L.II. c.23.*

De S. THOMÆ in Indias digressione nuperrimæ relationes Missionariorum regis Daniæ habent, in manuscripto, ante mille & amplius annos historiam S. apostoli THOMÆ inveniri, in qua prolixe extet, eum in India fuisse, degisse Maliapure, & ad religionem christianam plures perduxisse. Jo. GEORG. WALCHIUS, præter multos catholicorum, affirmat, maxime probabilibus rationibus asseri, apostolos Americam penetrasse.

*Continuat. II.*

*Hist. eccl. N.T. c. 2.*

## §. XXVIII.

**S. PETRUS, quam singularem accepit ecclesiæ curam, eam successoribus suis in Romana ecclesia reliquit ad gubernandam ecclesiam.**

PETRO imprimis, & ejus successoribus,

Post mortem suam CHRISTUS apud Capharnaum apparens PETRUM vicarium suum constituit, ac pascendas oves commisit. Munus suum primum in ecclesia nascente Hierosolymis eum obiisse, Acta apostolorum pluribus exemplis docent. Inde Antiochiam,

*Joh.XXI.*

ac deinceps Romam digressus, eam sibi propriam fecit, ac fundavit ecclesiam. Quamvis autem viginti quinque annis eam rexisse dicatur, eos tamen omnes Romæ exegisse idcirco asserendum non est, apostolico suo perfunctus munere undique disseminans evangelium. METAPHRASTES quidem varias per Hispaniam, Africam; Ægyptum, etiam Angliam recenset peregrinationes; sed nullo satis firmo fundamento: id certius habetur, in Palæstinam, ac Syriam ex occidente rediisse. Eum in sua absentia vicarium constituisse multi existimant, qui LINUM, & CLETUM (quem alii distinguunt, alii eundem esse volunt ac ANACLETUM) vivente adhuc PETRO Romanam gubernasse ecclesiam putant: ut se difficultate illa, quæ intricatam facit primorum Romanorum pontificum seriem, expediant, qua CLEMENS communiter ab ipso PETRO ordinatus episcopus Romanus habetur, & tamen a plerisque veteribus, & recentioribus postponitur LINO, & CLETO: quod variis opinationibus locum dedit. Alii post S. EPIPHANIUM dicunt, S. CLEMENTEM ordinatum a S. PETRO ex modestia recusasse officium (dum interim LINUS, ac CLETUS gubernacula tenuerint) post horum autem mortem compulsum ad ea suscipienda fuisse. HAMMONDUS nuper novum commentus est solvendæ difficultatis modum, CLEMENTEM Romæ Judæis, CLETUM autem, seu ANACLETUM gentilium ecclesiæ præfuisse; sed vix assensum nec etiam apud suos gentiles accepit. Imprimis PEARSONIUS hoc argumentum docte discussit, ostenditque non

*Apud Sur. 29. Jun. p. 353.*

*Hæres. 27. c. 6.*

 simul,

simul, sed successive hos rexisse eccle
Romanam.

Refellit etiam SALMASII idem ARSONIUS sententiam, qui nullos i clesiis admittit apostolorum successores, gumentum labefactaret, quod a nobis e cessione apostolica præsertim Rom. ecclesi titur; quæ hodie ex apostolicis ecclesii sola superest, atque successionem suam petuam habet, jureque merito contra no res omnes objicitur, tanto majore vi, longior decurrit series non interruptæ successionis: haud obstante difficultate, primos statim D. PETRI successores, etiam antiquos ferire debuisset, IRENA TERTULLIANUM, EUSEBI OPTATUM MILEVIT. AUGU NUM, qui hanc successionem contra quos hæreticos urserunt, atque studium tarunt, ut majori solicitudine episcop successiones in tabulariis reconditos serv & contra novatores proferrent; quæ occasioque cum ab initio non fuisset, haud dubie venit, quod non in Roma lum, sed etiam aliis apostolicis ecclesiis, chena e. g. & Ephesina de primis aposto successoribus non liquido constet.

Deinceps in successione Romanorum tificum usque ad præsentem diem diff non est: itaque in posterum omittetur a iste articulus, quantivis alias momenti monstrandum ex successione non inte traducem veræ fidei, ac doctrinæ, qu principia theologiæ dogmaticæ.

§. XXI

## §. XXIX.

**Fides christiana, ex Judæa pro- essa, mox, in gentes disseminata, olevit, proprium sibi nomen sum- t: quod Antiochiæ primum factum, t fideles christiani dicerentur.** Fides per orbem disseminata,

BENEDICTUS BACHINIUS tres propagatæ religionis christianæ periodos distinguit: dum primum religio Judæa, ac Hierosolymis potissimum inclusa esset: dum postea gentiles paulatim Judæis associarentur, hi tamen adhuc præcipuas partes tenerent; quod primum Antiochiæ, deinde Alexandriæ, in quibus urbibus frequentiores erant Judæi, accidit: tertio, dum etiam, ubi nulli, aut pauci Judæi erant, gentiles prævalerent, quod in occidente statim factum est. Nihilominus hic etiam mixtio isthæc adversa studia peperit, ut vel ex epistola D. PAULI ad Romanos constat. Sed potissimum in oriente contentiones ob legalia ortas esse Acta apostolorum nos docent, & epistola ad Galatas; ut idcirco celebrandis conciliis opus fuerit, & varia œconomia, ad Judæos tolerandos. Hinc factum etiam, ut gentiles Judæorum, & christianorum nomen ab initio promiscue sumerent, ut ex DIONE CASSIO, & SUETONIO exempla suppetunt.

*De eccl. hierarch. originibus c. 3.*

Alia de causa christiani ab ipsis etiam Judæis Nazaræi vocati sunt; sed est probe distinguenda ea Nazaræorum secta, quæ simul cum lege Mosaica christianam religionem profitebatur. Qua in re libertas major fuit in primæ-

*Vid. Binghamii origines eccl. V. I. L. I. c. 1.*

primæva ecclesia. Singulare exemplum foret, si quod auctor recognitionum de GAMALIELE refert, verum ostenderetur: apostolos ipsos eidem auctores fuisse, ne se palam christianum profiteretur: ut sua auctoritate melius prava Judæorum consilia posset cohibere; quod eum fecisse certe Acta apostolorum testantur.

*Act. V. 33. &c. Phil. IV. 22.*

In aula etiam cæsarum ex gentilibus fuisse nobiles personas, quæ se aperte christianos non proderent, ex PAULI verbis colligi posse videtur. Nec horruerunt principes etiam personæ nomen suum palam CHRISTO dare, ut de FLAVIA DOMITILLA, & ejus avunculo CLEMENTE consule constat, quem sine ratione recentiores aliqui confundunt cum CLEMENTE pontifice Romano: cum alter ille CLEMENS vix consulatu deposito morti traditus fuerit a DOMITIANO, qui etiam DAVIDIS familiam sollicite conquiri, & e medio tolli fecit; SUETONIUS id factum ex levi suspicione dicit. At DIO CASSIUS ob Atheismum, & impietatem factum commemorat; ita enim audierunt tunc christiani passim Athei, magi: ac superstitionis novæ, pravæ, immodicæ, & exitialis nomen a scriptoribus Romanis SUETONIO, PLINIO, TACITO christianismo fuit tributum. Christianum vero nomen vix sæculo primo satis vulgatum fuit: priusque religio, quam vocabulum apud gentes obtinuit.

*Sueton. in Domit. c. 15. l. 67.*

*Sueton. Nero c. 16. Plin. ep. 97. L. X. Tacit. annal. 15. c. 44.*

Primitiæ gentilium CORNELIUS fuit centurio: nisi hanc gloriam velis LONGINO tribuere, quod nomen contendunt fuisse centurioni, qui latus CHRISTI in cruce

ce transfixit, atque Filium DEI confessus est: quod eum fecisse tamen in sensu quodam largiore sentit S. AUGUSTINUS. Quæ de propagatione fidei in Gallia per LAZARUM, & sorores, MARTHAM, & MARIAM (quam multi a MAGDALENA alia, & etiam magna peccatrice distinguunt, tresque faciunt MAGDALENAS) quæ item de Germania per S. CRESCENTEM, de Anglia per JOSEPHUM ab ARIMATHÆA feruntur, solidis destituuntur rationibus. *S. Aug. de consf. evang. L. III. c. 20.*

## §. XXX.

**Ecclesia exterius quassata, non diu fuit sine intestinis scissuris, & bellis cum variis hæreticis: quorum antesignanus SIMON, a quo Gnosticorum turba, Nicolaitæ, Cerinthiani, Ebionitæ cum cognatis Nazaræis.** Ab hæreticis lacessita,

Licet fidelium esset cor unum, & anima una; schismata tamen etiam quædam sunt orta, sed minoris momenti, & facile iterum conventio est facta. Primum Hierosolymis ob ministerium mensarum sopitum fuit, electione septem diaconorum: alterum Antiochiæ ob legalia S. PETRI prudentia, & modestia, cum PAULO in gratiam redeuntis: tertium Corinthi ob studium diversum erga PETRUM, PAULUM, & APOLLO: ut pateat, jam tunc æmulationem aliquam potestatis fuisse circa PETRUM apostolorum principem: sed facile a PAULO res composita est. Alterum schisma Corinthiacum *Act. VI. Gal. II. 1. Cor. XII.*

thiacum pertinacius fuit in eodem genere: cujus causa S. CLEMENS scripsit epistolam gravissimam nomine ecclesiæ Romanæ. Ita zelus, & charitas tunc studuit omnia componere, & reconciliare.

L. III. c. 22. HEGESIPPUS apud EUSEBIUM de hæreticis dicit, eos viventibus apostolis non ausos fuisse palam errores suos defendere; sed clanculum tantum disseminare. Quamobrem pleraque tam parum asserta, & liquida sunt, quæ de primis hæresiarchis proferuntur. Quæ autem de doctrina ipsa proferuntur, infanda, ac detestabilia sunt, præsertim Gnosticorum pudenda dogmata, duce SIMONE mago, qui sibi, ac HELENÆ suæ divina omnia tribuebat, se patrem simul, Filium, ac Spiritum S. dictitans. Fuit etiam inventor Eonum, in hæresi Valentiniana celebrium. HELENAM suam primam intelligentiam venditabat, ac matrem rerum omnium: etiam Spiritum S. dicebat, sed quatenus ex ipso in HELENAM venerit, quemque liberandi gratia in mundum descenderit; hinc se CHRISTUM venditabat. Sic autem divinarum rerum singularem sibi scientiam, & lumen arrogans, Gnosticorum parens fuit; Docetarum autem, quod CHRISTUM phantasticum tantum corpus habuisse, ac φανταστικῶς solum actiones, passionem, & mortem obiisse assereret; mundum hunc aspectabilem, atque adeo corpus humanum in numero rerum malarum pro ARIMONII fœtu haberet, quæ fuit postea hæresis Marcionitarum, & Manichæorum. MENANDER eadem fere sibi tribuit, quæ SIMON, atque a suo nomine sectam fecit Antiochiæ præsertim, ubi morabatur, sectarios suos nihilominus christianos

ſtianos dici affectans. SIMON magus in Samaria primum, ac poſtea Romæ pravis artibus ſuis ſeducere homines ſtuduit. An autem Romæ, ut atteſtatur S. JUSTINUS, ſtatua ejus nomini inſcripta ſit, ac PETRI precibus dejectus conciderit, dum volaret coram NERONE in altum arte dæmonis, in medio relinquimus. HAMMONDUS in epiſtolis apoſtolicis ſæpe SIMONEM magum, ac Gnoſticos peti exiſtimat, etiam defectionem illam ſeu ἀποςασίαν, 2. *Theſſ. II.* a PAULO commemoratam, huc explicat, & SIMONEM magum notari, ceu antichriſtum vult. THEODORETUS varias Gnoſticorum ſectas diſtinguit, Eutyquetarum, Clebanorum, Doſitheorum, Gortenianorum, Masbotenorum, Adrianiſtarum, Cainiſtarum: qui conſequenter ad doctrinam de malo principio veteris teſtamenti auctore, Cain, & alios, qui in veteri teſtamento vituperantur, ad divinam ſapientiam pertinere dicebant. Nec minus JUDAM extollebant. Quidam Gnoſtici vetus teſtamentum etiam recipiebant, ſed tantum quæ in illo arridebant, alia ſpiritui mundi tribuebant.

*Hiſt. eccl. Lib. I. c. 1.*

Qui Gnoſticis ſingularem a Simonianis locum dant, utpote nomen latius diffuſum, duce EPIPHANIO, illis etiam Nicolaitas accenſent. De qua hæreſi, ejusque auctore diverſæ tum veterum, cum recentiorum ſunt ſententiæ. Veteres quidem in eo conveniunt, quod NICOLAUM unum ſeptem diaconorum ejus auctorem faciant, uxore illius occaſionem præbente. Plerique autem fœdum illius errorem faciunt, ac ſi communitati uxorum, ac ſpurcitiis carnis habenas

*Hæreſ. 27. c. 1.*

benas

benas laxarit. S. CLEMENS ALEXAN vero rem multo excusatius pro NICOLA narrat; ut potius aliis erroris ansam ded rit, inconsideratius zelotypiæ suspicionem se removendo: quasi perinde sibi esset, qu uxore sua uti vellet. Ex recentioribus sun qui Nicolaitas ex indice veterum hæretico rum penitus exturbant: ac JOANNE eos nominantem, symbolico putant, ac a nigmatico dicendi modo usum. Nomen au tem repetunt a Baalim, quod hebraice בלע respondet voci græcæ Νικόλαος, Dominum seu victorem populi designanti. Sunt etia qui EBIONEM extitisse negent, sed no men hoc tantum contumeliæ causa excogit tum existimant, ut per contemtum orthodo xi, pauperes vocati sint, qui ex Judæ JESUM pro CHRISTO agnov runt; sed falsitatis coarguuntur testimon veterum omnium, qui Ebionitas, haud s cus ac Cerinthianos, numero hæreticoru hujus ævi censent: quorum auctorem CE RINTHUM pauci secundo demum sæcul vixisse volunt: qui tenuit, CHRISTU merum hominem fuisse, nec extitisse ant MARIAM; nec proinde esse veru DEUM, sed hominem duntaxat eximium.

*Vid. acta Erudit. ad an. 1712. p. 179. &c.*

Nazaræi, teste HIERONYMO, no ad instar Ebionitarum christianos ex gentibu tanquam anthropolatras habebant, ne CHRISTO deitatem abnegabant (secus a contendit ARTEMONIUS, atque TO LANDUS, qui tam Ebionitas, quam Na zaræos pro veris orthodoxis habet) sed cir cumcisionem, aliosque ritus avitos retine bant, ut primum apostoli indulserunt. *Vid* LE-QUIEN *dissert. Damascen. septima.*

§. XXXI.

## §. XXXI.

Apoſtoli, licet ſinguli afflatu S. Spiritus gauderent, formam tamen charitati, unitatique congruentem in tranſigendis cauſis eccleſiaſticis ſervandam ſibi duxerunt in concilia congregati; nec tamen omnia, quæ tenuiſſe feruntur, pro genuinis habenda ſunt, niſi quæ in actis apoſtolorum memorantur.

**Ab apoſtolis aſſerta, & in concilio vetus lex abolita,**

Hæreticis tempore apoſtolorum mutire non auſis, ut publico judicio damnarentur, opus haud fuit. Non defuerunt tamen aliæ cauſæ eccleſiaſticæ, ob quas coire in concilia apoſtoli e re putarunt. Primum concilium apoſtolorum dici poteſt de electione MATTHIÆ ad apoſtolatum: ſecundum de conſtitutione diaconorum: tertium, idque præcipuum de abrogandis legalibus, imo veteri lege cæremoniali: *licet enim*, ajunt patres quintæ ſynodi, *ſancti Spiritus gratia & circa ſingulos apoſtolos abundaret, ut non indigerent alieno conſilio ad ea, quæ agenda erant, non tamen aliter voluerunt de eo, quod movebatur, ſi oporteret gentes circumcidi, definire, priusquam communiter congregati, divinarum ſcripturarum teſtimoniis unusquisque ſua dicta confirmaverunt. Unde communiter de eo ſententiam protulerunt, ad gentes ſcribentes, viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, &c.*

*Collat. 8. T. V. conc. p. 562.*

Jure merito concilium hoc (in quo, veteri

lege abrogata, nova constituta est, ac firmata ecclesia contra synagogam) ceu forma judiciorum sacrorum, ac tenendorum conciliorum habetur. In quo S. PETRUS præses concilii primus sententiam dicit, PAULUS, & BARNABAS adstipulantur, in confirmationem allatis scripturæ testimoniis, JACOBUS Hierosolymorum antistes concludit: decretum autem synodi Antiochiam (unde nata occasio fuit concilii, ac controversia mota) defertur, ceu synodica epistola. *Tunc*, ait LUCAS, *placuit apostolis, & senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum PAULO, & BARNABA JUDAM, qui cognominabatur BARSABAS, & SILAM, viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum.* Concilium hoc formam ecclesiæ constituit, abjecta synagoga, ad conciliandos conversos gentiles cum Judæis: ut quidem gentiles onere, ac jugo haud ferendo legis Mosaicæ liberarentur; in quibusdam tamen aliquid eis indulgebatur, quibus maxime offendebantur, quæve ab altiori, quam Mosaicæ legis, origine descendebant, Noemica nimirum, de sanguine, & suffocato abstinentia: aut suapte natura vetita erant, legibus autem civilibus non coercebantur; qualis erat fornicatio. Unde mirum non est prius illud vetitum cum tempore cessasse, citius quidem in Africa teste S. AUGUSTINO, serius apud nos Germanos, ubi duodecimo sæculo adhuc conversis recenter Pomeranis OTTO Bambergensis hanc prohibitionem fecit.

*Act. XV.*

*Act. XV. 2.*

*[L]ib. III. [co]nt. Fau[st]um. c. 13. [A]bb. Ur[sp]erg. in [Ch]ronico [a]d an. [1]124.*

TURRIANUS ex concilio quodam apostolorum Antiochiæ habito, canones etiam pro-

protulit, sed eos paucis probavit; ac ipse diffisus causæ suæ videtur, quod non totum concilium ex manuscripto edidit. Miror etiam Emin. cardinalem SFONDRATI in *innocentia vindicata* detulisse concilio, in quo apostoli immaculatam conceptionem B. MARIÆ Virginis decreverint. Nec majoris auctoritatis alia sunt concilia, unum quod in exequiis B. V. Hierosolymis celebratum dicitur, cum tamen Ephesi potius obierit: alterum quod ad conficiendum symbolum apostolicum habitum dicitur: aut quæ novissime WHISTONUS, ad conficiendas constitutiones apostolicas, canonesque apostolorum, habita fuisse tanta confidentia dicit, ut etiam annos singulorum, & quæ pars *constitutionum* in quovis sit composita, audacter edicere audeat.

*Turrian. in defens. can. apost. L. I. c. 25.*

*Primus christianismus resuscitatus Vol. III. p. 79. &c.*

## §. XXXII.

Præter libros sacros, & scripta in canonem codicis sacri relata, insignia sunt virorum apostolicorum opera, queis veritas christianæ religionis astruitur, & dogmata illustrantur; quamvis non æque omnia indubitatæ sint fidei, quæ circumferuntur, quædam etiam manifeste supposititia.

Aliisque conspirantibus doctoribus.

Apostolorum, quæ genuina habentur scripta, in canonem scripturarum sunt relata; præter ea autem etiam MARCI, & LUCÆ evangelia. De CHRISTI, & ABGARI epistolis mutuis jam locuti sumus.

Epiſtolæ B. V. MARIÆ ad Meſſanen
miror quosdam tantopere tribuiſſe. PAUI
& SENECÆ mutuæ epiſtolæ, ut ho
extant, ea non ad amuſſim habent, quæ
HIERONYMUS in illis legit, nec
ſagacibus probant. BARNABÆ (qui
tiam inter apoſtolos refertur) epiſtola hać
nus communem aſſenſum non potuit aſſeq
cum tamen CLEMENS, ORIGENE
& jam alii ei auctoritatem tribuerint. Offendı
tur autem, quod quandoque aliter legat
ſcripturis, quam nos hodie, atque n
ſticis, & allegoricis explicationibus nimi
indulgeat, & undique myſteria etiam in ı
meris, & litteris conſectetur. Offendit etia
quod de vocatorum ad apoſtolatum vita,
moribus peſſime ſenſerit, & ætatem mu
præciſe determinarit ad ſex millia annoru
Interim negari nequit, eum orthodoxe
myſteriis noſtris ſentire, ac tractare, atq
argumentum ſuum recte proſequi adverſus e
qui Moſaicam cum evangelica lege retin
dam voluerunt.

Nec HERMÆ penitus eſt rejiciend
*paſtor*, ſic dictus, quod angelus pœnitenti
ſub nomine paſtoris, inducatur, ac viſ
nes miræ enarrentur, quæ integrum fe
opus conficiunt: unde etiam primus liber *V*
*ſiones* inſcribitur. Veteres in utrumque e
tremum circa HERMAM delapſi, aut ſu
aſtra eum evehunt, interque ſacratiora m
numenta ponunt; alii nimis eum deprimu
TERTULLIANUS primum bene, p
ſtea factus Montaniſta, peſſime de eo ſen
quod adverſus ſibi eſſet. Quamobrem eti
proteſtantes ab eo alieniores ſunt. Videt
illis, bonis operibus plus juſto tribuere,

tiam

tiam supererogatoriis, ac cœlibatui, & solitudinis studio, seu monachatui, nec obscure purgatorium agnoscere. Nec omnibus placet, quod duos singulis hominibus genios, unum æquitatis, alterum iniquitatis adjudicaverit. Facere etiam videtur angelum reptilium præsidem. Recentiores quidam post SANDIUM ex HERMA testimonia contra CHRISTI divinitatem protulerunt; sed haud felicius, quam ex aliis patribus ante-Nicænis. Olim jam CASSIANUS pro semi-Pelagianismo ex eo testimonium retulit, sed a PROSPERO ejus auctoritas simpliciter rejecta est. *In collat. c. 30.* Nec diffitendum, esse quædam in eo non bonæ notæ e. g. de baptismo fidelium ante CHRISTUM, post mortem. Nihilominus, post TILMONTIUM, COTELERIUS medium tenuisse beatos cum olim, tum nuper putat, quicunque HERMÆ *pastorem* non quidem canonicum, sed ecclesiasticum σύνταγμα judicavere optimæ notæ, & propugnaculum fidei catholicæ adversus MONTANI duritiem. *Judicium de S. Herma* pastore. Quod enim de unica tantum pœnitentia habet, id de ecclesiastica juxta disciplinam constantem ecclesiæ pluribus adhuc post HERMAM sæculis, explicari, excusarique potest.

S. CLEMENTI Romano pontifici plura tribuuntur opera; assertiora sunt duæ ejus epistolæ ad Corinthios. Ac de una quidem nullum dubium relinquitur, quæ ordine prima habetur: putatur autem post secundam scripta, quæ saltem quoad posteriorem partem a plerisque protestantibus fœtus CLEMENTIS non habetur. Epistolæ quinque *decretales*, *Itinerarium*, *Recognitiones*, *Constitutiones apostolorum* falso ejus nomini in-

ſcribuntur; haud minus, ac *Clementina* nuper primum a COTELERIO ex codice regio edita. Canonibus apoſtolorum quædam nomine CLEMENTIS affiĉta ſunt; qui tamen ipſi apoſtolis non ſunt tribuendi, nec CLEMENTI collectori. Idem tenendum de epiſtolis decretalibus uſque ad SIRICIUM.

Epiſtolarum S. IGNATII duplex habetur genus. Fuſiores communiter pro interpolatis habitæ ſunt, a quo tempore aliæ a J. VOSSIO primum, & poſtea ab USSERIO ſunt editæ. At nuperrime GUIL. WHISTONUS prolixiores illas ſolas verum, genuinum, atque authenticum eſſe IGNATII fœtum probandum ſuſcepit; breviores autem pro epitome tantum habet nonnullarum ex prolixioribus, compoſitas circa medium ſæculi IV. vel poſt illud. Peſſimam ob cauſam hoc commentus eſt, odio fidei Nicænæ, ac S. ATHANASII de divinitate Filii. Ubi tamen eum ratio fugit: cum etiam in epiſtola prolixiore ad Magneſianos CHRISTUS dicatur ὁ λόγος Θεοῦ οὐ ῥητὸς ἀλλ' οὐσιώδης &c. Proteſtantes alii inter ſe non conveniunt circa breviores S. IGNATII, eas Angli epiſcopales ſumme extollunt, quod in illis epiſcopalis dignitas vel maxime commendetur.

Locus a quibusdam datur, hodiernis etiam criticis, epiſtolæ presbyterorum Achajæ inter primi ſæculi genuina opera, quæ tamen confundi non debent cum actis S. ANDREÆ ſuppoſititiis.

CA-

# CAPUT III.

## idei, ac doctrinæ christianæ ratio, ac propagatio sæculo secundo.

### §. XXXIII.

Altero post CHRISTUM natum sæculo magis magisque incre- enta undique terrarum accepit ristiana religio; non obstantibus ris persecutionibus, sed potius di- iam virtutem, ac providentiam ca ecclesiam suam prodentibus. Fidei status, & propagatio sæculo secundo.

Quod potuerit christiana religio, nullis suf- ulta humanis auxiliis, medias inter perse- cutiones indies incrementa capere, divinum opus est, adversus omnes inferorum, & mun- li hujus machinationes. Ne autem causæ suæ nferi deesse viderentur, innumerabiles ob- rectationes effictæ sunt; aut aperte falsa cri- nina, ac flagitia hæreticorum imputando, ut ex castissima doctrina, morumque inte- gritate calumniam detrectandi arripiendo. Coeli, solis, crucis, ac hominum cultus, clandestini item conventus objiciebantur, quos lie, noctuque instituerent, ut flagitia sua o liberius committerent, & melius occul- tarent: communionis cum improbis, & odii n universum genus humanum arcessebantur. Contumaciæ, ac gloriæ studio deputabatur,

in perferendis tormentis, morteque constantia, ac robur.

Hinc diræ persecutiones ingruebant, a quibus tamen potius tyranni, & tortores defatigabantur, quam frangeretur christianorum animus; atque post multam inquisitionem innoxios tandem confiteri compellebantur christianos. Hujus rei illustre documentum habetur in binis ad TRAJANUM imperatorem relationibus TIBERIANI Palæstinæ primæ præsidis, & PLINII secundi Bithyniæ propraetoris, de christianis; quibus quid tandem, post perditam omnem, in torquendis, mortique dandis christianis, operam, agere debeant, ab imperatore inquirunt. SERENIUS GRADIANUS Asiæ proconsul, & aliarum provinciarum præsides, teste EUSEBIO, idem fecerunt. Nec defuerunt christiani ipsi, qui imperatoribus suam demonstrarent innocentiam: hinc SS. QUADRATI, ARISTIDIS apologiæ ad removendas præsertim varias contra christianos Atheismi, incestus, comestionisque humanæ carnis calumnias: quibus persuasus tandem, ac convictus ADRIANUS pro christianis rescriptum, apud nostros olim celebre, & a JUSTINO uni suarum apologiæ insertum, ad MINUCIUM FUNDANUM successorem GRONIANI dedit. ipseque LAMPRIDIUS refert, ADRIANUM destinasse CHRISTO divinos honores. Quod idem ante TIBERIUS meditabatur, senatu renuente.

*Lib. IV. c. 8. 13.*

Interim numerus fidelium undique gentium crescebat, ut jam JUSTINUS dicere potuerit, ne unum quidem esse genus mortalium, sive Barbarorum, sive Græcorum,

*Dial. cum Tryph.*

sive

ſive etiam aliorum omnium, quocunque appellentur nomine, inter quos per nomen crucifixi JESU ſupplicationes, & gratiarum actiones Patri, & fabricatori rerum omnium non fiant.

Ad nos etiam propius lux evangelii acceſſit, tam a Thraciæ, quam etiam Italiæ, & Galliæ partibus. Multa quidem feruntur de prima fidei apud nos propagatione non ſatis aſſerta, veluti de LUCII ex Anglia in Germaniam, DIONYSII AREOPAGITÆ in Galliam profectione. Diſcipulos POLYCARPI Lugdunum ſæculo ſecundo evangelium detuliſſe, extra dubium eſt poſitum; nec pro certo dici poteſt, ante id tempus non eſſe factum: cum contingere potuerit, ut inſigni fructu prima miſſio caruerit, aut fides non ſtatim incaluerit, aut etiam iterum fere ſuffocata fuerit: uti in Anglia accidiſſe legatio regis Angliæ ad ELEUTHERIUM pontificem teſtimonio eſſe poteſt: quo vix citius, quam in continentem Europam, chriſtianiſmum delatum eſſe credibile eſt. *Bolland. T. I. Aprilis. p. 23.*

Graves inter Gallos ipſos de tempore, quo primum apud ipſos ſuſcepta ſit CHRISTI fides, agitatæ ſunt contentiones, SIRMONDUM, LAUNOJUM, PETRUM de MARCA, & alios, de DIONYSIIS. Id certum eſt, ſæculo ſecundo Lugdunenſes habuiſſe celebrem S. POTHINUM epiſcopum, diſcipulum S. POLYCARPI, unacum SS. BENIGNO, ANDOCHIO, & THYRSO, IRENÆO Galliæ apoſtolis. Conjicitque Cl. SCHOEPFLINUS, in Alſatia ſua illuſtrata *T. I. p.* 324. in Alſatiam ſuperiorem, Galliæ Lugdunenſi adjectam, prima chriſtianæ religionis ſemina ſparſa

ſa eſſe hoc ſæculo. In Allemanniam etiam, & Rhetiam ante finem ſecundi ſæculi CHRISTI fidem penetraſſe, teſtimonio S. IRENÆI, TERTULLIANI &c. perhibent, ſi etiam CRESCENTII Moguntiæ, MATERNI Coloniæ, EUCHERII Treviris, LUCII Auguſtæ Vindelicorum apoſtolatum, ceu minus aſſertum, reſpuamus.

## §. XXXIV.

Hæreſes,

Poſt apoſtolorum exceſſum ex hac vita audacius palam undique erumpebant deteſtandæ hæreſes, quarum numerum inire, ac errores omnes, & deliria referre dum non vacat, primaria ſaltem capita ad creationis, redemtionisque præcipua dogmata revocabimus.

Non tam inferi portæ immanitate perſecutionum, quam hæreticorum interius graſſantium perverſitate contra eccleſiam apertæ, ac erectæ videri poterant. Talia autem, & tam nefanda commenta protulerunt, quæ omnia referre pudeat, pigeatque; quæ uſum in hodierna theologia vix habent, atque ab omnibus exploduntur. Licet ſint etiam complures antiquorum hæreticorum errores, qui partim reſuſcitati ſunt hodie, partim etiam ad hodiernum uſque diem perſeveraverunt.

## §. XXXV.

## §. XXXV.

**Hæretici fæculi fecundi quoad creationem hujus mundi in tanta deliria, & abfurditates prolapfi funt, ut theologiæ, ac religionis partem palmarem de DEO rerum conditore, & provifore corruperint innumeris fabulis.** Circa creationem:

Quæ adhuc hodie nimis curiofos operum naturæ, & providentiæ, divinorumque confiliorum fcrutatores in devia abducunt; haud dubie hæreticos in chriftiana religione a prima fua origine in præceps egerunt, mala tum phyfica, cum moralia. Ea propter plerique DEO fupremo mundi hujus creationem, gubernationemque negarunt, minoribus geniis attribuendo. Duce SIMONE mago jam Gnoftici Menandriani, Saturniliani, Bafilidiani, ac etiam Ebionitæ hic impingebant. SATURNINUS, feu SATURNILIUS, fupremum patrem agnofcebat, ignotum mundo, creatorem naturarum fpiritualium, & angelorum, qui fe poteftati fupremi Numinis fubducentes, hunc mundum fecerint: talem angelum etiam credebant auctorem veteris teftamenti. BASILIDES plures generationes ex DEO ftatuebat, quarum pofterior angelos produxerit, qui per gradus cœlos fecerint; poftremus autem cœli nobis confpicui hunc mundum protulerit. S. EPIPHANIUS dicit, fontem aberrationum BASILIDIS caufam, & originem mali fuiffe. Prophetas etiam rejiciebat. CARPOCRATIANI agnofcebant quidem unum rerum

*Iren. L. I. c. 22.*

*Theodoret. hift. eccl. L. I. c. 3.*

*Hæref. 24. c. 6.*

*Eufeb. L. IV. c. 7.*

rerum omnium principium, *Patrem* appe latum; creationem tamen mundi angelis tr buebant DEO longe inferioribus, eiqu refragariis.

*Jo. Fr. Buddæus diss. de hæresi Valentin.*

VALENTINUS hic maxime deliravit loco unius primi principii, ac divinita unius DEI, creatoris cœli, & terræ, trigin Eones seu sæcula in varias classes divisione f cta procudit. Systema suum alii eum ex K bala accepisse putant: quod respondeat d plici Kabalistarum philosophiæ, doctrinæ S phiroticæ, & de quatuor mundis, ita ut *I nibus Sephiroth* respondeant. Alii volu Syzygias suas eum ex diversis auctoribus p ganis, poetis, & philosophis, HESIOD PYTHAGORA, PLATONE, ac gyptiaca philosophia collegisse, ut Valen niani Eones in similes classes diviserint, Ægyptii suos deos. Diabolum, teste S. A GUSTINO, a trigesimo Eone productu auctorem hujus mundi faciebant. Juxta IRENÆUM triplex genus hominum s tuebant, terrestrium, animalium, seu ps chicorum, & spiritualium. Plures habuit d scipulos, fuitque, teste TERTULLI NO, hæresis hæc omnium numerosissim Alii principiis magistri insistebant, alii ab lis deflectebant: inter quos Antitactici DEU quidem universi creatorem, ac patrem n strum esse, atque omnia bene fecisse agn scebant; quamdam tamen creaturarum ej fontem malorum produxisse, atque omn homines, a DEO alienos factos, infeci dicebant, quam etiam DEUM nominaba videnturque legem Judaicam eidem adsc psisse. Etiam Archontici nomen suum hi

*Hæres. 11.*

*L. I. c. 1.*

*In Val. c. 4.*

*Clem. Alex. Stromat. 3.*

acce-

acceperunt, quod mundi creationem, variis Archontibus, seu principatibus attribuebant.

CERDON aperte primus duo principia admisit, bonum ignotum, & patrem JESU; malum autem cognitum, qui prophetis sæpe apparuerit, & in lege sit locutus. Eum secutus est MARCION, ac celebrior etiam evasit: qui non duo tantum, sed plura etiam admisit principia: DEUM invisibilem, & bonum; creatorem mundi visibilem, justum, ac scelerum vindicem; & diabolum malignum, medium inter duos priores. TERTULLIANUS vult, eum secundum principia sua novem debere admittere deos, & GREGORIUS NAZ. totam ei Gnosticorum, ac Valentinianorum Eonum fabulam imputat. Præ omnibus aliis in auctorem veteris testamenti blasphemus fuit, malignum asserendo, creatorem mundi. Marcionitæ in varias sectas sunt divisi: nec omnes eum in omnibus sunt consectati: inter quos APELLES, licet duos deos, bonum, & malum statuerit; non tamen cum MARCIONE duo statuebat principia, dicendo bonum malum fecisse. Et licet de primo principio summa quæque dictitabat, providentiam rerum nihilominus negabat, & mundum hunc ab angelo ignis factum putabat.

*Epiph. hæres. 42. c. 3.*

*S. Aug. hæres. 23.*

Encratitæ etiam sectabantur VALENTINI fabulas, vetus, ac novum testamentum diversis tribuendo principiis. Hermogeniani, &, quos refert PHYLASTRIUS duos hæreticos, SELEUCUS, & HERMIAS, materiam increatam, pariter ac MARCION, DEO coæternam statuebant, ex qua plurimi etiam philosophi causam malorum derivabant. FLORINUS

*Tertull. præscript. c. 52.*
*Clem. Al. Strom. Lib. III.*
*De hæres. c. 55.*

autem

autem, contra quem ſcripſit S. IRENÆUS, DEO non horruit tribuere malum.

## §. XXXVI.

Ac redemtionem.

**Licet autem de CHRISTO redemtore plerique hæretici ſecundi ſæculi melius ſenſerint, quam de ipſo DEO creatore; nihilominus negotium ſalutis, ac religionis chriſtianæ fundamentum, variis modis deſtruebant.**

*Vid. Tilm. b. tit. T. II. p. 214.*

*Epiphan. bar. 53,*

*Iren. L. I. c. 1.*

*Tertull. de anima. c. 23.*

Præter Judaizantes chriſtianos, atque CHRISTI divinitatem abnegantes ſuperius commemoratos, Elceſaitæ primi in hoc ſæculo ſunt collocandi: quos alii longe vetuſtiorem Judæorum ſectam jam ante CHRISTUM ponunt; qui tamen poſt CHRISTUM ab ELZAI nomen ſortiti, medium quidpiam tenuerunt, Judæos, chriſtianos, & paganos inter. Quosdam quidem ritus Judæorum ſuſcipiebant, alios autem reſpuebant, præſertin ſacrificia. Et licet MESSIAM aliquem agnoſcebant, dubium tamen eſt, an CHRISTUM JESUM pro eo habuerint: interim interiorem tantum fidem requirebant, nihili facientes, an exterius quis fidem abnegaret, ac etiam idola adoraret. Baſilidiani CHRISTUM JESUM primam Patris intelligentiam, νȣ̃ν, agnoſcebant, ſed, qui, perverſo ſenſu eorum, hominem de angelorum creatorum mundi poteſtate eriperet. Carpocratiani CHRISTUM pro mero homine habebant, cujus anima tantum

cœlos

cœlos conſcenderit. Imagines tamen CHRISTI habebant, quas dicebant a PILATO factas; at ſimul etiam philoſophorum PYTHAGORÆ, PLATONIS, & ARISTOTELIS. Succeſſor famoſus CARPOCRATIS, PRODIUS, auctor habetur Adamitarum, qui ſibi ſtatum primæ innocentiæ tribuebant; cum nihil illis impudentius eſſet, nudi in ſuis ſacris degentes, communitate uxorum ſtabilita, ſpreto conjugio. *Iren. L. I. c. 24.* *Epiph. hæreſ. 52.*

Valentiniani CHRISTUM a primo Eone miſſum dicebant, ſed corpus cœleſte apportaſſe, & per B. V. MARIAM ceu per canalem tantum tranſiiſſe: reſurrectionem etiam carnis hinc negantes, ſolam animam per CHRISTUM ſalvatam dicebant. Marcionitæ alium CHRISTUM Judæorum diſtinguebant, alium JESUM ſub TIBERIO a DEO bono miſſum, ad deſtruendum malum deum, abolendam legem, & prophetas, ac omnia creatoris opera. Corpus tantum phantaſticum CHRISTO JESU tribuebant: ac ab eo, ad inferos deſcendente, ſceleſtiſſimos quosque, CAIN, Sodomitas &c. liberatos dicebant. Veteri teſtamento ſpreto ex novo etiam, quæ CHRISTI humanitatem ſpectabant, adverſa ſuæ doctrinæ, eliminabant. *S. Aug. hæreſ. 11.* *Iren. L. I. c. 29.*

APELLES CHRISTO quidem, contra ſententiam magiſtri ſui, corpus verum tribuebat, ſed negabat illud eſſe ex fœmina. *Epiph. hæreſ. 44.*

Ophitæ ſerpenti divinos tribuebant cultus, quod ſcientiam boni, & mali ad nos detulerit; CHRISTUM autem a JESU diſtinguebant in duas perſonas, JESUM natum ex Virgine, CHRISTUM e cœlo deſcendentem. Euchariſtiam quidem ex pane *Tertull. de præſcript. c. 47.*

ne

ne habebant, sed magico serpentum panem contorsione consecratam.

*Iren. L. I. c. 31. Epiph. haeres. 46.*

Encratitae auctore TATIANO cu cetis, CHRISTO corpus phant tantum tribuebant: ADAMUM a salı cludebant: matrimonii, animalium, vir abhorrebant, etiam in Eucharistia: ob causam sectatores TATIANI, Enc ac etiam Hydroparastatae sunt dicti.

*Nic. Gurtler. Syst. theologia myst. c. 25. S. Epiph. haer. 48. S. Aug. haer. 26.*

Montanistarum saeculo secundo fi terrima haeresis, ut mirari subeat, e die, qui ejus patrocinium suscipere c sit, TERTULLIANI auctoritate,& plo. MONTANUS suis & sociarum SCILLÆ, ac MAXIMILLÆ prophetiis nitebatur, in tantum se tium, ut se paracletum dicere non ve MONTANUS; in se potius quar stolis promissionem mittendi Spiritum S pletam esse, atque per se ad perfection ducta esse, quae ceu inchoata per C STUM fuerint, dictitans. Insolito se commendare studebant Montanistae secundis nuptiis, & poenitentia. Docti TERTULLIANUM in suas part xerunt, & parum absuit, quin E THERIUM pontificem circumvenir varias sectas abierunt Artotyritarum: qu pane caseum in sacris offerebant; Tascod rum, ob insolitum tristitiae signum, digit bus inter precandum admoto, unde eti salorincitae sunt dicti. Quintiliani a p tissa, Pepuziani ab oppido dicti sunt.

*Haer. 50. c. 1.*

S. EPIPHANIUS Montanistis nem Quartodecimanorum attribuit, qu sunt quarta decima luna cum Judaeis

*Id. haer. 51.*

celebrare. Idem proxime subjungit h

hæreticorum genus Alogorum, quod nomen primus is tribuit illis, qui nec evangelium, nec Apocalypsin S. JOANNIS sucipiebant, nec verbum divinum per JOANNEM annunciatum.

Post Adamitas, Lampsacenos, & Theodotianos recenset S. EPIPHANIUS, qui divinitatem CHRISTO negabant; illi quidem ob paganicas superstitiones, hi ob auctorem THEODOTUM, qui CHRISTI abnegationem a se coram tribunali factam sic excusare contendit. *Id. Hær. 52. &c.*

Multi hæreticorum teste S. AUGUSTINO, Cerinthiani, Marcionitæ, Montanistæ regnum aliquod millenarium electorum somniabant in hac terra; aliter autem, quam magnus numerus scriptorum ecclesiasticorum, qui delicias tantum spirituales, hæretici autem carnales omnis generis in hoc regno in fine mundi admittebant. *S. Aug. de civ. DEI L. XX. c. 5.*

## §. XXXVII.

Tametsi propter statum ecclesiæ ressum integrum non fuerit communi auctoritate obortas controversias dirimere, non infrequentia taen habita fuerunt concilia, nominatim in causa Montanistarum, & ei celebrandi Paschatis. Concilia.

Cum in Romano imperio hetæriæ, & conventus privati vetiti fuerint omnes, id potissimum christianos concernebat, impediebanturque maxime persecutionum temporibus,

quin in concilia coirent. Canon tamen t
gesimus apostolorum, qui sicuti & cæteri ci
ca hoc tempus in conciliis ipsis sparsim co
fecti creduntur, habet, ut bis in anno fi
episcoporum synodus, & quæstionem inter
habeant de dogmatibus pietatis, atque in
dentes ecclesiasticas controversias dissolva
Nec est dubium plura tunc concilia fuisse h
bita, quam quorum ad nos pervenit memori
cum clam convenire plerumque necesse fueri
nec quæ decreta erant, consultum fuerit pass
propalare. Conservatæ nihilominus fueru
litteræ synodicæ: cujusmodi fragmentum
*L. V. c. 19.* pud EUSEBIUM extat concilii Antioche
sub S. SERAPIONE ad finem sæc
secundi. Idemque refert, ex ASTERI
URBANO, qui librum adversus Mont
nistas composuit, sæpius, & in plurimis As
locis Montanistarum causa pastores conv
nisse, novam illam doctrinam examinasse,
profanam, atque impiam judicasse, damna
*Lib. de jejuniis. c. 13.* hæresi. SYNODICUS apud JUSTE
LUM in eadem causa plura commemor
Hierapoli, Aquilejæ, & in Galliis. TE
TULLIANUS concilia a Montanistis ip
habita maximopere concelebrat, & extoll
Circa celebrationem paschæ eodem vergen
secundo sæculo ex utraque parte habita fu
concilia. VICTOR Romanus pontifex PO
LYCRATI Ephesino in Asia, cujus gr
tia potissimum ea controversia mota, id i
junxit, ut episcopos convocaret: qui quide
ei adstipulati sunt, ut ex verbis illius apu
*L. V. c. 24.* EUSEBIUM discimus. Alibi autem u
dique in conciliis id est decretum, ut do
minica proxima post lunam decimam quarta
pascha celebretur: in Ponto, Galliis, Ro

mæ,

mæ, Palæstina, & alibi, si SYNODICO ubique fides sit habenda.

## §. XXXVIII.

**Sancti doctores, ac ecclesiastici scriptores plurimum in defensione religionis christianæ fuerunt occupati, non paucis ad imperatores datis apologiis, scriptisque contra hostes ecclesiæ christianæ operibus; nec tamen interiores ecclesiæ res neglexerunt.** SS. patres, & doctores.

Primus apologiam pro christiana religione ad ipsum imperatorium tribunal deferre ausus est S. QUADRATUS: quam in manus ipsas imperatori ADRIANO consignavit. Idem eodem tempore S. ARISTIDES fecit teste EUSEBIO, licet libelli ipsi ad nos non pervenerint. Nec sine effectu. Non enim tantum rescriptum in favorem christianorum dedit ADRIANUS; sed etiam templa in eum finem ædificasse credebatur, ut in illis CHRISTUS coleretur: quæ diu post nomen ab ADRIANO retinuerunt, cum, eo morte præoccupato, dedicata non fuerint. Eodem teste EUSEBIO S. MELITON Sardensis episcopus, & S. APOLLINARIS Hierapolitanus episcopus apologias postea M. AURELIO obtulerunt, quæ ad nos non pertigerunt; sicut alia, quam EUSEBIUS non memorat, ad eundem M. AURELIUM, & LUCIUM AURELIUM COMMODUM

*Euseb. L. IV. c. 3.*

*Ib. c. 26.*

DUM sub titulo: *Legatio pro christianis*, quæ hodieque superest: in qua christiani ab objectis criminibus vindicantur: miracula vero, & oracula gentilium dæmoni deputantur. EUSEBIUS apologiam iisdem imperatoribus oblatam a MILTIADE refert. *Lib. V. c. 17.*

Omnium celeberrimus apologista S. JUSTINUS habetur, aliis etiam editis operibus pro religione christiana clarus. Duæ illius apologiæ supersunt, quas ANTONINO obtulisse veteres tradiderunt. Suspicantur tamen quidam, priorem alterius esse tantum præfationem quandam, alteram autem ad nos non pervenisse, certe non integra pervenit. Non solum autem tuetur innocentiam doctrinæ christianæ, ejusque commoda & bonitatem, ac in quibusdam convenientiam cum philosophorum placitis; verum etiam ejus veritatem ex prophetiarum completione commonstrat, doctrinam exponit, & disciplinam christianam, præsertim in sacra synaxi, ac celebratione eucharistici sacrificii, quod luculenter exponit. Nec operam perdidit, imperatore, decreto ad Asianas civitates misso, cavente, ne quis christianos propter religionem supplicio afficeret, ut post EUSEBIUM refert ZONARAS, *Lib. XII. histor.* quamvis alicubi decretum nomen AURELII præseferat. Alia pro religione christiana edidit opera, inter quæ eminet dialogus illius cum TRYPHONE, quem frustra nuper CH. GOTTL. KOCH inter supposititia sancti martyris opera, quæ nonnulla circumferuntur, referri voluit: ea quidem, non sinistra intentione, quod sancto martyri labem Chiliasmi abstergere vellet, quodque Origenismi de damnatis mentibus ex inferis liberandis, Arianismique quædam vestigia in

eo dialogo deprehendisse sibi videretur. Sed vix ulli persuasit KOCHIUS erisin suam, & ex protestantibus etiam adversarios est nactus. Quoad palmaria autem accusationis capita, aliæ suppetunt excusandi, vindicandique rationes. Quoad regnum autem millenarium (quod spirituale prorsus cum aliis multis, sanctissimis ejus ætatis viris statuit) & alia quædam de corporibus dæmonum, statua SIMONI mago Romæ erecta, in apologiis etiam, ei lites intenduntur, salvo honore doctori, ac martyri tam insigni debito.

Inter primos doctores hujus sæculi referendus est etiam HERMES, frater PII pontificis, alius quam HERMAS, cujus supra memini, & PAPIAS, discipulus S. JOANNIS, transferendæ ab apostolis acceptæ traditionis studiosus, similiter ac S. HEGESIPPUS paulo recentior, de quibus fragmenta quædam EUSEBIUS conservavit. PAPIAS præcipue fidem fecit opinioni de regno millenario, quam ille ex male intellecto S. JOANNE hausit. S. POLYCARPUS non solum collector est epistolarum S. IGNATII, verum ipse etiam ad ecclesias vicinas Smyrnensi, cui episcopus præerat, epistolas dedit, quarum una ad Philippenses superest, frustra a DALLÆO lacessita, apostolico vigore plena, ac suo auctore sanctissimo martyre dignissima. S. DIONYSIUS Corinthi episcopus pariter insignes epistolas dedit, quas catholicas vocat EUSEBIUS, eoquod ad integras ecclesias perscriptæ fuerint. Idem earum argumenta recenset ad fidei integritatem, ac vitæ sanctitatem. S. THEOPHILI Antiocheni hodie præstantissimi residui sunt, ex aliis plu-

*Bolland. ad 9. Maji p. 360.*

rimis ingenii monumentis, libri tres ad AUTOLICUM inserti novissimæ editioni S. JUSTINI, a patribus congreg. S. MAURI adornatæ, unacum aliis illius ævi monumentis.

Nec penitus omittendus est BARDESANES, qui, cum plurimis scriptis contra MARCIONEM, & alios hæreticos ecclesiæ catholicæ defensionem suscepisset, ipse tandem in Valentinianam hæresin unacum filio HARMONIO incidit; sed errore tandem cognito resipuit. Non ita felix fuit TATIANUS Encratitarum auctor, Qui teste S. HIERONYMO infinita scripsit volumina, e quibus *insignis unus contra gentes*, inquit, *florentissimus extat liber*. Ejus *evangelium* Diatesseron celebre est, nisi quod hæresi suæ patrocinatus fuerit: amputatis, teste EUSEBIO, genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex semine DAVID secundum carnem natum ostendunt. Sunt, qui illud hodieque existere dicunt, sub nomine *Concordiæ* in bibliotheca patrum.

*S. Hieron. in catalogo hoc tit.*

# CAPUT IV.

## *De fatis religionis christianæ, & propagatione veræ fidei sæculo tertio.*

### §. XXXIX.

Fidei incrementa sæculo tertio.

Ecclesia sæculo tertio medias inter dirissimas persecutiones majora indies incrementa cœpit, latiusque

fines

fines ſuos porrexit divina virtute, ac providentia ſingulari.

SEVERUS imperator, aliquando a morbo curatus oleo per chriſtianum TROPACIONEM, primum chriſtianis favit, qui jam mundum replebant, ſtatus, & officia omnia pervadebant. Hoſtis humanì generis, ìmpatiens tanti progreſſus, veteres calumnias contra chriſtianos ſuſcitavit, atque imperatorem in eos animavit ceu hoſtes publicos, imperatoris honori detrahentes. Perſecutiones identidem imperatores inſtaurabant alii. Eo etiam immanitas pertingebat, ut non tam morti traderentur, quam exquiſitiſſimis tormentis, longoque martyrio ad defectionem quærerentur: illud maxime in perſecutione DECII, & deinceps agebatur. *Baron. ad an.* 195. §. 5.

Dabatur quidem nonnunquam refocillandi tempus mitioribus factis imperatoribus: crediturque PHILIPPUS non ſolum ſuſcepiſſe fidem chriſtianam, ſed etiam a BABYLA pœnitentiæ ſubjectum paruiſſe. Alii etiam imperatores, chriſtaniſmo faviſſe viſi ſunt; nihilominus nunquam penitus perſecutiones ceſſabant, aut ſtatim iterum recrudeſcebant, etiam religionis cauſâ, accuſabanturque impii in deos, ac imperatores. Quidquid calamitatis inceſſebat publicæ, mox àlte clamabant: *Chriſtiani leonibus.* Illi perſæpe imperatores, qui alias indulgentiores ſeſe chriſtianis præbebant, ſubito crudeliſſime in eos debachabantur, ut VALERIANI exemplo conſtat. *Euſeb. L. VI. c.* 34. *Vid. apologet. Tertulliani.*

Præfecti ſæpe in provìnciis, ac judices, præter & ultra principum juſſa, immanitatem exercebant. Nulla regio, aut provinica

fuit, quæ non aliquando singularem crudelitatis vim sit perpessa.

Undique nihilominus magis magisque religio christiana percrebuit, & propagata est. Eo potentior manus apparuit DEI protegentis, divini consilii sui decreta, juxta ac prædicta sunt a prophetis, effectum euntis, quo magis humana fuerunt adversa molimina. Africam universam evangelii lux occupavit; Gallias etiam, ac per Illyricum in Germaniam penetravit, unde deinceps reliqua Septentrionalis plaga lucem accepit. Quæ de celebri DIONYSIO Gallicano feruntur, ad hæc tandem tempora sunt revocanda, non de Areopagita PAULI discipulo, sed Parisiensi sumta.

Circa hæc etiam tempora principes hodie Germanico-Romani imperii sedes, Moguntina, Coloniensis, Trevirensis, ac primo quidem sub uno verisimilius adhuc episcopo effloruere, ut constanter ecclesiæ faciem retinuisse, cum perenni successione, dici possint. Antea enim, si forte apostolici viri fidei semina jecerunt, in herba iniquitas temporum, ac inimicus homo suffocavit, ut radices capere, ac consolidari non potuerit sementis. Sub hæc etiam tempora celebris olim Laureacensium ecclesia fundata creditur a S. FLORIANO.

## §. XL.

Schisma Novatianum.

Externæ persecutiones, quibus lacessebatur ecclesia, etiam internam ejus unitatem lacerabant, eorum causa, qui lapsi in persecutione recon-

conciliari petebant, unde ſchiſma Novatianum ortum fuit.

Stupenda res eſt, quod dum alii nimis remiſſi, & indulgentes, alii nimis rigidi erga lapſos fuerint; res tamen tandem ad unum ſchiſma incentoribus NOVATO in Africa, ac NOVATIANO Romæ redierit.

Confeſſores Carthagine diſciplinam pœnitentiæ corrumpebant, datis libellis, nimia facilitate lapſos ad pacem admittendos exiſtimantes. Hi tamen confeſſorum Romanorum MOYSIS, MAXIMI &c. litteris, vigore evangelico plenis, a ſchiſmate retenti ſunt, quod FELICISSIMUS Carthagine contra S. CYPRIANUM fecerat. Is abſente S. CYPRIANO divino monitu manus perſecutorum fugiente, gregem, ut a ſuo paſtore ſubtraheret, nihil non egit, atque in partes etiam abſtraxit NOVATUM cum quatuor presbyteris Carthaginenſis eccleſiæ, qui ſe jam electioni S. CYPRIANI oppoſuerant, & poſtea turbis impliciti erant, quas excitarat nimia quorumdam confeſſorum pœnitentiæ relaxatio erga lapſos, ut diximus. S. CYPRIANUS rediens communi conſilio rite pœnitentiæ diſciplinam ordinaverat; ac clerus etiam Romanus vacante ſede vigorem diſciplinæ ſacræ urſerat egregie, juxta mentem S. CYPRIANI, ac concilii Africani.

Interim S. CORNELIO in pontificem Romanum electo, NOVATUS contra eum, ſicut contra S. CYPRIANUM in Africa factionem fecit, hic FELICISSIMUM, illic NOVATIANUM in pſeudo-epiſcopos contra legitimos paſtores erigendo. In

Africa quidem tanta mala non invexit schisma, & paulatim extinctum fuit, dum mortuo FELICISSIMO, FORTUNATUS in ejus locum a factiosis electus, ab omnibus brevi desertus est. Sed Romæ NOVATIANUS contra S. CORNELIUM papa electus a temulentis episcopis, auctore NOVATO, dirum schisma excitavit. Ut autem causam habere videretur, indulgentiam CORNELII erga lapsos accusabat: quos ad pœnitentiam omnino negavit esse recipiendos. Qui tamen, ut haud obscure innuit S. CYPRIANUS, composuit epistolam cleri Romani ad S. CYPRIANUM de pace danda lapsis in articulo mortis. Et S. PACIANUS etiam dicit, eum, in argumento de lapsis ad reconciliationem admittendis, librum edidisse.

*S. Cypr. epist.* 52.

*Epist.* 3.

In suas partes abstraxit non solum partem populi, sed etiam quosdam presbyteros, & confessores, eos ipsos, quos antea memoravi dedisse litteras ad confessores Carthaginenses, nimium erga lapsos indulgentes. NOVATUS, qui horum laxitatem in Africa contra S. CYPRIANUM, jam etiam NOVATIANI rigorem Romæ, incentor schismatis, secum pugnans probabat. Cum enim NOVATIANUS adhuc presbyter errorem suum contra CORNELIUM, & decretum concilii Romani tueretur, nihilominus, NOVATI manuum impositione, contra CORNELIUM episcopus est factus. In Africa quidem, agente S. CYPRIANO, agnitus NOVATIANUS pro episcopo non est, at in oriente fautores accepit, ipsum FABIUM Antiochenum.

Et

Et licet postea ubique fere rejiceretur, schisma tamen sequentibus adhuc sæculis perseveravit, erroribus variis adhuc, ac hæresi auctum, damnatis secundis nuptiis, honore reliquiis negato, rebaptizatis iis, qui illorum sectæ se addicebant, ac juxta THEODORETUM, neglecto etiam chrismatis sacramento.

## §. XLI.

Controversia de rebaptizandis hæreticis.

**Non ita in apertum schisma prorupit altera haud absimilis de rebaptizandis hæreticis controversia, SS. STEPHANUM pontificem inter, & CYPRIANUM, licet orientem æque, & occidentem commoverit.**

S. CYPRIANUS in ea sententia fuit, baptismum, extra ecclesiam datum, esse nullum, adeoque baptizandos esse, qui ab hæresi ad unitatem ecclesiæ redeunt. Non erat auctor hujus sententiæ, in Africa non tantum, verum etiam alibi inolitæ. Testabatur S. FIRMILIANUS Cæsariensis episcopus, in Cappadocia etiam eos iterum baptizari solitos esse, quos episcopus in idololatriam lapsus baptizavit.

*S. Cypr. epist.* 57.

Non sunt audiendi, qui asserunt S. STEPHANUM in adverso errore hæsisse, ut quemcunque baptismum, quacunque forma datum extra ecclesiam, rati habuerit contra veterum omnium sententiam. Inter quos LAUNOJUS haud magis probabiliter contendit, traditionem antiquam potius favisse S. CYPRIANO, *ad quam* constanter ab apostolis

ſtolis receptam provocarat S. STEP
NUS.

S. CYPRIANUS autem inhæreb
ctoritati AGRIPPINI prædeceſſori
concilio firmatæ; dicit tamen S. AU
STINUS, poſt mortem AGRIPP
morem rebaptizandi non viguiſſe uſque
CYPRIANUM, qui eum iterum re
tarit. Eadem erat aliarum eccleſiarum ir
etiam praxis, ac ſententia. Nihilomin
ſententiæ ita S. CYPRIANUS inh
dum non putavit, ut alteram damnaret
ob hanc diverſitatem, pacem, & uni
eccleſiæ violandam exiſtimaret. Quod
ſignificavit concilium Africanum ſynod
litteris ad S. STEPHANUM papa
tis, quibus quidem ſperabant, in ſuam eun
tem abiturum; nihilominus declara
ſe pacem conſervaturos cum illis, qui
tate cuivis epiſcopo conceſſa, aliud ſeq
tur.

*De bapt. L. III. c. 2.*

S. STEPHANUS reſcribens, hu
ſum non ferendum putavit, minatus
excommunicationem, qui hæreticos re
zare pergerent. Idque etiam factum
ſunt qui exiſtiment ex veteribus, & r
tioribus. Mihi autem adhærendum S.
GUSTINO videtur, qui pacem, &
tatem conſervatam dicit.

*S. Aug. in Petilian. c. 14. & alibi.*

S. CYPRIANUS quidem minim
dendum exiſtimavit, atque ſententiam
iterum in concilio ſtabiſivit in Africa;
dem conteſtatione libertatis integræ relin
dæ, quicunque contra ſentire, ac face
xerit. Quod pariter fecerunt alii c
patres, qui plerique martyres, aut c
ſores in actis concilii hujus ſunt

H

Hinc tantopere indignati sunt STEPHANO non Africani tantum præsules, sed etiam S. FIRMILIANUS, quod recipere, nec etiam sub tectum, ac hospitium, noluerit deputatos ex Africa: quod ceu apertam communionis rupturam existimarunt.

Qua de re quidquid sit, pax postea restituta est, agente potissimum S. DIONYSIO Alexandrino, licet rebaptizandi mos saltem non statim cessarit: quod tamen postea est factum, ac in Africa quidem citius, quam Asia. Laudatur in hac re plurimum SIXTI, successoris S. STEPHANI, moderatio, & charitas, qui de severitate, qua usus est S. STEPHANUS, remittendum duxit, juxta conditiones haud dubie a S. CYPRIANO primum, & qui cum eo sentiebant, & postea a S. DIONYSIO propositas: ut ad pleniorem usque discussionem, ac communem ecclesiæ praxis hujus determinationem, quisque episcopus libertatem haberet, moreque suo, & consuetudine uteretur.

## §. XLII.

Hæreses, quæ superioribus sæculis circa præcipua religionis christianæ mysteria fuerunt exortæ, hoc tempore novam veluti faciem acceperunt, circa SS. Trinitatem, & Incarnationem Verbi divini. Hæreses.

Hodie hæresis, quæ distinctionem personarum divinarum negat, sub nomine Sabellianismi venire solet; tametsi primus illius au-

ctor

*Dogm. th. Tom. II. L. I. c. 6.*

ctor SABELLIUS haud sit. PETAVIUS illius natales ab Ebionitis ducit; aliique sæculi secundi hæretici ejusdem erroris arguuntur. Sæculo hoc tertio primus illius auctor PRAXEAS, postquam MONTANI falsas prophetias Roma expulit; ipse novam, ac detestandam hæresin illic intulit, in unitatem DEI asserendo, ut distinctionem personarum tolleret: Filium eundem ac Patrem faciendo, adeoque Patrem incarnatum ac passum in cruce asserendo. Quapropter sectatores illius Patripassiani sunt dicti. NOETUS idem (ante vel post non constat) docuit, cujus discipulum SS. PHILASTRIUS & AUGUSTINUS faciunt SABELLIUM. Qui ad speciem magis excoluit errorem, & sectam fecit. Tres personas, seu πρόσωπα agnoscere præseferebat: imo negantibus anathema dicebat, sed teste S. BASILIO ἐνυπόςαϯα negabat, dictitans DEUM in unico subjecto, ac subsistente nunc ut Patrem, nunc ut Filium, aut Spiritum sanctum loqui. Qui legem dederit ut Pater, incarnatus sit ut Filius, ut Spiritus sanctus in apostolos descenderit: deinceps frequentius Patripassiani, quam Sabelliani audierunt. Auctor sæculi quinti apud DACHERIUM Sabellianos a Patripassianis distinguit. Et antiqui patres subinde SABELLIUM non tam Patripassianum, quam PAULI SAMOSATENI asseclam faciunt, ipse S. EPIPHANIUS. Qui tamen, dum ejus hæresin describit, solis exemplo, quod SABELLIO familiare fuit, rem explicat, lucem Solis cum Filio, vim autem calefaciendi cum Spiritu S. comparans: ut secundum hanc sententiam Filius in Incarna-

*Catal. hæret. apud Tertull. de præscript. c. 53.*

*S. Basil. epist. 6.*

tione

tione veluti radius abſciſſus a divinitate ſit; & poſtea iterum ceu radius ſoli ſit junctus. Dicit porro, aliis ejusmodi exemplis eum uſum, voluiſſe rem veluti ſenſibilem reddere. Unde potius dubium reliquit, an revera Patripaſſianus dicendus ſit, an magis PAULO SAMOSATENSI propius acceſſerit.

PAULUS hic SAMOSATENUS ſimiliter perſonarum diſtinctionem ſuſtulit. Filium quidem in Patre agnoſcebat, ſed ſine exiſtentia perſonali, eodem modo ac λόγος verbum, ſeu ratio in homine eſt, atque hoc modo verbum conſubſtantiale, dixit Patri. Videbatur quidem verbo ὑπόστασιν tribuere, quando a Patre exit, atque producitur a Patre ad operandum ad extra: at latiore ſignificatu ſumit hypoſtaſin; qua ratione etiam verbo, ſeu voci ex ore noſtro prodeunti tribueretur. Sed hæc PAULUS non palmaria docebat, errorem ſuum potius circa incarnationem CHRISTI explicando. De CHRISTO humiliter admodum ſenſit, ac merum ſtatuit hominem, licet eum, operante Spiritu S. ex Virgine natum, negaſſe haud videatur. Unde quidem verbum, ſapientiam, & lucem æternam in CHRISTO agnoſcebat; ſed habitatione ſolum, & operatione, neutiquam unione perſonali: atque hoc modo duplicem hypoſtaſin, ac duas perſonas in CHRISTO ſtatuebat: ut quidquid divini ex eo in juſtitia, & virtute appareret, non ſuapte natura ineſſet, ſed DEI bonitate, largitateque, CHRISTUS autem in ſe merus homo eſſet; ut adeo EBIONIS ſententiam teneret, ac Judæorum. A PHILASTRIO dicitur circumciſionem admiſiſſe: memoratque THEODORE-

*Epiph. 65.*

*Philaſt. de hæreſ. c. 64.*

DORETUS, in gratiam ZENOBII Judæis addictæ, hæresin suam procudisse.

Erant eodem sæculo hæretici pariter CHRISTUM hominem merum dicentes, licet e MARIA Virgine natum faterentur operante Spiritu, Paulinistis, & aliis ejus sententiæ consoni, præterquam quod MELCHISEDECHUM CHRISTO superiorem ac virtutem divinam dicerent.

## §. XLIII.

Hæresis Manichæorum.

Manichæorum omnium determa secta priorum hæresium fere omnium sentina fuit, in quam præcipui errores, Gnosticorum, Docetarum, Basilidianorum, Valentinianorum, Marcionitarum, Montanistarum, præter gentilium philosophorum, magorum, Indorum, ac Persarum, auctore ZOROASTRE, deliramenta confluxerunt.

Manichaica hæresis originem suam christianismo non debet, atque Manichæismus ante MANICHÆUM singulari opere a CHRISTOPHORO WOLFIO demonstratus est. Propior etiam ejus ortus sub christianismo SCYTHIANO, & MANETE, christianorum albo neutiquam adscriptis, e[st]. Fons erroris est, quod originem mali a DEO optimo removendi causa, malum substantia, non defectus tantum statueretur. *Iste*, inquit AUGU-

*Hæres.* 46.

AUGUSTINUS, *duo principia inter se diversa, & adversa, eadem æterna, & coæterna, hoc est, semper fuisse composuit: duasque naturas, atque substantias, boni scilicet, & mali, sequens alios antiquos hæreticos, opinatus est. Quarum inter se pugnam, & commixtionem, & boni a malo purgationem, & boni, quod purgari non poterit, cum malo in æternam damnationem, secundum sua dogmata asseverantes, multa fabulantur.*

ZACCAGNIUS bibliothecæ Vaticanæ præfectus, acta protulit disputationis ARCHELAI episcopi Cascarensis cum MANICHÆO. Ea quidem a nonnullis pro fictione habentur; sed satis se testimonio veterum tuentur, continentque singularia de ortu hujus hæresis, & qua ratione MANES publice convictus fuerit erroris sui. In epistola ad MARCELLUM MANES, nostris, quos doctores simplicium vocat, crimini dat, quod bonum, & malum ab eodem principio repetant, non discernendo lumen a tenebris, nec quod foris est, de eo, quod intus est in homine. Multo adhuc magis vitio dat, quod audeamus unicum DEI Filium, ex sinu Patris descendentem, MARIÆ filium dicere, formatum ex carne, & sanguine, ac mulierum immunditiis. In inscriptione epistolæ se apostolum JESU CHRISTI vocat; atque in disputatione ipsa, licet veritus sit publice se paracletum vocare, pro eo tamen se venditavit, quem CHRISTUS mittere promiserit, cui reservatum sit perfectam afferre scientiam, evacuato quod imperfectum est: ea ergo se tradere docuit, quæ CHRISTUS apostolos celaverit.

Scripta novi teſtamenti adulteravit, vetus teſtamentum penitus repudiavit, alios ſubſtituens, præſertim apocryphos Docetarum ſæculi ſecundi libros, ut ſententiam ſuam firmaret, CHRISTO fuiſſe tantum figuram externam hominis. Auctorem legis Moſaicæ, eumque, qui per prophetas locutus eſt, habuit pro principe tenebrarum. Non potuit, quæ de creatione in Geneſi habentur, probare, qui res materiales omnes malo principio tribuebat: quamvis diceret, nec bonum principium poſſe producere creaturam, quin ei aliquid materiæ a malo principio miſceretur.

DEUM lucem vivam, & materiæ expertem ſtatuit, qui in ſummo cœlo ab æterno reſideat, ſtipatus ſubſtantiis intelligentibus puris, & immortalibus, quas æones vocavit. Emanationes, ſuperiores cæteris, ex ſubſtantia Patris putavit, Filium, & Spiritum S. Primam emanationem, ſeu perſonam in ſole & luna reſidere putavit a tempore mundi conditi, ſecundam in aere. Præterea infinitam copiam deorum, ac angelorum ſtatuit non creatos, ſed genitos ex ſubſtantia principii boni.

Animam unam in mundo agnoſcebant Manichæi, quæ aquæ inſtar dividatur, ſi corporibus immergitur: unde paulatim iterum repurgata, per gradus, ac metempſychoſin demum ſe jungat primigeniæ luci, allevatione prima in lunam, ſecunda in ſolem, tertia in locum, quem columnam gloriæ appellabant. Duas tamen animas in homine ſtatuebant, bonam unam, & malam alteram a principio malo. Quod inter & principium bonum pugnam fuiſſe ſtatuunt ab initio, at-

que

que ita res boni principii mixtas materiæ ac tenebris, quæ ex malo sunt, præsertim in homine: hinc ad animas, non corpora liberanda venisse CHRISTUM. Quem etiam serpentem fuisse putabant, a MOYSE commemoratum.

Matrimonium, ac procreationem prolis damnabant; liberum arbitrium negabant. Peccatorum originem substantiæ tribuebant gentis adversæ.

Apparere sancti, ac rigidi studebant, præsertim qui in numerum *electorum* adoptati fuerant, erga alios enim indulgentiores erant. Nec audientibus omnia sua mysteria pandebant, quod ipsi S. AUGUSTINO accidit, aliquando eorum hæresi irretito.

Specie hac singularis scientiæ, ac modi explicandi originem mali, ad hodiernum usque diem sectatoribus destituta nunquam fuit, ex illis etiam, quos protestantes pro suis antecessoribus jactant. Vid. B. BOSSUET *hist. variat. Part. II. L. I.*

## §. XLIV.

Ecclesia ceu extraneam judicans Manichaicæ hæresis causam, aut tam manifeste infirmam, ut suapte corrueret, judicium nullum opposuisse legitur: de aliis vero negotiis ecclesiasticis, præsertim contra novas exortas hæreses hoc sæculo plures habitæ sunt synodi. Concilia.

*Act. disp. p. 109.* ARCHELAUS solum legitur post ... ctum MANETEM christianos congreg... se, atque anathema contra MANETE... & ejus opiniones novas pronunciasse.

Sub initium sæculi tertii primum occur... concilium Carthaginense AGRIPPINI, ... næ tamen doctrinæ adversum, pro rebap... zandis hæreticis. Eadem postea doctrina ... oriente Iconii, & alibi in numerosis episcop... rum conventibus est constituta. Nec non ... Africa sub S. CYPRIANO aliquibus co... ciliis Carthaginensibus: dum primo Carth... ginensi concilio circa hanc rem nec ipsi Af... cæ episcopi omnes deferre vellent, ut ip... *Epist. 72.* S. CYPRIANUS testatur, consuetudine... veterem sequi se in hoc dicentes.

Interim, ut jam monuimus, unitatem se... vandam duxerunt constanter, & libertate... relinquendam contrarium opinantibus, facie... tibusque. Ecclesia Romana, & aliæ per o... bem traditioni immotæ insistebant, & res ... salvo fuit, nec potuit non exitus respond... *Commonit. c. 29.* re. *Quis ergo tunc*, sunt verba VINCE... TII LIRINENSIS, *universi negotii ex... tus? Quis utique, nisi usitatus, & solitus... Retenta est scilicet antiquitas, & explo... novitas.*

Concilia Africæ sub S. CYPRIANO d... gniora fuerunt, quæ medio sæculo terti... sunt habita contra PRIVATUM hæret... cum: circa clericorum occupationes, ne ... sæcularibus rebus immisceant, nec etiam tut... rum munus suscipiant; ita, ut pro dormitior... VICTORIS, qui huic decreto contrave... nerat, oblatio aut deprecatio aliqua nomin... ejus in ecclesia frequentari vetita sit. Circ... causam lapsorum, & schisma FELICISS...

MI

MI etiam sunt celebrata concilia. Quamvis riger in priori concilio circa lapsos constitutus, in altero, ingruente nova persecutione, relaxandus sit visus.

In causa ORIGENIS concilia quædam sunt Alexandriæ habita, ac decreta contra eum per ecclesiam missa, undique fere etiam Romæ firmata sunt. Idem tamen ORIGENES in concilia duo Arabiæ adversus BERYLLUM BOSTRENSEM vocatus, egregiam operam navavit, ad convincendum hunc hæreticum, ausum asserere, sunt verba EUSEBII, *Dominum, ac servatorem nostrum, antequam inter homines versaretur, non substitisse in propria personæ differentia; nec propriam, sed paternam duntaxat divinitatem in se residentem habere.* NOETI similis error in concilio Asiæ eo tempore est damnatus. *Lib. VI c. 33.*

In causa Novatiani schismatis Romæ, Antiochiæ &c. medio sæculo tertio concilia sunt habita. Antiochiæ item contra PAULUM SAMOSATENUM tria, atque etiam vox *Consubstantialis* ob pravum sensum, a PAULO inditum, est damnata.

## §. XLV.

Hæreticis sese strenue opposuit S. IRENÆUS Galliæ apostolus, & post S. POTHINUM episcopus Lugdunensis; sed Valentinianos, & Gnosticos potissimum prioris ætatis impugnavit, discipulum & imitatorem nactus S. HIPPOLYTUM. Doctores, imprimis S. IRENÆUS.

Fuit S. IRENÆUS discipulus S. POLYCARPI, ab eo haud dubie cum S. POTHINO, & sociis in Gallias, evangelium prædicandi causa, missus. Nec hoc contentus labore, ecclesiam inter infideles propagandi, eandem etiam repurgandi ab hæreticis studium saluberrimum impendit, animo charitatis pleno. Fecit id primis quinque libris contra hæreticos, qui etiam nonnunquam *refutatio scientiæ falsi nominis* inscribuntur, contra Gnosticos nimirum. Valentinianos potissimum petit, quorum primo errores refert, deinceps ratione, & auctoritate eos refutat, apostolorum, ac ipsius CHRISTI JESU.

Lib. III. c. 46.

Auctoritate Papiæ, & aliorum regnum millenarium libro quinto defendit. Sunt etiam quædam, quæ divinitati Verbi, majestatique, non satis convenire videbantur; sed sententia ejus innocua satis est vindicata, unacum aliis sanctis patribus ante-Nicænis.

Paci, & unitati ecclesiasticæ consuluit non solum de schismate contra BLASTUM scribendo, qui Romæ necessitatem defendere voluit celebrandi pascha luna decima quarta; verum etiam nimium rigorem contrariæ sententiæ in VICTORE pontifice improbando, atque mitiora, charitatique propinquiora suadendo: ne ob diversitatem disciplinæ in celebrando paschate pax, & unitas violaretur.

Celebres habuit discipulos, inter alios S. HIPPOLYTUM episcopum, sive in oriente, sive occidente, locus nescitur. Romæ sæculo decimo sexto medio, sub marmorea statua, canon paschalis inventus est, qui licet HIPPOLYTI nomen non præ se tulerit,

nemo tamen, quin illius sit, dubitavit. Optandum esset, ut illius opera, quæ contra hæreticos scripsit, bono omine in lucem eruerentur, ac extarent. Sub ejus nomine habetur tomo decimo quinto bibliothecæ patrum fragmentum operis contra hæreses, in quo contra NOETUM agitur. Tractatus illius contra antichristum in lucem editus primum est a MARQUARDO GUDIO, & postea a P. COMBEFISIO in *Auctario*. Forte magis delituit, quod ipse THEOPHILUM, cui opus inscripsit, monuerit, ne infidelibus communicet, qui nihil aliud quærunt, quam blasphemare veritatem.

## §. XLVI.

TERTULLIANUS ecclesiæ columen contra hæreticos, & infideles haberi posset, nisi ipse in hæresin deterrimam MONTANI incidisset, ac alios etiam errores fovens, propriam sectam, ac factionem ex suo nomine fecisset. TERTULLIANUS.

Videtur innuere TERTULLIANUS, se PRAXEAM, detecta hæresi contra Trinitatem, ad retractandum errorem induxisse. Multa egregia scripsit pro ecclesia contra gentiles, & varios hæreticos. Sed distinguenda sunt illius opera, quæ adhuc in ecclesia catholica edidit, a sequentibus. Nec alii tamen libri fructu carent, nihilque obstantibus ejus erroribus a S. CYPRIANO *κατ' ἐξοχὴν magister* est habitus. *Contra Praxeam, c. 1.*

Causas lapsus illius varii varias afferu
& est res miranda, potuisse tam doctum hor
nem decipi, ut anilibus fabulis PRISCI
LÆ, & MAXIMILLÆ fidem deferr
atque MONTANUM pro paracleto l
beret.

Præter errores communes cum Monta
stis de secundis nuptiis, fuga in persecut
ne vetita, negata potestate remittendi pec
ta, imprimis adulteria, de natura anim
ac spirituum, quam non corpoream tant
statuere videtur, sed etiam sexus in ea
stinctionem admittere, de baptismo hære
corum erravit, ac multa hæreticus fac
contra ecclesiam catholicam seu Psychic
scripsit.

## §. XLVII.

S. CYPRIANUS.

Melius religioni, ac sibi consulu
runt alii circa hæc tempora celebr
in Africa viri, imprimis S. CYPRIA
NUS, non obstante more rebaptizar
di hæreticos, quem acriter defendi

S. CYPRIANUS spoliis Ægyptii, a
paratu insigni scientiæ, & eloquentiæ, on
stus, e Paganismo ad christianam religione
venit. PONTIUS in ejus vita primu
eum facit sacerdotem Africæ martyrii cor
na illustrem, quod forte de Carthagine i
telligendum venit. S. AUGUSTINU
tribuit meritis humilitatis, & charitatis, qu
fortiter unitus ecclesiæ fuit, illustre mart
rium. Certe scripta illius pacem, & char
tatem

*S. Aug. L. II. c. 1. de baptis.*

tatem undique ſpirant. Et ubi etiam aberravit, ſtudium unitatis enituit.

Scripta ejus communem omnium laudem meruerunt. Nec recentiores critici, quidquam in eo, ut in aliis priorum ſæculorum doctoribus repererunt, quod traducerent. Fatetur DUPINIUS, eum immunem eſſe variis levibus erroribus, qui in ſcriptis trium priorum ſæculorum frequentes ſint: nec reperiri quidpiam in præcipuis religionis noſtræ myſteriis Trinitatis, & Incarnationis, quod negotium faceſſat, ac benigna indigeat interpretatione.

GELASIUS in ſuo decreto, poſt conciliorum auctoritatem cuſtodienda, & recipienda decernit opuſcula B. CYPRIANI martyris, & Carthaginenſis epiſcopi. Poſtea quidem opuſcula TATII CYPRIANI inter apocrypha relegantur, exiſtimatque BARONIUS hoc ſpectare tantum opuſcula de baptiſmo hæreticorum; ſed nihil aſſeri poteſt, ac manifeſte locus in mendo cubat, nec TATII prænomen CYPRIANO noſtro convenit. *Tom. IV. Conc. pag. 1262.* *Baron. ad an. 261. §. 46.*

Satis excuſatum habuit ſanctum doctorem ob ſingularem, quam defendit, conſuetudinem rebaptizandi hæreticos, ſtudium pacis, & charitatis; ut ſæpe eum S. AUGUSTINUS contra obtrectatores Donatiſtas tuetur. *Baron. ad an. 211. §. 2.*

Creditur CÆCILIUS, qui S. CYPRIANUM ad fidem convertit, idem ille eſſe qui in dialogo MINUCII FELICIS, OCTAVIUS inſcripto, partes primum adverſas ſuſcepit veritati, tandem autem victas dedit manus. Præter MINUCIUM FELICEM pro religione ſcripſit in Africa ad finem ſæculi tertii ARNOBIUS, onere

hoc ei imposito ab episcopo, cum antea in publicis scholis contra religionem christianam perorasset. Ut testatur S. HIERONYMUS in chronico ad annum CONSTANTINI 20.

## §. XXVIII.

ORIGENES, & alii.

Celebris fuit Alexandrina schola, ac ecclesia, ex qua hoc potissimum tempore prodierunt doctissimi viri ORIGENES imprimis, ac ejus discipuli, defensoresque, quales nec hodieque desunt.

*L. V. c. 10.*

EUSEBIO teste schola sacrarum litterarum a primordiis ecclesiæ floruit Alexandriæ.

*De viris illust. c. 36.*

S. HIERONYMUS originem, institutionemque ab ipso S. MARCO repetit. Primus autem, qui in historia sacra celebratur, S. PANTENUS est.

Ei S. CLEMENS ALEXANDRINUS successit, cujus insignia supersunt opera vel ad convertendos infideles, vel ad instituendos fideles apprime utilia. At etiam suos habet nævos; imprimis PHOTIUS ex ipsius hypothyposibus crassos collegit errores: quos DUPINIUS non aliter excusat, quam quod eos scripserit, cum primum a paganismo ad christianismum se convertit, necdum satis instructus in vera religione.

ORIGENES, si quis unquam, in laude, & vituperio famosus extitit, ad hodiernum usque diem, ad cœlum pariter fama elatus, & ad inferos detrusus. Nec hactenus anathemata, quibus perculsus etiam in concilio V.

&

& sequentibus generalibus est, cohibere potuerunt, quin a multis ejus susciperetur patrocinium; non errores in eo proscriptos defendendo, sed ejus innocuum studium laudando: qui cum plurima scriberet, sæpe opinando, & veritatem indagando potius, quam statuendo multa posuit; multa etiam ab aliis ejus scriptis sunt illata, quæ ipsi postea imputata sunt.

Nec errores aliquos contra ecclesiæ doctrinam, definitionemque contumaciter defendit, & quamdiu vixit, nunquam ob errorem aliquem circa fidem damnatus est; licet alias ob causas, præcipue voluntariam mutilationem Alexandriæ, & alibi sit a communione segregatus, & damnatus. Quod ausum ipse postea damnavit, se deceptum videns, litterali nimium adhærendo sensui, in verbis CHRISTI de eunuchis: ita, ut postea in adversam potius declinarit partem, allegoriæ nimium tribuendo. Qui, si quis alius, ei error imputari potest cum veritate; alii præcipui depravatoribus potius suis, & falsis sui nominis impostoribus tribui forte queant. *Orig. in Matt.*

Nihil dicam de infami hæresi Origenistarum, potius Gnosticorum germine, quam ORIGENIS. Damnato conjugio impudicitias omnis generis admittebant, quamque nec EPIPHANIUS, alias ORIGENI infensus, ei audet imputare.

Dum adhuc vixit, ipse deprehendit, & impostores convicit, qui sub suo nomine errores spargebant, aut scripta sua corrumpebant. Capitalem errorem de salute diaboli ita falso ei adscripserunt, *Dicentes*, ipsa ejus verba habent, *patrem malitiæ, ac perditionis, & eorum, qui de regno DEI ejiciuntur* *Orig. in apol. Pamphili.*

*tur, id est, diabolum me dicere esse salvan dum: quod ne aliquis quidem mente motus, & manifeste insaniens dicere potest.* Alia ibidem refert exempla corruptorum, aut falsi ei adscriptorum librorum.

Hæc ex apologia, quam S. PAMPHILUS illustris martyr, & EUSEBIUS pro ejus fama, & scriptis ediderunt, sunt hausta; ubi reliqua accusationum capita absterfa sunt, quæ potissimum libros περὶ ἀρχῶν seu *de principiis* attinent. In quibus etiamnum hodie, tametsi RUFINUS eos repurgandos sumserit, opiniones singulares sunt de præexistentia animarum, pluralitate mundorum, natura astrorum, duratione pœnarum, salute dæmonum &c. De quibus purgavit ORIGENEM PAMPHILUS in apologia.

*Prol. in L. I. Periarchon.*

S. GREGORIUS THAUMATURGUS ex discipulis ORIGENIS illustrissimus, sanctissimusque fuit, suo magistro addictissimus, in cujus laudem, eo præsente, orationem habuit. Etiam alia opera edidit, expositionem fidei divinitus edoctus, quam SABELLII sectatores, teste S. BASILIO, in suas partes trahere conabantur. Idem zelum suum adversus PAULUM SAMOSATENUM illustrem ostendit, & pro disciplina pœnitentiæ insignem epistolam canonicam reliquit.

*Epist. 64.*

DIONYSIUS ALEXAND. iisdem fere studiis eodem tempore pro ecclesia DEI fuit distentus, illustris CHRISTI confessor. Contra Novatianum errorem pœnitentibus indulgentiam, communionemque dandam decrevit, atque NOVATIANUM ad subjectionem adducere est conatus. Scripsit

contra

contra NEPOTEM regnum millenarium inducentem, auctoritate potissimum apocalypsis JOANNIS. Controversiam de baptismo hæreticorum sopivit.

Dum Sabellianismum impugnat, Romæ apud cognominem DIONYSIUM accusatur, quod verbum Patri consubstantiale negaret.

Qua in re & ipse se purgavit, & S. ATHANASIUM egregium vindicem nactus est contra Arianos, ejus auctoritate abutentes. ORIGENI primum addictus, ei postea infensus fuit. Similiter ac S. METHODIUS, cujus convivium virginum, a LEONE ALLATIO in publicam lucem protractum, quosdam errores ORIGENI imputatos continet, de præexistentia animarum, hominibus in naturam angelorum in gloria mutandis &c. Regnum millenarium aperte statuit, nec de divinitate Verbi, & processione divinarum personarum accurate loquitur.

## §. XLIX.

Non est omittendus VICTORIUS Petaviensis, seu Passaviensis episcopus, qui teste S. HIERONYMO, scripsit adversus omnes hæreses, & multa alia; quamvis pauca scriptorum ejus ad nos pervenerint. VICTORINUS. *In catal. c.* 74.

Alii eum episcopum Pictaviensem faciunt; communior autem est opinio, fuisse Passaviensem in Austria episcopum; quæ ecclesia seu sedes episcopalis hodieque floret, & fines suos usque ad mœnia urbis Viennensis protendit, meritoque tam illustri martyre,

ac

ac doctore gloriatur: utinam scripta conse vasset, quæ complura in sacram scriptura edidit, commemoratque inter alia S. HIE- RONYMUS! Præter commentarium i Apocalypsin, & quædam fragmenta alioru operum, nihil superest.

*Ibidem.*

Dubitarunt nonnulli de hoc ipso comme tario, an sit genuinus S. VICTORIN partus: eoquod S. HIERONYMUS i eo regnum millenarium assertum dicat, cu potius rejectum sit regnum illud in con mentario, qui hodie habetur. Sed trunc tum locum fuisse dici potest, & quod rej ctum in ipso habetur regnum millenariun de Cerinthiano carnali intelligi potest. *Erg* verba illius habent, *audiendi non sunt*, *q mille annorum regnum terrenum esse confi mant*, *qui cum CERINTHO hæreti sentiunt.* HELVIDIUS ejus etiam ab sus est auctoritate, B. V. MARIAM ali post JESUM habuisse infantes astruendo sed eum defendit S. HIERONYMUS quod fratres Domini intellexerit, quales, quomodo in evangelio vocantur.

*In catal. c. 18.*

*In Helv. c. 9.*

---

# CAPUT V.

## *Flos religionis christianæ sub princi pibus christianis sæculo quarto.*

### §. I.

Inanitas persecutionum

Ineunte sæculo quarto quies, qu fruebatur aliquamdiu ecclesia tur-

turbata quidem eſt diriſſima perſecutione; crevit nihilominus, ſanguine martyrum irrigata, dum illius perſecutores cadunt.

cadentibus paulatim perſecutoribus.

Primis annis DIOCLETIANI externa pace ut plurimum gaviſa eſt eccleſia, religioque chriſtiana in ipſa cæſarea aula effloruit; nunquam tamen penitus in toto Romano imperio ſine martyrum ſanguine fuit, præſertim in occidente & Galliis ſub MAXIMIANO HERCULEO, uti vel glorioſa legionis Thebææ per martyrium victoria teſtimonio eſſe poteſt; & nota RICTII VARI in chriſtianos ſævitia declarat. Non diffitetur EUSEBIUS, pacem, & libertatem, qua chriſtiani fruebantur, illis potius detrimento fuiſſe; nec etiam ad ſe rediiſſe, & ad officium, dum perſecutio primum lentius tantum proceſſit; inteſtinis bellis, & concertationibus, præſertim inter epiſcopos, graſſantibus, donec flamma ingens perſecutionis excitata, eccleſiæ conflagrationem minitaretur.

*L. VIII. c. I.*

Inſtigante GALERIO non ſolum edicta varia adverſus chriſtianos ſub DIOCLETIANO emanarunt; verum etiam eccleſiæ dirui, & ſcripturæ incendi juſſæ ſunt, atque in cauſis publicis, & privatis vetitum, ne chriſtiani libertatem, ac vocem omnino haberent. Vis illata omnibus promiſcue, ut ſacrificarent, altaribus undique erectis. Hinc copioſus ſanguis chriſtianorum manavit, tormenta diriſſima admota ſunt. Frumentum, vinum vendibilia, idolis oblata, ut nec victui, nec etiam ſacrificio chriſtiani reperire

potue-

potuerint, quæ polluta non fuerunt. V
gines passim prostitutæ, quæ christianam
ligionem, & castitatem profitebantur, atq
infinitæ aliæ artes excogitatæ sunt ad labe
ctandam christianorum constantiam.

At frustra omnino, dum potius persecu
rum immanitas, quam christianorum forti
do vinci potuit; veluti ex funesto fine p
secutorum patet, qui a DEO variis mor
& aliis malis infestati, agnoverunt quid
malorum fontem, & edictis prioribus re
catis, alia in favorem christianorum edi
runt; sed ad pœnitentiam, & plenam er
ris confessionem induci haud potueru
Dum interim DEUS christianis bonos pr
cipes providit, quos paulatim ad fidem
scipiendam inclinavit. Vid. LACTA
TIUS *de mort. persec. parte posteriore.*

## §. LI.

Præsertim sub CONSTANTINO christianam fidem amplectente, & fovente.

CONSTANTINO M. reservata e
gloria tranquillandi, atque in pl
nam pacem, libertatemque vind
candi ecclesiam, erecto crucis tr
phæo, triumphanteque de gentili
mo christiana religione.

CONSTANTINI pater CONSTA
TIUS, quantum quidem potuit, res ch
stianorum tuitus est, eosque pro sua parte,
ditione a persecutione immunes præstiti
dum primum CÆSAR, & postea AUG
STUS in occidente renunciatus fuit. Fil
CONSTANTINUS, mortuo patri
imperio succedens, libertatem christianis
dulsit,

dulsit, dum etiam necdum CHRISTO nomen dedit. Victo autem postea MAXENTIO, ut ei in visione prædictum fuerat, cruce mirabiliter apparente his inscriptis verbis: *In hoc signo vinces*, primum edictum pro christianis dedit. *Euseb. L. I. de vita Constantini c. 28.*

Alterum postea edidit suo, & LICINII nomine, in visione certior factus victoriæ reportandæ, de MAXIMINO votum Jovi vovente, ut si victoriam cepisset, christianorum nomen extingueret, funditusque deleret. LICINIUS DEO quidem post victoriam gratias agit, orationem in visione edoctus, qua uti deberet; at postea, pace cum CONSTANTINO rupta, bellum etiam christianis indixit, & conflicturus cum CONSTANTINO, ab idolis, postquam iis sacrificasset, victoriam præstolatus est; sed victus est a CONSTANTINO, qui crucis vexillum erexit cum nomine CHRISTI in labaro. *Lactant. de mort. persec. p. 39. Tom. II. Miscell. Bal.*

Romæ etiam, erectæ statuæ, cum signo crucis in dextra, hanc inscriptionem in basi jussit apponi: *Hoc salutari signo, quod vere virtutis insigne est, vestram urbem tyrannicæ dominationis jugo liberatam servavi; senatui, populoque Romano in libertatem asserto, pristinum decus nobilitatis, splendoremque restitui.* Supplicium etiam crucis prohibuit. *Euseb. hist. Lib. IX. c. 9.*

Mater CONSTANTINI S. HELENA, dum loca sacra inviseret, studio exarsit, veram Hierosolymis inquirendi crucem. Teste THEOPHANE in sua chronographia, MACARIO episcopo Hierosolymitano CONSTANTINUS id etiam in mandatis dedit. Cessit res feliciter S.

HÉLENÆ, quæ repurgatis ſacris loci ab inquinamentis idolorum, crucem unacum clavis reperit, ac ejus veritatem miraculo compertam accepit.

CONSTANTINUS, quam vellet etiam ſuperſtitionem paganicam ſtatim tollere e medio, penitus non potuit, libertate relicta ſequendi veteres errores, & conſuetudines in templis ſuis; quæ tamen poſtea etiam claudi juſſit, divitiis ſpoliata; dum contra chriſtianas eccleſias aperuit, extruxit, ornavit.

Non ſolum in favorem chriſtianiſmi varias leges dedit, verum etiam laboravit in converſione gentilium: in quem finem ipſe edictum compoſuit, & ad univerſos Romani imperii populos deſtinavit, quo rejecta ſuperſtitione ad amplectendam religionem chriſtianam variis rationibus inducere conatur, teſte EUSEBIO. Id etiam egit in orationibus, quas per otium, eodem EUSEBIO teſte, conſcribere ſolebat; crebrasque habuit conciones, ad quas innumerabilis accurrebat multitudo: in quibus ſuperſtitionibus gentilium refutatis, chriſtianæ religionis demonſtrabat veritatem, atque ad eam amplectendam incitabat. Quod dum jam plena libertate agere licebat, quibus id muneris incubuit verbi divini præconibus, quam rapido curſu, atque ampliſſimo ſucceſſu chriſtiana religio propagari debuerit, quivis conjiciet, qui ejus incrementa medias inter perſecutiones non ignorat.

*Lib. III. c. 54. &c. de vita Conſtantini. Lib. IV. c. 29.*

Dum CONSTANTINUS Sarmatas, & Gothos ſubigeret, ad eos etiam chriſtiana religio venit. Inclaruit ita extra Romani imperii fines eccleſia apud barbaras gentes, Allemannos, & Æthiopes, chriſtiana religione

pau-

paulatim undique ſuſcepta, extirpato paganiſmo, impletis prophetiis.

Soli Judæi mentem obdurarunt. Qui dum, teſte S. CHRYSOSTOMO, templum reſtaurare tentant ſub CONSTANTINO, pius hic imperator ſceleris auctoribus aures abſcindi fecit. Ex quibus tamen admirabilis hoc tempore fuit comitis JOSEPHI converſio, quæ ipſa duritiam Judaicam declarat: cum demum poſt multas viſiones, & miracula JOSEPHUS iſte tandem CHRISTO nomen dederit, Judæis ei undique inſidias ſtruentibus. Quod & ſubinde accidit a paganis, non obſtante imperatorum protectione: ut glorioſi martyres SS. SISINIUS, & ſocii, ac ipſe S. VIGILIUS epiſcopus Tridentinus documento eſſe poſſunt.

*Orat. 5. adv. Judaos.*

*Hæreſ. 30. c. 4. &c. ab Epiphanio relata.*

Ab hoc tempore gentiles pagani dici cœperunt, cultu deorum urbibus excluſo, atque in pagos relegato. Antea ſubinde chriſtianis iſtud obtigit nomen, præſertim ſub DIOCLETIANO ab omnibus officiis publicis excluſis chriſtianis: unde S. PROBUS M. de ſe dicit apud BIGOTIUM: Παγανὸς δὲ εἰμὶ χριστιανὸς ὤν. *Paganus ſum, quia chriſtianus.*

*Act. S. Tarachi & Socc. p. 250.*

## §. LII.

Dum ita eccleſia externa pace frui, ac reſplendere cœpit, principesque ejus tutelam ſuſcipiunt, ac zelum oſtentant in rebus eccleſiaſticis, cauſisque religionis, ſæpe bella inteſti-

*Primi tamen etiam chriſtiani principes internam pacem turbant.*

na fovent: & non solum plus nocent, quam prosunt; sed & nonnunquam ad instar persecutorum saeviunt.

CONSTANTINUS pace exterius reddita, studio, & ardore summo exarsit interius etiam tranquillandi ecclesiam, quam varia schismata, & hæreses turbabant, christianosque secum ipsis committebant. Donatistæ causam suam ad ipsum detulerunt; & postea, post judicium ecclesiæ, apud eum appellationem interposuerunt. Sed nunquam ab illis potuit in transversum agi, sicut ab Arianis.

Ab initio facile contentionem, dum nascebatur, ac primum se efferret ARIUS, transigendam duxit, ducebaturque zelo bono: proponebatur illi causa, tanquam non esset magni momenti. Irascebatur S. ATHANASIO, quod difficiliorem se præberet in recipiendo ARIO. Accedebant variæ criminationes contra ATHANASIUM, Meletianorum, & Arianorum, præsertim qui in concilia congregati magno numero S. ATHANASIUM reum faciebant, damnabantque, quorum judicio deferens non dubitavit sanctum virum Treviros relegare. Monitus a sanctissimo ANTONIO respondebat, se non posse non deferre tot præsulum judicio. Treviris quidem a CONSTANTINO filio liberaliter habitus, & postea etiam a CONSTANTIO revocatus est; sed hunc ipsum hostem maximum non tam S. ATHANASIUS, quam ecclesia nacta est, præsertim post mortem CONSTANTINI, & CONSTANTIS fratrum.

*Sozom. L. II. c. 31.*

Ab

Ab initio res ceu levis CONSTANTIO proponebatur a presbytero, cui CONSTANTINUS pater moriens testamentum consignarat, dum filiorum nullus adesset. Qui hinc, apud CONSTANTIUM credulum, occasionem nactus, questus est de una tantum voce ὁμοούσιος consubstantialis, quæ in scripturis non extaret, atque de una ATHANASII persona agi. *Theodoret. hist. L. II. c. 2.*

CONSTANTINUM juniorem, & CONSTANTEM non ita decipere potuit, qui constanter definitioni concilii Nicæni insistebant. Neque Eusebiani aliquid proficere potuerunt legatione missa episcoporum, cum nova formula fidei.

Sed CONSTANTIUS eousque abreptus est, atque in catholicos concitatus, ut causam haberet S. HILARIUS, eum NERONEM, DECIUM, & MAXIMINUM litteris compellandi, ob diram persecutionem, qua in catholicos sæviebat. EUSEBIUS Vercellensis, LUCIFER Calaritanus adhuc vehementius CONSTANTIUM incessebant. Dira persecutio pastores præsertim ecclesiæ incessebat. Cum catholicis Cpoli simul Novatiani, utpote circa Trinitatem orthodoxi, petebantur. Summi præsules, qui cedere imperatori nollent, in exilium trudebantur. ac infinitis malis affligebantur, quibus sæpe cedebant, etiam LIBERIUS papa, & magnus OSIUS, qui tamdiu, usque ad decrepitam ætatem, tanta libertate CONSTANTIO coram, catholicam veritatem defendebant. Eo rem redegerat CONSTANTIUS, ut præcipuæ ecclesiæ inter manus Arianorum essent; dum DEUS,

 eccle-

ecclesiæ suæ prospiciens, eum ex hac vita eripuit.

At postea VALENS non minus sæviit in catholicos, præsertim dum mortuo VALENTINO, qui catholicas partes tuebatur, solus gubernacula tenuit. Sub quo etiam Gothi, paulo ante ad christianam fidem conversi, ad Arianismum defecerunt, quorum principes postea omnium sævissime in catholicos sunt grassati, ubicunque dominium sunt nacti.

*Sozomen. L. V. c. 10.*

THEODOSIUS, admotus Romano imperio, studuit factiones conciliare; sed dum convenire non possent, catholicorum partes est amplexus. In occidente JUSTINA imperatrix sub VALENTINIANO juniore, sicut prius CONSTANTIA sub CONSTANTIO, Arianismum fovit, sed resistente fortiter S. AMBROSIO, parum profecit. Præsules ipsi Ariani etiam præter principum conscientiam omnis generis malis, ac etiam tormentis catholicos incessebant: quod catholici, ac etiam Novatiani Constantinopoli experti sunt a MACEDONIO. EUSEBIUS Vercellensis relegatus in Palæstina varie tortus, ac S. MARTINUS adhuc exorcista in Illyrico, ob confessionem divinitatis Filii DEI flagris exceptus: & alii innumeri persecutiones, ac mortem etiam ipsam ob fidem catholicam ab hæreticis perpessi sunt, non minus Donatistis in Africa, quam Arianis alibi sævientibus.

*Id. L. III. c. 14.*

## §. LIII.

*Nec externæ cessant per-*

Nec etiam defuerunt persecutiones aliæ hostium christianæ religionis,

nis, tum extraneorum regum, cum etiam in ipſo Romano imperio ſub JULIANO apoſtata. ſecutione præſertim ſub JULIANO.

Peccata chriſtianorum iram DEI concitaſſe, omnes boni paſtores ſunt confeſſi, ac pii chriſtiani quique agnoverunt iram DEI vindicem, quod infenſiſſimo chriſtianorum hoſti JULIANO imperii gubernacula permitteret, licet ad leve tempus. Simulabat ſe initio chriſtianum. Dum idolorum ſacris operabatur, ſæpius chriſtianorum præſentium virtute, aut etiam ſigno crucis præſtigiæ dæmonum evanuerunt. Sed his nihil motus, ſemel in animum induxit idolorum cultum, extincto chriſtianiſmo, reſtaurare. Lites idcirco inter chriſtianos fovit, pariter ſectis omnibus favens, Arianis, & Donatiſtis, ut ſe ipſos conficerent. Donatiſtæ potiſſimum hac occaſione crudeliſſime ſævierunt, ac ſacra omnia conculcarunt.

Judæis facultatem reædificandi templi conceſſit, ut divinas promiſſiones, ac prophetias eluderet; ſed divina virtute res in irritum ceſſit, igne conſumtis operis. Gentiliſmum, ut rationi, & moribus jam per chriſtianiſmum receptis accommodaret, magisque commendatum redderet, in multis ad normam eccleſiaſticam reformabat, ac varias alias artes excogitavit ad eccleſiam ſubruendam. Sed miſeratione DEI brevi hac calamitate, & periculo erepta eſt, JULIANI in bello morte: poſt quod demum plus quam unquam ante ſævire ſibi propoſuerat, devictis Perſis.

At in ipſa Perſia crudeliſſimas perſecutiones, præſertim ſub SAPORE rege eccle-

sia DEI est experta, edicto edito, ut, qui cunque christianam religionem profiterentur neci traderentur, quod exquisitissimis tor mentis executioni datum, innumeros mar tyres ecclesiæ peperit.

Gothorum rex ATHANARICUS pa riter persecutionem christianorum instauravit ut, postquam jam pace diuturna in Romano imperio fruebatur ecclesia, inter barbaros ho etiam plurimorum martyrum eniteret con stantia, & fortitudo.

## §. LIV.

Nec internæ, primum schisma Donatistarum.

Ut causas ecclesiasticas sæculi quarti propius spectemus, prout pax, & unitas ecclesiæ turbata est internis controversiis, primo occurrit Donatistarum schisma, ob crimen *traditorum* ortum, magnis motibus auctum, & falsis doctrinis de ecclesia & sacramentis cumulatum.

Cum juxta edictum DIOCLETIAN anni 303. ecclesiæ christianorum destrui, a scripturæ comburi deberent, hæ undiqu sunt requisitæ, atque dirissimis tormentis ex tortæ. Nec pauci, eriam ex clero, vict scripturas tradiderunt, hinc *traditores* di cti. MENSURIUS episcopus Carthagi nensis hujus criminis reus agebatur, quam o rem multi se ab ejus communione segrega runt, duce DONATO a Casis nigris Nu midiæ episcopo. Cum postea CECILIA NUS in locum MENSURII episcopu

Cartha-

Carthagine renunciaretur, BOSTRIUS, & COELESTIUS, qui sibi prælatum CECILIANUM ægre tulerunt, se ab ejus communione separarunt, unacum LUCILLA divite matrona, irata CECILIANO, qui adhuc diaconus eam redarguerat, quod ante communionem solita esset, caput hominis osculari, pro martyre haud legitime agniti.

DONATUS a Casis nigris hic demum schisma atrocissimum excitavit ordinato contra CECILIANUM MAJORINO in Carthaginensem episcopum, CECILIANO autem in conciliabulo deposito, ob id potissimum, quod a traditoribus ordinatus esset FELICE imprimis Aphtongensi. Re in variis judiciis agitata, CECILIANUS semper absolutus rediit. Illud etiam, quod a traditoribus sit ordinatus, fundamento caruit; ut ex actis proconsularibus postea proditum est, authentico documento. Contra vero concilii Cirthensis acta prodiderunt, fuisse traditores, qui MAJORINUM ordinarunt adversus CECILIANUM.

Causa hæc talis non fuit, quæ ordinationi sacerdotali aliquid derogaret, argumento tamen ad hominem nostri hoc contra Donatistas urgebant; atque etiam unionis restituendæ gratia indultum est, ut res examinaretur petentibus Donatistis primum Romæ sub MELCHIADE pontifice. Sed hoc judicium ut eluderent, multa causati etiam MELCHIADI crimen *traditionis* intentarunt, Galliæ episcopos, qui immunes sint ab eo scelere, judices importune a CONSTANTINO flagitantes. At hic etiam absoluto CECILIANO, ejusque communio-

ne a tota ecclesia conservata, cœperunt totam ecclesiam ob communionem cum traditoribus damnare, dictitantes, ecclesiam ab orbe defecisse, atque in sola DONATI parte subsistere. Itaque sibi nomen Donatistarum sumserunt a DONATO ut videtur Carthaginensi, factionis hujus post MAJORINUM episcopo, ac schisma deinceps semper continuarunt, undique episcopis suis institutis, etiam Romæ, sed extra urbem in quadam rupe tantum, unde Campates, & Rupitani sunt dicti.

Variæ etiam sectæ, & schismata inter eos sunt exortæ. Inter quas sævissima fuit Circumcellionum, in suam, & aliorum vitam sævientium; quos tamen Donatistæ nostris monachis, ac religiosis æquiparabant. Rebaptizare nostros, quos deficientes ob scelera avide recipiebant, serius cœperunt (qua de re potissimum S. AUGUSTINO fuit cum ipsis controversia) nisi quod DONATUS a Casis nigris, Romæ in judicium vocatus, inter alia accusationum capita hoc egisse convictus sit. Debuerunt autem omnia sacramenta juxta sua principia pro irritis habere, non ab hæreticis tantum, sed etiam ab aliis peccatoribus collata. Unde tantum eorum furor in sacra nostra, oleum consecratum, altaria, ipsa mysteria corporis, & sanguinis Domini: ut ex OPTATO MILEVITANO discimus, nec sine horrore legi possunt.

L. II. & VII. cont. Parmen.

## §. LV.

Hæresis Ariana.

**Nulla hæresis sæculo quarto tantopere turbavit ecclesiam, quam Aria-**

ana, negata Verbi divinitate: quæ
ſa in diverſas poſtea ſectas diſciſſa
t: Anomœos, qui ARIUM tena-
us ſecuti, Verbum Patri diſſimile,
creaturam dicebant; ſemi-Aria-
os, qui Patri ſimile in ſubſtantia,
d non conſubſtantiale agnoſcebant:
quibus Macedoniani ſunt orti,
vinitatem Spiritus ſancti negantes.

ARIUS presbyter Alexandrinus indigne ferens ſibi ALEXANDRUM in epiſcopatu prælatum, ejus doctrinam cœpit inceſſere, Sabellianiſmi eam accuſando, quod Verbum unum cum Patre DEUM ſtatueret. Ipſe contra profeſſus eſt, Filium non eſſe DEUM, ſed creaturam, ex nihilo productam, idque palam in ſermonibus, ac explicatione ſcripturæ, quod munus ei ab ipſo ALEXANDRO commiſſum erat, faciebat. Nec erroris commonefactus reſipuit; ſed alibi etiam diſſeminavit, ut eum ab eccleſia dejici opus fuerit. Ejus rei eccleſias per orbem certiores reddidit S. ALEXANDER, miſſis epiſtolis, quarum una ad omnes epiſcopos, altera ad ALEXANDRUM cognominem, epiſcopum Byzantinum, ſeu Conſtantinopolitanum legi poſſunt apud THEODORETUM, GELASIUM, & SOCRATEM. Prior emendatior habetur in operibus S. ATHANASII ed. MONTFAUC. continetque erroris ARII inſignem deſcriptionem, altera præſtantem dogmatis catholici de divinitate Filii explicatio-

*Tom. I. p. 397.*

cationem. Nihilominus patronos erroris, & defenſores ſtatim nactus eſt ARIUS, EUSEBIOS imprimis Cæſarienſem, & Nicomedienſem, a quo jure merito Ariani Euſebiani dicuntur.

Licet autem non ſatis in modo explicandi convenirent, & vel maxime duræ eſſent ARII blaſphemiæ, æqualitatem tamen, & conſubſtantialitatem Filii cum Patre, conſequenter divinitatem Verbi omnes negabant. Non quidem merum hominem faciebant CRRISTUM, ſed verbum inſtar animæ habere putarunt. De Spiritu ſancto nulla tunc diſputatio fuit; ſed S. PROSPER in chronico dicit, ARIUM Spiritum ſanctum pro creatura Filii habuiſſe.

*Vid. Petav. theol. dogm. Tom. IV. L. I. c. 5.*

Damnato autem ARIO EUSEBIUS ejus cauſam, auctoritate apud CONSTANTINUM valens, primum Nicomediæ, poſtea Conſtantinopoli regiis urbibus ſtrenue eſt proſecutus, contra S. ATHANASIUM ALEXANDRI ſucceſſorem, & doctrinæ catholicæ invictum vindicem, non obſtantibus calamitatibus, quas a factione Euſebiana ſuſtinere debuit: qui ſæpius damnatus ob atroces calumnias, & criminationes in exilium miſſus, nihil remiſit de veritatis aſſertione in concilio Nicæno facta, atque voce potiſſimum ὁμοούσιος *conſubſtantialis* ceu invicta arce concluſa: quæ petebatur, quaſi in ſcripturis non extaret. Adduci nunquam S. ATHANASIUS potuit, ut ARIUM in communionem eccleſiæ Alexandrinæ reciperet. Quare CONSTANTINUS, Euſebianorum fraude circumventus, eum in eccleſiæ Conſtantinopolitanæ communionem recipere jam conſtituit; cum, ecce eo ipſo die miſe-

misera morte, ceu alter JUDAS medius creperet ejectis visceribus.

Mors turpis ARII fideliter a S. ATHANASIO relata, celebri ad SERAPIONEM epistola multos quidem ab errore revocavit; sed nihilominus postea Arianismus multo magis quam antea invaluit: licet ejus sectatores sibi non constarent, ac diversas fidei formulas identidem in suis conciliabulis procuderent. Unde accidit, ut in factiones, & partes ipsi scinderentur, alii magis, alii minus Verbum divinum blaspemarunt.

Alii ARIUM pressius sequebantur: qui verbum creaturam ἐξ ὀυκ ὄντων præcise statuit, defectibus naturæ obnoxium, & sua tantum voluntate ab illis immunem. Hinc Filium Patri dissimilem palam profitebantur, ac Anomœi sunt dicti, ab EUNOMIO etiam Eunomiani: ab AETIO Aetiani. Qui si quando similem Filium Patri asserebant, tantum quoad voluntatem id intelligi volebant.

Alii dicti semi-Ariani similitudinem in ipsa substantia admittebant: & aliquando ab adversa factione oppressi, propius etiam veritati accedere videbantur a LIBERIO, oblata confessione fidei, ac delegatione solemni episcoporum facta, in communionem recepti.

Sed prodiit paulo post eorum alter blasphemus in Spiritum sanctum error auctore præsertim MACEDONIO, unde singularis secta Macedonianorum est orta, qui de divinitate Filii controversiam non amplius moventes, multorum sententia etiam ea parte orthodoxi, id de Spiritu sancto asserebant,

bant, quod Ariani de Filio, consubstantialem Trinitatem negantes.

## §. LVI.

Et aliæ occasione Arianæ natæ.

Occasione hæresis Arianæ alii circa Trinitatem sæculo quarto errores emerserunt: ut enim MARCELLUM Ancyranum excusatum habeamus, ejus discipulus PHOTINUS distinctionem personarum sustulit, ac BONOSUS præter alios errores in hoc etiam capite aberravit.

De MARCELLO, dum adhuc viveret, & post mortem, ad hunc usque diem anceps fuit sententia. Eusebiani, quod strenuus esset S. ATHANASII defensor, ei infensi erant, ejusque librum contra ASTERIUM sophistam in conciliabulo Constantinopolitano damnabant; quasi ita unitatem substantiæ defenderet, ut distinctionem personarum cum SABELLIO negaret, & cum PAULO SAMOSAT. CHRISTUM ex MARIA Virgine initium sumsisse diceret. Itaque eum deposuerunt episcopatu Ancyrano, & ejus in locum BASILIUM quendam substituerunt. EUSEBIUS Cæsariensis, & ejus successor ACACIUS calamum in eum strinxerunt, & ASTERIUS etiam scripto se defendit. At plures ejus iniquam damnationem existimarunt; & postea in concilio Sardicensi innocens declaratus est: cum jam antea JULIUS papa, probata confessione fidei,

fidei, quam Romæ ad se purgandum obtulerat, eum in communionem recepisset.

Non solum tamen Ariani, sed etiam catholici multi, atque inter hos S. BASILIUS, eum pro hæretico habebant. S. EPIPHANIUS inter hæreses Marcellianam refert, licet de ipso MARCELLO sententiam suspendat. Refert autem, S. ATHANASIUM, a se de MARCELLO interrogatum, respondisse, leniter arridendo, eum non multum ab improbitate abhorruisse, & in eorum loco habendum existimasse, qui se purgassent. Protulit nuper in lucem solertissimus MONTFAUCONIUS confessionem ejus, qua, missa ad S. ATHANASIUM legatione, suam orthodoxiam comprobavit, atque a MONTFAUCONIO singulari diatriba ejus defensio est suscepta, idque strenue. Nec legitur unquam ATHANASIUS ab ejus se communione removisse, quam etiam impelleretur a S. BASILIO. Occidens unacum parte PAULINI Antiochiæ pariter eum pro orthodoxo habuit, ii nimirum omnes, qui vocem ὑπόςασις pro substantia sumebant.

*S. Epiph. hæres. 72.*

*Tom. II. collect. patrum Græc.*

Secus dicendum de discipulo MARCELLI PHOTINO, qui cumprimis magistro invidiam conflavit; atque cum Judæis unam, ac singularem tantum in Trinitate personam admisit Patris; qui quidem verbum λόγον seu rationem æternam haberet, sed sicuti nos, sine distincta, ac personali subsistentia. Pariter subsistentiam Spiritus sancti negavit, ac CHRISTUM pro mero homine habuit. Sæpius tam in conciliis orientalibus, quam occidentalibus damnatus est; ne ulla posset

*Epiph. hæres. 71.*

esse

esse dubitatio, vel sinistra opinio, (
Eusebianis hæc tantum esset damnat

Quam ob causam etiam quæstio adh
die est de concilio Sirmiensi, in quo
damnatus est, & accurata professio fi(
tra eum facta. Concilium autem ho(
fusum cum Sirmiensi Arianorum, vi
D. PETAVIUS singulari dissertation
apud LABBÆUM extat.

Tom. II. concil. p. 729.

Concilio cum se submittere renueret
TINUS, ac publice defendere co
peratore suam sententiam susciperet,
conditione victus, & confusus in
abire compulsus est. A sanctis patrib
nunquam, allusione ad nomen facta,
TINUS pro PHOTINUS dici

Dubitarunt nonnulli, an BONOSI
cum PHOTINO divinitatem Verl
ni negavit, idem sit qui perpetuam
tatem B. M. V. negarat, atque cor
nones ordinationes facere solebat. S
dubium superest, post expressum pr
MARII MERCATORIS testim
& vel ipsam erroris affinitatem.

Habuit erroris hæredem postea H
DIUM a S. HIERONYMO fi
libro refutatum, qui non solum per
virginitatem B. V. M., verum etiam
nitatis præ matrimonio præstantiam r

## §. LVII.

Atque ab Arianis disseminatæ EUSTATIO, AERIO.

Ab Arianarum partium ad
alii etiam hoc sæculo errores pr
runt, quos circa cultum sancto
vitam asceticam in EUSTATIO
cilii

ium Gangrense damnavit, & in A e-
o Eustatii æmulo semper exe-
ıta est ecclesia circa dignitatem
iscopalem, orationem pro mortuis,
:rificium altaris &c.

Incertitudo temporis, & anni, quo concilium Gangrense celebratum est, dubium movit, an EUSTATIUS, cujus errores in hoc concilio damnati sunt, idem sit, ac EUSTATIUS Sebastenus, qui circa Arianismum sæpius vacillavit, & tandem se aperte ei addixit, atque alios errores austeritatem vitæ præseferens fovit: qui articulatim canonibus Gangrensibus damnati sunt. Matrimonium damnavit in eis etiam, qui laici antequam ad sacerdotium adoptarentur, uxores duxerunt: jejunandum dominica, non aliis præscriptis ab ecclesia diebus, voluit; conventus sacros sprevit, & alia ejus generis, quæ omnia recensere necessum non est, cum sectam post se non reliquerit.

AERIUS EUSTATII familiaris, & in vita solitaria socius, ob episcopatum tamen æmulus, presbyteros episcopis æquavit, existimavitque, si preces mortuis prosint, frustraneam esse in hac vita bene vivendi curam: pascha pro superstitione Judaica habuit: statos jejunii dies sprevit, ac exercitia pœnitentiæ, & pietatis. &c. *Epiph. hæres.* 75.

## §. LVIII.

Eadem Ariana hæresis occasio fuit, ; causa multorum schismatum Eu- statiani, Unde etiam varia schismata orta.

ſtatiani, Luciferiani, & Meletia Antiocheni: quod ab Alexandrir ſeu Ægyptio probe eſt diſtinguei dum, aliunde quidem ortum, ſe tamen Arianiſmo etiam implicitum

De ortu, & cauſis ſchiſmatis, quod M LETIUS epiſcopus Lycopolitanus in Æg pto, ineunte ſæculo quarto, contra S. P TRUM, ſedem Alexandrinam obtinente fecit, certi nihil habetur. Videtur tam ex ambitione primatus ortum, cum Ly polis ſit ſecunda Ægypti ſedes: & forte M LETIUS ſubdi detrectavit patriarchæ LEXANDRINO; quod ex canone Nicæ ſexto conjicere licet. THEODORETU multas ridiculas eorum praxes refert; al nullus eorum circa fidem error noſcitur, quod S. EPIPHANIUS innuere videt lapſis eos pœnitentiam negaſſe. Exorto rianiſmo, eidem ſunt impliciti, præſert contra S. ATHANASIUM præcipuam criminationum auctores.

*Hæret. fab. L. IV. c. 7.*

Ex adverſo contra S. ALEXANDRU Alexandrinum ſchiſma excitavit COL THUS presbyter eo prætextu, quod co tra ARIUM ALEXANDER non cu juſto zelo, & vigore egerit: quare ſepar ſe COLUTHUS a communione illius, n ſolum privatos conventus habuit, ſed etia presbyter tantum exiſtens, epiſcopi mu obiit, ac presbyteros ordinavit: ſchiſmati h reſin addidit, DEUM negans auctorem m lorum, pœnarumque, quæ homines af gunt. In concilio Alexandrino, COL

THO

HO cum ſuis in ordinem redacto, ceſſa- ſchiſma; ſecus ac Meletianum.

PRATEOLUS, & ERASMUS RoRODAMUS hos Meletianos turpiter conlerunt cum Antiochenis, qui a S. MELEIO nomen habent. Connexum eſt autem c ſchiſma cum Euſtatiano, quod eſt a S. EUTATIO dictum. Qui ab iisdem, ac S. THANASIUS, ob zelum orthodoxæ ei contra Arianos depoſitus, tantum apud as oves ſui deſiderium reliquit, ut ſe ſemr deinceps ſeparatos tenuerint, etiam poſt ortem S. EUSTATII, ab epiſcopis aliis ıtiochenis; id quod ipſum ſchiſmati Meleıno anſam dedit.

Fuerat S. MELETIUS magno conſenſu, ceptis Euſtatianis, in epiſcopum Antiocheım electus: etiam ab Arianis, qui ſperaınt ita maximum hunc virum in ſuas attraındum partes. At paulo poſt, ſpe ſua fruatos ſe cernentes, eum deponi fecerunt, que non ſemel: cum ſæpius reſtitutus ſuis nctiſſime præeſſet. Nihilominus quod ab ianis electus, cum illis aliquamdiu comunicaſſe viſus eſſet, nec etiam in celebri atione inaugurali vocem ὁμοούσιος adhiiiſſet, occidentalibus ſuſpectus fuit (haud cus ac S. EUSEBIUS SAMOSATEUS, qui MELETIUM ordinaverat) ec unquam, dum vixit, Antiochenam tom eccleſiam ſibi conciliare potuit, ſchiſmate iſcerptam. Euſtatianis adverſantibus etiam UCIFER peculiarem epiſcopum PAUINUM creavit, ut jam tres eſſent factioes Antiochiæ, & eccleſiæ, Arianorum, S. MELETII, & PAULINI.

Et quamvis duæ partes orthodoxæ essent ambæ tamen mutuis suspicionibus sese onera bant, præsertim ob litem de voce hyposta sis: quam oriens pro persona sumebat, at que tres statuebat; occidens, etymon cun latina voce *substantia* confundens, unam tan tum admittebat. Cum his PAULINUS fecit, atque adeo adversæ parti Sabellianis mi suspectus, & a S. BASILIO similite cum MARCELLO Ancyrano hæreticu habitus.

Ita quidem schisma orientem ab occident separabat, non tantum Antiochenam eccle siam spectabat. Nihilominus S. ATHANA SIUS, & ecclesia Alexandrina occidenti sem per conjungebantur; aliique agnoscebant, fal sam esse suspicionem, qua catholicæ duæ pa tes se incusabant Arianismi, & Sabellianis mi, etiam post mortem adhuc S. MELE TII sub FLAVIANO diu perdurante schi mate, quod ex S. CHRYSOSTOM homilia de anathemate colligitur. Hujus po tissima opera communicatis cum S. AM BROSIO consiliis, & studio, schisma ca tholicos inter est extinctum.

Eo adhuc durante nova factio se erexi Apollinaristarum per VITALEM, qui ante a PAULINI parte stabat. Is Romæ sub dola confessione communionis litteras ad PAULINUM accepit; postea tamen epi scopum se contra ipsum PAULINUM An tiochiæ ordinari fecit, quamvis parvum gre gem potuerit nancisci: ac summo zelo, DIO DORI præsertim presbyteri Antiocheni, par tis MELETII, opera, APOLLINA RIS hæresis rejecta est. DIODORUS iste postea a multis contrario errori NE-

STO-

STORII pariter ac THEODORUS Mopsuestenus prælusisse est creditus.

LUCIFER, qui PAULINUM Antiochiæ episcopum ordinarat, suo nomine etiam schisma ecclesiæ intulit, concilii Alexandrini indulgentiam non ferens, in recipiendis episcopis Arimini lapsis; licet legatus ipsius idem sanxisset cum patribus, & S. ATHANASIO, cui alias LUCIFER addictissimus erat, causam catholicam summo ardore, præsertim adversus molimina CONSTANTII tuitus, ut dolendus sit ipsius lapsus: quem tamen tantum esse aliqui non putant, ut prorsus, schismate facto, ab ecclesiæ communione sit abscissus, multo minus in alios errorès contra fidem lapsus. Qui ab ejus nomine Luciferiani sunt dicti, adhuc magis fuerunt in schismate indurati, uti ex libello patet imperatoribus oblato a duobus presbyteris Luciferianis MARCELLINO, & FAUSTINO, ubi eorum etiam communionem rejiciunt, qui cum lapsis Arimini communicant.

## §. LIX.

### Alia adhuc schismata, & hæreses capitales sunt hoc sæculo exortæ, Apollinaristarum, Priscillianistarum, Ithacianorum, Messalianorum, Jovinianorum, &c.

Aliæ hæreses, & schismata.

Apollinaristæ CHRISTUM, potissima humanæ naturæ parte, anima, ac mente spoliabant, ejus loco verbum constituentes; quare a S. GREGORIO NAZIANZ. Sar- *Orat. 51.*

 cola-

colatræ vacantur. Nos autem appellabant Antropolatras, quasi CHRISTUM hominem adoraremus. Ipsi DEUM, qui portet carnem, non hominem, qui DEUM portet, adorare se dicebant, hocque etiam limitibus domorum inscribebant. Corpus CHRISTI ex MARIA sumtum negabant, sed tantum per MARIAM transiisse cœleste, ac DEO consubstantiale, adeoque impassibile, & immortale; hinc etiam Synusiastæ sunt vocati. Auctor hujus hæresis, alias suis scriptis celebris, tam pater, quam filius, uterque de ecclesia bene meritus, præsertim sub JULIANO, dum christianis scholas interdixit.

Hinc mirum non est, potuisse eum suam hæresin late spargere: quæ etiam in varias sectas abiit, præsertim ob diversitatem sententiarum circa corpus CHRISTI. Quidam enim APOLLINARIS discipulus POLEMON, a quo Poleminiani sunt orti κρᾶσιν, & συνουσίασιν corporis cum divinitate admittebat, ita ut corpus cum divinitate mixtum, ex ejus sententia, in unam, eandemque substantiam abierit. Cui alter discipulus VALENTINUS, ac alii adversati sunt, corpus Deitati consubstantiale negantes.

Priscillianistarum adhuc deterior est hæresis, ex Sabellianorum, Samosatenorum, Manichæorum, & Gnosticorum deliramentis composita. Sunt tamen, qui eos in multis excusent. Singulare fuit, quod hominem fatalibus stellis subjectum dicerent.

Priscillianistæ locum dederunt schismati Ithaciano, ITHACIO, qui auctor fuit mortis PRISCILLIANI a communione rescisso, & cum suis privatos conventus agente:

te:

te: ei brevi tempore communione junctus S. MARTINUS, serio pœnituit, ab angelo monitus.

Messalianorum duplex fuit genus, alterum paganorum, qui licet plures deos agnoscerent, unum tamen tantum adorabant. Videntur iidem esse, ac Hypsistarii, cui sectæ aliquando etiam pater S. GREGORII NAZIANZ. fuit addictus. Ex illis Sataniani fuerunt, qui satana, seu cacodæmonem adorabant. Messaliani alterius generis non multum meliores fuerunt, licet christianorum nomen sint mentiti, Manichæorum principiis imbuti, aliisque adhuc deterioribus. Dum nomen monachorum mentiebantur, habebant secum fœminas teste EPIPHANIO. Cuique a momento nativitatis dæmonem adscribebant, qui baptismo non auferatur, sed assidua oratione tantum, quam ridiculo corporis situ peragebant, atque sibi imaginabantur, se in divinam transmutari naturam: ut alia eorum deliria taceam. *Hæres.* 80.

Joviniani æqualia omnia peccata statuebant; distinctionem meritorum, ac gloriæ in cœlis negabant; jejunia superflua judicabant, putabantque, posse nos esse in hoc mundo sine peccatis.

VIGILANTIUS contra cultum, & invocationem Sanctorum, virginitatem, jejunia, miracula, quæ dæmonis præstigias vocabat, debachatus, a S. HIERONYMO pro meritis exceptus pariter ac JOVINIANUS. S. *Aug. de hær. c.* 72.

Rhetoriani cuilibet hæresi suas esse justas rationes dicebant.

Patriciani carnem opus diaboli esse asserebant.

Collyridiani divinitatem tribuebant B. V. MARIÆ.

Procliniatæ Incarnationem CHRISTI, & resurrectionem, ac judicium extremum negabant.

Anthropomorphitæ DEUM corporeum concipiebant. Hos sub Audianorum nomine S. EPIPHANIUS tantum pro schismaticis habuit, ratione paschatis a concilio Nicæno dissentientes. Alii alia ipsis imputant. De quibus antiqui patres catalogos hæreticorum dantes consuli possunt S. EPIPHANIUS, PHILASTRIUS, AUGUSTINUS, THEODORETUS. Qui alia adhuc dabunt.

## §. LX.

Sacræ causæ in conciliis agitatæ etiam œcumenicis Nicæno, & Constantinopolitano.

Causæ ecclesiasticæ sæculo quarto solemnius cœperunt in conciliis decidi, pace, ac libertate conveniendi per CONSTANTINUM reddita: inter prima, habita in causa Donatistarum, eminet Arelatense: præcipua autem fuerunt Nicænum I. contra ARIUM principaliter congregatum, & Constantinopolitanum I. contra MACEDONIUM, seu Pneumatomachos.

Sinuessanum in causa MARCELLINI papæ, in idololatriam lapsi, suppositum esse creditur, & confictum, haud secus ac ipse lapsus MARCELLINI. At vero alia fuerunt ineunte sæculo quarto habita concilia,

lia, in Ægypto ob Meletianum, in Africa ob Donatiſtarum ſchiſma.

Celebre eſt Cirtenſe, cujus memoria a SS. OPTATO MILEVIT. & AUGUSTINO eſt conſervata, magnoque uſui fuit contra Donatiſtas. Ex actis hujus concilii patuit, auctores hujus ſchiſmatis eo crimine fuiſſe conſtrictos, cujus cauſa ſchiſma excitarunt, traditionis nimirum librorum ſacrorum in perſecutione. Carthagine in concilio contra CECILIANUM res eſt tranſacta, ubi is eſt damnatus, quod coram concilio non apparuerit, a traditoribus ordinatus ſit, cohibuerit eos, qui victum, potumque in carceribus martyribus offerebant. Res poſtea in concilio Romæ ſub MILTIADE eſt diſcuſſa, CECILIANUS abſolutus, ad extinguendum ſchiſma omnia rite ordinata, proviſumque eccleſiis, ubi duo erant epiſcopi, ex parte Donatiſtarum, & catholicorum. At judicio Romani concilii non ceſſerunt Donatiſtæ, id potiſſimum cauſati, quod cauſa FELICIS APHTONGANI, qui CECILIANUM ordinarat, & reus traditionis agebatur, non fuerit examinata. Eorum importunitati cedendum ratus CONSTANTINUS, non ſolum ex actis publicis, geſtisque proconſularibus FELICEM purgari fecit; verum etiam in Galliis, ut Donatiſtæ petierant, celebre Arelatenſe concilium congregavit, quo confluxerunt ex tota Europa epiſcopi. Ubi reſuſcitatæ veteres calumniæ contra CECILIANUM, atque ejus innocentia iterum eſt prodita, & Donatiſtæ *judice DEO*, ut habent verba epiſtolæ ſynodi hujus Arelat. ad SILVESTRUM papam, *& matre eccleſia, quæ ſuos novit, & com-*

An. 304.

An. 314.

*probat*, *aut damnati sunt*, *aut repulsi.* (
nonibus autem pluribus omnia articulatim si
comprehensa, quibus complura capita doct
næ, & disciplinæ ecclesiasticæ egregie su
ordinata, ac summa auctoritate; ita ut cc
cilium hoc jam olim plenarium fuerit vo
tum, & a multis primo inter œcumenica lo
positum.

Nicænum tamen constanter pro primo œ
menico habetur, in causa ARII congre
An. 321. tum. Fuerat is jam in concilio Alexandri
totius Ægypti centum episcoporum damnat
& ecclesia ejectus, litteris circularibus un
que per orbem missis, atque episcopor
catholicorum calculo comprobatis. CO
STANTINUS in hac causa OSIU
Alexandriam misit, ubi præter causam C
LUTHI hæc potissimum agebatur, con
An. 324. Sabellianismum etiam fide firmata, atque
ces *substantia*, & *hypostasis* in hunc fin
discussæ. In causa autem principali cum cc
fici nihil posset, factioque ARII invales
ret episcopis non paucis in concilio Bithyni
auctore potissimum EUSEBIO Nicomedi
si ARII patrocinium suscipientibus, atq
pro eo per orbem litteras dantibus, dem
ipso CONSTANTINO vacillante, op
An. 325. fuit generali concilio, quod etiam congre
tum Nicææ fuit.

Litteris undequaque missis CONSTA
TINUS episcopos ad concilium invitav
SILVESTER Romanus pontifex, cu
per ætatem interesse non posset, legatos su
misit. Sunt qui inter hos OSIUM
tiam magnum Cordubensem episcopum
ferunt, quod concilio præsederit. Præter ce
tum decem & octo episcopos, ac inferiores c
ricos

ricos innumeros etiam philoſophi gentiles confluxerunt diſputandi cauſa, ac mirabiliter ſunt convicti. *Sozom. L. I. c. 17. &c.*

Principalis cauſa contra ARIUM agebatur. Is etiam habuit ſuæ factionis epiſcopos in concilio, qui aut ceſſerunt, quacunque demum ratione, aut cum ARIO in exilium abire ſunt juſſi. Jam tum S. ATHANASIUS, licet adhuc diaconus, ſtrenue cauſam catholicam egit contra ARIUM, qui in plena ſeſſione patrum blaſphemias ſuas publice protulit contra Filium DEI: eum ex nihilo eſſe aſſeverans palam, tempus fuiſſe ubi non fuerit, atque per libertatem arbitrii poſſe in bonum, & malum declinare. *Socr. L. I. c. 9.*

EUSEBIUS Nicomedienſis nihil non egit, præſertim apud CONSTANTINUM, ut ARIUM ſuſtentaret: alii etiam, qui ab ARII partibus ſtabant, variis artibus, & technis involvere ſaltem errorem conabantur, facile admittentes, quidquid quomodocunque in alienum ſenſum, ac in patrocinium erroris adhuc poterant interpretari, admittentes Verbum DEUM eſſe, virtutem Patris, unicam ſapientiam, imaginem æternam, & in omnibus ſimilem. *S. Athan. de decretis ſynodi Nicæni.*

Sola vox ὁμοούσιος *conſubſtantialis* omnes eorum fraudes excluſit, quam ferre non poterant, dictitantes, eam in ſcriptura non eſſe, ac malum ſenſum ſufferre. Et certe in ſenſu pravo damnata fuit ea vox contra PAULUM SAMOSATENUM. In concilio autem hoc Nicæno unice opportuna eſt viſa, ad veram divinitatem Verbi divini contra Arianos ſtabiliendam, quæ ſymbolo fuit expoſita, & definita.

Præterea

Præterea variis canonibus utilissima contra alios hæreticos, schismaticosque, ac pro disciplina ecclesiastica sunt statuta. Subinde veteres statuta concilii Nicæni referunt, quæ hodie non extant inter canones & acta hujus concilii. WALAFRIDUS STRABO versiculum *Gloria Patri &c.* huic concilio tribuit; sed antiquior longe est, ejusque originem repetit THEODORETUS inde ab apostolicis temporibus. Catalogus etiam librorum canonicorum tribuitur huic concilio; sed nihil asserti habetur, præterquam quod S. HIERONYMUS memoret, legi, hanc synodum librum JUDITH in numero sanctarum scripturarum computasse; sed hæc rem non conficiunt. TURRIANUS primus edidit magnum numerum canonum hujus concilii, quos Arabicos vocant, quod primum ex Arabico codice fuerint prolati: sed parum eis defertur, suntque canones illi ex variis conciliis compilati: & alia etiam indicia præbent disciplinæ multo recentioris. Nec acta quidem, quæ circumferunt sub nomine GELASII, prorsus genuina sunt; continent tamen ea, quæ apud diversos de hoc concilio habentur.

*De rebus eccles.* 25.
*Theodoret.* lib. c. 1.

Constantinopolitanum I. fuit alterum œcumenicum sub THEODOSIO anno 381. convocatum ad firmandam fidem Nicænam, quam Ariani adhuc, & præ aliis Pneumatomachi divinitatem Spiritus S. admissa divinitate Filii impugnantes, qui a MACEDONIO Macedoniani sunt dicti. Fuerunt etiam episcopi Macedoniani vocati ad concilium, & adfuerunt 36. Principio examinanda venit ordinatio MAXIMI in episcopum Cpolitanum contra GREGORIUM NAZIANZ.

Subve-

Subvenit deinde mors MELETII Antiocheni, qui præſidebat concilio. Poterat tunc finis imponi ſchiſmati Meletiano, ſi, prout conventum fuerat, nullus in ejus locum fuiſſet electus. GREGORIUS NAZ. concilii præſes mortuo MELETIO hoc etiam optabat, & agebat; at patres animoſiores cedendum non putarunt occidenti, FLAVIANUM elegerunt, qui unus erat ex ſeptem presbyteris juramento ſeſe obſtringentibus, non conſenſuros ſe electioni novi epiſcopi poſt mortem alterutrius. Epiſcopi Ægypti, & Macedoniani occidenti uniti nondum advenerant, nec GREGORIUS NAZ. adduci potuit, ut electioni FLAVIANI conſentiret; cœpitque conſilium capere abdicandæ ſedis Cpolitanæ. Præſtitit hoc admirabili humilitatis, & pacis ſtudio, reſignavitque patribus ſedem ſuam: qui ejus in locum NECTARIUM elegerunt.

Ventum deinde ad negotia fidei. Symbolum, quod hodieque in miſſa legitur, præcipua eſt pars eorum, quæ circa fidem ſtabilierunt; additis ſymbolo Nicæno, quæ contra Apollinariſtas, & Macedonianos præprimis neceſſaria fuerunt. Hi ſe a concilio removerunt, dicentes, ſe potius ad Arianorum partem defecturos, quam profeſſionem conſubſtantialitatis ſuſcepturos.

Alii canones fuerunt ſimul editi. Inter quos tertius, qui nonnunquam cum ſecundo confunditur, ſedi Conſtantinopolitanæ primum poſt Romanam locum concedit, honoris tamen ſolum; at Romani pontifices eum non receperunt, tantumque in eo, quod fidem ſpectat contra hæreticos, acceptatum fuit concilium hoc, atque ſic œcumenicum evaſit;

ſit;

ſit; cum tantum ex centum quinquaginta epiſcopis orientalibus conſtaret, epiſcoporum autem occidentalium concilium Romæ congregatum eſſet.

## §. LXI.

Alia concilia ob hæreſin Arianam.

**Quæ contra Arianam pravitatem in concilio Nicæno pro conſubſtantialitate Verbi ſunt definita, non tam facile apud omnes fuerunt recepta: ac magnus numerus conciliorum undique terrarum ſecutus eſt, catholicis firmiter definitioni Nicænæ inhærentibus, Arianis contra, & ſemi-Arianis obnitentibus, & præſertim S. ATHANASIUM perſequentibus.**

Quamdiu CONSTANTINUS M. vixit, nemo aperte fidem concilii Nicæni violare auſus fuit: petebatur autem in perſona S. ATHANASII, adverſus quem variæ criminationes, & calumniæ ab Euſebianis in conciliis Tyri, & Hieroſolymis prolatæ ſunt, ad eum damnandum. Antea jam Cæſareæ adverſus eum omnia excogitaverant, unierantque ſe Ariani cum Meletianis: qui apud CONSTANTINUM, ſanctum virum de variis criminibus accuſarunt, rebellionis, homicidii, adulterii, ſacrilegii ob altare ſubverſum, & ſacratum ſanguinem effuſum. At etiam concilia habita ſunt Alexandriæ, & Romæ ad ejus defenſionem, reſtitutionemque in ſuam ſedem, unde machinationibus Euſebianorum fuerat dejectus.

An. 335.

Aria-

Ariani, ut hos conatus catholicorum pro S. ATHANASIO eluderent, in concilio Antiocheno canonem fecerunt, ne quis episcopus a concilio episcoporum depositus, iterum redire possit ad suam sedem. Habentur hodie 25. canones concilii Antiocheni, quos omnes unius ejusdemque concilii esse nuper defendit SCHELSTRATIUS, quod anno 341. occasione dedicationis ecclesiæ convenerat, quodque partim ex catholicis, partim ex Arianis constitit, in quo concilio hos canones fuisse factos putat SCHELSTRATIUS; cum alii duo distinguant concilia Antiochena, Arianum, & catholicum, putentque ex utroque canones hos coaluisse. Nihilominus etiam SCHELSTRATIUS duas partes hujus concilii facit, primam recipit, secundam damnat. Qua de re quidquid sit, quoad præsentem causam, licet vocem *consubstantialis* non admiserint patres Antiocheni, formulam tamen fidei receperunt, quæ, ipso S. ATHANASIO teste, fidem consubstantialitatis implicite continebat.

*De conc. Antioch.*

Quoad canonem autem, qui S. ATHANASIO viam ad sedem suam præcludit, postea in concilio Sardicensi numerosissimo legitime ei consultum fuit. Petierant a CONTSANTE concilium, ceu unicum ad medendum malis ecclesiæ remedium: ipse ATHANASIUS, ac reliqui depositi episcopi petitionem hanc fecerant. Igitur convenerunt Sardicam undique terrarum episcopi. OSIUS, & legati pontificis Romani præsederunt ATHANASIO, & aliis depositis per Eusebianos episcopis etiam locus datus est. Contra Eusebianos varia prolata sunt accusationum capita. Illi quidem consultum non duxerunt, *An.* 347.
ad

ad concilium vocati, non comparere, ſed Sardicam advenientes privatim manſerunt, communicare cum concilio detrectantes, niſi ATHANASIUS cum aliis depoſitis epiſcopis excluderetur.

Patres concilii nihil magis optabant, quam ut ad concilium Euſebiani venientes, accuſationes ſuas proferrent. Obtulerunt etiam novum examen in cauſa S. ATHANASII in Ægypto inſtituendum; ſed illi Philippopolim ſeceſſerunt, ibique JULIUM papam ipſum cum aliis damnarunt litteris publicis, quibus confeſſionem fidei non adeo pravam addiderunt, præterquam quod vocem *conſubſtantialis* non adhibent.

Patres autem concilii Sardicenſis, quoad fidem poſt definitionem Nicænam, nihil addendum ſunt rati, nec tulerunt, quod quidam ſuſceperunt, ut de fide tractatio inſtitueretur. Et dum poſtea hujus concilii no-
An. 362. mine aliquid de fide in publicum venit, patres concilii Alexandrini ſub S. ATHANASIO ſuppoſitionem ſcripti illius ſunt conteſtati. Cauſa autem S. ATHANASII eſt examinata, itemque MARCELLI Ancyrani, & aliorum: hi abſoluti ſunt, contra vero Euſebiani præcipui turbarum incentores in eccleſia juſtam damnationem acceperunt.

Canones concilii hujus celebres ſunt, ac ſæpe canonibus Nicænis juncti, ejus nomine venerunt. Quoniam vero, orientalibus abſcedentibus, occidentalibus patribus tantum conſtitit hoc concilium, pro œcumenico non habetur, licet tantus numerus patrum in pleriſque œcumenicis conciliis non fuerit.

SOCRATES teſtatur, poſt concilium hoc communionem orientem inter, & occi-

dentem

dentem ruptam esse. Eusebiani in catholicos magis adhuc quam antea sæviebant CONSTANTII favore freti: nec vitæ etiam parcebant. Quo rerum potiente, jam in conciliis omnia poterant, jamque inter eos ipsos factiones exortæ Arianorum, & semi-Arianorum, conventus, & concilia complura flagitarunt, ex quibus variæ fidei formulæ, ac confessiones prodierunt. Nec fieri potuit, quin catholici etiam pastores per vim aut fraudem implicarentur. Quod constitit in fortissimis Nicænæ fidei defensoribus LIBERIO, & OSIO, qui formulis Sirmiensibus sed non uni eidem ambo subscripserunt.

In concilio autem Ariminensi vis & fraus maxime patuit, quod primum Nicææ, postea Nicomediæ, ac demum Seleuciæ, & Arimini indictum fuit, illic orientalibus, hic occidentalibus magna frequentia convenientibus, & concilium agentibus. Occidentales episcopi, pristinis vestigiis insistentes, Nicænam, ac catholicam fidem strenue contra technas URSACII, & VALENTIS defenderunt, rejectis aliis confessionibus fidei die, & consule notatis: avitæ inhærendo fidei, nihil addendum, aut demendum putarunt dictatis Nicæni concilii. At demum vi obruti, & fraudibus circumventi primum deputati ad CONSTANTIUM, postea patres ipsi, tam diuturnæ moræ pertæsi, animos remiserunt, supprimendæ voci substantiæ consenserunt, ac novæ formulæ subscripserunt ab URSACIO, & VALENTE obtrusæ, in qua non sicut aliæ creaturæ ex nihilo esse Verbum dicebatur. Fraudulenter huc inducti sunt patres, etiam antea constantiores, cum formula fidei aperte nihil sa- *An.* 359.

crilegum habere videretur. Variis appositis conditionibus, ac interrogationibus factis URSACIO, & VALENTI, patres satis se integritati fidei, optime autem paci ecclesiasticæ sibi consuluisse videbantur. At hostibus fidei postea insultantibus, & VALENTE fraudem detegente (se dicendo Filium DEI non esse creaturam, ut aliæ sunt, non negasse, eum penitus creaturam non esse) serius ad se redierunt patres, nec unquam restaurare potuerunt maculam suo nomini inustam, ac damnum ecclesiæ illatum. Formula Ariminensis undique ad subscribendum, præsertim postea sub VALENTE, missa, ecclesiam maxime perturbavit.

Seleuciæ rem adhuc pejus procedere necesse fuit, ubi orientales erant Ariani, aut semi-Ariani, horum tamen potior fuit numerus: hinc factiones, & dissidia, ad unam tamen fidem consubstantialitatis supprimendam omnibus conspirantibus.

Crescentibus partium studiis inter Arianos, & semi-Arianos, sæpius inter eos concilia sunt habita. Ac semi-Ariani magis magisque veritati circa divinitatem Filii accesserunt in concilio
*An.* 365. Lampsaceno, ac postea aliis diversis. Missa ad LIBERIUM Papam legatione eousque cesserunt, ut concilium Nicænum, & vocem ὁμοούσιος reciperent: cujus rei, deputati in
*An.* 367. concilio Tyanensi rationibus expositis, laudem, & approbationem meruerunt, atque in concilio Tarsensi publice Nicænam synodum susceperunt. Fuerunt tamen, qui postea in Caria concilio congregato cæteris probatis vocem solam consubstantialis rejiciendam putarent.

Catho-

Catholici etiam habuerunt concilia ad lapsum patrum Ariminensium corrigendum, & Arianos fortius stringendos, præsertim in Galliis, agente S. HILARIO potissimum: sed de illis parum constat. In Italia plura fuerunt habita, præsertim Mediolani. Celebre in hac causa est Aquilejense concilium sub S. VALERIANO, & AMBROSIO.

## §. LXII.

Et alias hæreses.

Aliæ hæreses passim in conciliis etiam particularibus sæculo quarto justam damnationem acceperunt, Eustatianorum, Photinianorum, Apollinaristarum, Priscillianistarum, Messalianorum &c.

PHOTINUS hæreticus in pluribus conciliis fuit damnatus. S. EPIPHANIUS confundit concilium Sardicense cum Mediolanensi, in quo primum PHOTINUS damnationem subiit, statim post concilium Sardicense, sed sine emendatione PHOTINI: quæ nec secuta est secundam damnationem itidem in concilio Mediolanensi. Hinc in concilio Sirmiensi secundo, iterum error e- *An.* 351.
jus damnatus, ac postea coram imperatore convictus PHOTINUS in exilium abire compulsus fuit. Contra eum celebris fidei formula Sirmiensis emanavit, probe distinguenda ab aliis Arianis, haud secus ac alia concilia Sirmiensia Ariana. Nec refert, quod hac ipsa formula fidei abusi sint Ariani, quodque, qui huic concilio interfuerunt, ad par-

tes Arianorum deflexerint. Fertur etiam concilium Coloniense circa medium sæculi quarti habitum contra EUPHRATAM cum PHOTINO CHRISTUM pro mero homine habentem; sed jure merito tanquam suppositititium habetur, ut acta hujus concilii produnt, quæ etiamnum supersunt.

An. 362. In concilio Alexandrino mysterium Incarnationis sub S. ATHANASIO contra Apollinaristas egregie fuit assertum, explicatumque. Est hoc ipsum concilium, in quo primum divinitas Spiritus S. contra Macedonianos fuit definita, atque celebris quæstio de vocibus οὐσία & ὑπόστασις examinata melius quam antea in concilio Alexandrino sub OSIO, deprehensumque est, voce potius, quam dogmate & sententia esse divisas inter se partes. Causa etiam lapsorum in concilio Ariminensi tractata, factique pœnitentes in communionem recepti sunt: quod ægre ferens LUCIFER schisma fecit. Hære-
An. 378. sis Apollinaristarum in conciliis Romanis dam-
379. nata est, non obstante, quod VITALIS, APOLLINARIS sectarius, obrepserit DAMASO.

Hæresis Priscillianistarum damnata in con-
An. 380. cilio primum Cæsar-augustano, atque hæretici illi Hispania pulsi sunt, agente potissimum S. LEONE, cujus insignis est in hac causa ad TURIBIUM epistola. Qui cum frustra DAMASUM tentassent, aulam GRATIANI pulsarunt. Eos fortiter persequente ITHACIO, MAXIMUS imperator ad concilium Burdigalense rem detulit, a quo PRISCILLIANUS appellans, agente ITHACIO, mortis pœna mulctatus fuit, postquam jam semel intercessione

fione S. MARTINI ſententia mortis revocata fuerat. Hinc ſchiſma Ithacianum ortum ſuum habuit, licet ITHACIUS ſe coram concilio Trevirenſi purgare conatus fuerit, cauſam a ſe amoliendo mortis PRISCILLIANI.

Meſſaliani hæretici FLAVIANI Antiocheni prudentia mira detecti, in concilio Antiocheno damnati, flagellati, & Syria pulſi ſunt. S. AMPHILOCHIUS eodem modo eos perſecutus eſt in Pamphilia, & Lycaonia, damnavitque in concilio Sidenſi, quod deinceps in aliis etiam conciliis factum fuit. An. 390.

Joviniana hæreſis Romæ in concilio damnata fuit eodem tempore, quo etiam Mediolani parem ſubiit ſententiam, communicato conſilio cum SIRICIO papa.

Bonoſiani in concilio Capuenſi ſunt damnati in ſuo auctore, licet examen epiſcopis Macedoniæ commiſerint.

## §. LXIII.

Quoad mores chriſtianos, & diſciplinam eccleſiaſticam ſæculo quarto emanarunt innumera, & pulcherrima decreta, quæ fere confecerunt olim codicem canonum veteris eccleſiæ. Decretales pontificum.

Statim initio ſæculi quarti concilium Eliberitanum magnum numerum canonum, qui ad diſciplinam eccleſiaſticam, eamque ſeveriſſimam pertinent, edidit; ſed noſtro demum ævo magis inclaruerunt, in codice canonum veterum non relati, ſicuti canones concilii

Ancyrani, Neo-Cæfarienfes, Gangrenfes, Antiocheni, Laodicenfes præter Nicænos, & Cpolitanos. Romana etiam, & Carthaginenfia concilia hujus ævi eminent circa mores, & difciplinam ecclefiafticam. Utraque autem ecclefia fuos peculiares habuit codices canonum, & curam fingularem difciplinæ facræ. Qua de re agemus fuo loco, *principia theologiæ canonicæ*, feu jurisprudentiam facram tractantes.

## §. LXIV.

**Doctores chriftiani, ac primo LACTANTIUS.**

Qui rem chriftianam fcriptis defenderent, & illuftrarent fæculo quarto fuerunt complures. Contra gentiles ineunte hoc fæculo ingenii vires impendit *Firmianus* LACTANTIUS, dictus ob eloquentiam CICERO *chriftianus*.

*Inftitut. Lib. V.*

Quo tempore ferro, & igne in chriftianos fæviretur, etiam fuerunt, qui dicteriis, & calumniis publice in fcriptis eos impeterent. Inter quos LACTANTIUS HIEROCLEM, & philofophum quendam commemorat, fefeque inflammatum fenfit, totis viribus obfiftere hoftibus hifce. In hunc finem ejus inftitutionum divinarum libri funt, quibus fortiffime paganifmi vanitatem, ac ludibria idololatriæ invadit. Liber de opificio DEI fuopte nomine prodit, in id effe, ut nos a DEO creatos conftaret, hincque divina providentia probaretur: quæ duo funt fundamenta religionis veræ, ad quam fic manuducere voluit LACTANTIUS. Videtur hunc librum ante *inftitutiones* feciffe, quo gentilibus

ad

ad cultum DEI primum incensis, postea, ubi verus, aut falsus esset, demonstraret; satis se vixisse arbitratus, & officium hominis implesse, *si*, inquit, *labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos ad iter cœleste direxerit.* *De opific. c. 20.*

Putat GOTHOFREDUS LACTANTIUM, id officii christianis apud CONSTANTINUM (cujus filii Cripsi erat præceptor) præstitisse, ut ei auctor esset legum de abolendo supplicio crucis, inurendique in fronte stigmatis: pro se autem, qui teste S. HIERONYMO, pauper vixit minus curæ habuit. *Codic. Theod. p. 295.* *Chronic. ad an. 317.*

Idem HIERONYMUS putat, LACTANTIUM in libris suis, & maxime in epistolis ad DEMETRIANUM, Spiritus S. negare substantiam, & errore Judaico, vel ad Patrem, vel ad Filium referre, quasi sanctificatio utriusque personæ sub ejus nomine demonstretur; qui error in scriptis LACTANTII hodie nuspiam comparet. Id autem universim notari potest, de mysteriis nostris eum parvam notitiam habuisse, plusque elaborasse ad gentiles errorem dedocendos, quam christianos docendos. Hinc theologo ad comprobanda, explicandaque dogmata christiana minus usui est. PELAGIUS ejus auctoritate abusus est, & S. AUGUSTINUS difficultatem est passus, ut bonum sensum vindicaret. Regnum millenarium passim adstruit. Sententiam de antipodibus studiose refutat. *Epist. 41. ad Pamach. & Ocean.* *S. Aug. de natura & grat. c. 61.* *Institut. L. III. c. 8.*

BALUZIUS primum sub ejus nomine protulit librum de mortibus persecutorum, de quo nihil hactenus constitit, præterquam quod S. HIERONYMUS testetur, eum librum fecisse *de Persecutione.* Vix non omni-

Tom. II. p. 1656. bus eruditis genuinus habetur fœtus. NOURRIUS tamen in apparatu ad Bibl. PP. contra multis rationibus pugnat. Egregie autem, ac eloquentia, vigoreque LACTANTIO haud indigno, in hoc libro justitia DEI vindex in persecutores ecclesiæ proponitur.

## §. LXV.

Eusebius. EUSEBIUS *Cæsariensis* contra gentiles, & Judæos ecclesiæ operam navavit utilissimam. Jure merito etiam parens historiæ ecclesiasticæ habetur. Arianæ autem factioni implicitus contra S. ATHANASIUM dubiam orthodoxiæ suæ famam fecit, & hucusque apud posteros reliquit.

Cum primum ARIUS contra ecclesiam vexillum erexit, ejus partibus EUSEBIUS noster addictus fuit cum EUSEBIO altero, qui fuit ex episcopo Berytensi Nicomediensis, ac demum Constantinopolitanus. Ab hoc potissimum Eusebiani dicuntur, qui ARII (dum adhuc viveret, sed minus valebat auctoritate) partes primum contra S. ALEXANDRUM, postea contra S. ATHANASIUM sunt tuiti. In concilio Nicæno non ita pervicax fuit EUSEBIUS hic Cæsariensis, quam Nicomediensis. Haburque epistola illius ad populum suum Cæsariensem, qua rei totius processum refert, quo ad suscipiendam tandem consubstantialitatis fidem fuit adductus. Nihilominus tamen postea iterum cum cognomine EUSEBIO contra S.

ATHA-

ATHANASIUM conspiravit; hinc S. ATHANASIUS pro examinanda sua causa suspectam habuit Cæsaream, ubi EUSEBIUS episcopus præesset. Tam in dejiciendo S. EUSTATIO Antiochiæ, quam in supprimendo S. ATHANASIO, Tyri, Hierosolymis, & Constantinopoli apud CONSTANTINUM inter primos locum habuit. S. EUSTATIUM Sabellianismi accusando, suspicionem Arianismi contra se auxit. Concilium etiam Sardicense MARCELLUM ANCYRANUM contra similem Sabellianismi imputationem defendit adversus accusatores suos, inter quos præcipuus EUSEBIUS fuit, scriptis adversus MARCELLUM exaratis: quod munus ei per concilium Eusebianorum Constantinopoli habitum impositum fuit. An. 336.

Suspicio hæc Sabellianismi in adversariis alias catholicis, optima mihi ratio esse videtur, ad excusationem qualemcunque EUSEBII. Quod ex opusculis confirmari potest, quæ P. SIRMONDUS edidit; quorum priora sunt itidem contra SABELLIUM, & ad indagandam veram illius mentem circa Trinitatem multum faciunt. Ut mihi videatur EUSEBIUS hic nullo pravo fine, nimia suspicione adversi erroris SABELLII, in alteram partem declinasse, & multa incautius, nec satis limata protulisse potius, quam hæretica mente aut ARIUM, aut ejus doctrinam defendisse. Tom. I oper.

ARII technis abripi potuit, qui Alexandria pulsus Cæsaream perfugit, & haud dubie blasphemias suas involvit, ac dissimulavit: cum certum sit ex scriptis EUSEBII, eum apertas ARII blasphemias non admi-

fiſſe, dum Filium DEI ex nihilo, ac creaturam eſſe edixit. Quod expreſſis verbis EUSEBIUS rejicit, atque hinc conſequenter Filium conſubſtantialem Patri habere debuit. Cui fidei etiam in concilio Nicæno ſubſcripſit: licet ipſa epiſtola ad populum ſuum prodere videatur, forte eum iſtud ſenſu non orthodoxo prorſus feciſſe.

*Contra Marc. Lib. III. c. 3.*

Ut adeo anceps ejus fides eſſe videatur, non tam ex pravitate animi, quam ambiguitate doctrinæ ſuæ, qua ipſe ſibi non ſatis conſtare videtur, in aliis majore cura verſatus, quam rimandis intimis myſteriorum noſtrorum receſſibus: dumque noſcitur abreptus ARII ſtudio, non video, cur opus ſit tanta cura, ad eum excuſandum, atque loca illius ſane dura, in bonam partem interpretanda. Qua in re nec ipſe Cel. CEILLIERIUS mihi ſatis felix videtur, qui noviſſime a ſuſpicione Arianiſmi EUSEBIUM defendendum ſuſcepit.

*Hiſtorie generale de aut. eccl. T. IV. ch. 20. art. 8.*

Accidit EUSEBIO fere quod ORIGENI, cujus ipſe cum S. PAMPHILO in carcere ob fidem CHRISTI ſimul exiſtens apologiam ſcripſit, ut ab aliis ad cœlum uſque extolleretur, ab aliis autem econtra nimium deprimeretur. Media via qui incedunt, ita merita viri maximi in eccleſiam chriſtianam deprædicant, ut tamen nævos, qui excuſari nequeunt, ſimul confiteantur, quales tam quoad theologiam, quam hiſtoriam non pauci reperiuntur in ejus operibus.

Multo majorem tamen ac tantam laudem & exiſtimationem in ſacra hiſtoria ſibi conciliavit, ut ſi in hoc genere ſcribendi totus occupatus, quoad reliqua ſimpliciter ſe eccleſiæ audientem præbuiſſet, ſummus omnium

nium opinione haberetur. Sacram historiam a primordiis repetens, profana quævis simul collegit, quæ quoquo modo cum sacris nostris conveniunt, & multa nobis vetera monumenta reliquit, quibus absque eo careremus, quæque ad demonstrationem veritatis religionis christianæ plurimum valent: in quo genere scribendi omnibus palmam præripuit. Neque eo referenda tantum sunt ejus *præparatio*, & *demonstratio evangelii*, ac opus contra HIEROCLEM, sed etiam historica opera.

## §. LXVI.

S. ATHANASIUS divino munere natus haberi debet ad conservandam difficillimis temporibus SS. Trinitatis fidem, præsertim autem Nicæni concilii de consubstantialitate Verbi divini definitionem, quam nullis malis territus inviolabiliter sustinuit, defenditque contra innnmeros hostes. S. ATHANASIUS.

S. ATHANASIUS ab infantia piis studiis innutritus, cura præsertim S. ALEXANDRI antecessoris sui, atque a S. ANTONIO etiam in officiis vitæ monasticæ instructus, detentusque, cum primum Ariana pravitas cœpit pullulare, zelum suum adhuc diaconus, & postea episcopus eo magis pro munere suo palam prodidit, quod ARIUS ecclesiæ Alexandrinæ presbyter esset, cui ipse adscriptus, ac deinceps præ-

fectus

fectus erat. Quæ res ei invidiam coı conſpirantibus cum Arianis etiam Melet quos pariter coercuit, jam mortuo M ] T I O illicitos adhuc conventus agente que ſchiſma producentes poſt conciliuı cænum. Varia hinc commenti ſunt, ( ſanctiſſimum præſulem accuſarent, m autem imperatores irritarent. Id quoı micis ſuis e voto ceſſit, dum jam ſub C S T A N T I N O in exilium Treviros juſſus eſt, poſtea ſub C O N S T A N adhuc pejora perpeſſus. CONSTA NUS nullum, dum ATHANASIU laret, in ejus locum ſubſtitui paſſus nec Alexandrini, dum ipſe abeſſet, a potuerunt, ut ARIUM in communioneı ciperent. Poſtea autem, pro fide Nicæn ſus, lupis pluribus oves ſuas commiſſ dere debuit. CONSTANTIUS, ( ATHANASIUM irritatus, nihil non ut totum mundum a communione A ] NASII abduceret. Arianis autem pe erat ATHANASIUM, & fidem ca cam abdicare. Congruenter hoc erat : quod S. P A C H O M I U S divinitus rı tum acceperat, ATHANASIUM c nam, & lucernam eccleſiæ eſſe conſtitı divina protectione tutum, contra ac quæcunque. Quod ita mirabiliter accid calumniæ plerumque ſe ipſis conciderent ſeque deſtruerent: ut patuit in I S C R A, qui eum de confracto calice ac rat; A R S E N I O, quem manu amp occidiſſe dicebatur; Meletianis accuſatiı auctoribus, ipſisque U R S A C I O, & L E N T E calumnias ſuas retractantibus.

*Boll. 14. Maji. p. 65. 66.*

I

nes enim hi delatores tandem pœnitentia ducti ATHANASII innocentiam prodiderunt.

At dum non desisteret veritatem catholicam contra hæresin tueri, & ipsius causa cum fide intime nexa esset; non solum quotidie calumniæ novæ inventæ sunt, sed etiam vis aperta sanctissimo viro est illata, & ad necem requisitus, fugere quaquaversum debuit nullibi securus. Maxima mala sub CONSTANTIO fuit perpessus: & licet apologia sua solide calumnias omnes, quibus delatus erat, retudisset, in gratiam tamen redire non potuit. JOVIANUS postea non solum ei favit, sed etiam fidei confessionem ab eo petiit, quæ etiamnum extat, & non solum divinitatem Filii, sed etiam Spiritus sancti, quæ tunc palam necdum impetebatur, apertissime explicat, asseritque. Idem in aliis scriptis suis præstitit, antequam etiam Pneumatomachi erumperent, atque divinitas Spiritus nondum lacessita, in fide ecclesiæ veluti delitesceret secura. S. BASILII nihilominus moderationem contra obtrectatores, epistola ad PALLADIUM, defendit: qui in publicis sermonibus abstinebat a nominando Spiritum S. DEUM.

## §. LXVII.

S. HILARIUS sejungi non debet a S. ATHANASIO, pari constantia pro fide Nicæna contra Arianos decertans, nihil timens CONSTANTII iras. Libri ejus duodecim de SS. Trinitate inter opera illius præstant; faci-

S. HILARIUS.

facileque in benignum ſenſum interpretari licet, quæ in illis quidam notarunt.

S. HILARIUS cum ſeſe a SATURNINI Arelatenſis, ac aliorum epiſcoporum Arianorum in Gallia communione removiſſet, illi, freti potentia ſæculari, in jus vocatum ſanctum virum apud imperatorem, ut in exilium pelleretur, effecerunt. Is in orientem delatus, eccleſiæ plurimum profuit, orthodoxam fidem pæne collapſam iis in locis, ubi exul degebat, erigendo.

Scripſit in exilio libros de Trinitate, omnium calculo probatos, ut pariter Arianos, & Sabellianos proſterneret. In illis quidem nomen DEI Spiritui S. non tribuit; at rem ipſam ſatis profitetur ſtabiliendo conſubſtantialem Trinitatem. In id maxime incubuit, ut unionem orientis cum occidente reſtitueret. Quam ob rem ſtuduit ſuſpicionem Sabellianiſmi, qua occidentales apud orientales laborabant, quantum licuit, ſufflaminare. In eum finem librum de ſynodis compoſuit, interpellatus ab epiſcopis Gallis ægre ferentibus, tantam formularum fidei identidem prodeuntium multitudinem; dum autem omnia in benignam partem interpretari conatur, inter alios hanc moderationem LUCIFER CALARITANUS damnavit: ut opus fuerit, notis ad marginem miſſis, apologiam facere.

Nec quidquam tamen ſe ſivit charitatis ſtudio in transverſum agi, nec a fide conſubſtantialitatis quidquam remittendum duxit. Hortatur autem orientales, ne profiténdo ὁμοιούσιον ſeu ſimilitudinem ſubſtantiæ ſuſpectam reddant fidem ſuam, rejecto ὁμοουσίῳ. Igitur dum vidit

in

in concilio Seleucienſi, cui præſens primum aderat, fidei integritatem laceſſiri, ſeceſſit, Cpolique imperatorem interpellans, publicam de fide tractationem petiit, ut pars utraque copiam haberet coram diſputandi. Sed Ariani conſultius ducebant, agere apud CONSTANTIUM, ut HILARIUS in Gallias remitteretur, quam ut cum eo in certamen deſcenderent. Dum ergo cerneret, ſe apud CONSTANTIUM nihil proficere, quantocunque vigore oblatis libellis cauſam catholicam ageret, contra CONSTANTIUM ipſum ſcribere animum induxit, quod quidem egit eodem zelo, & vehementia, ac LUCIFER CALARITANUS, in eodem argumento verſatus; perſonæ imperatoriæ nihil parcens, pro merito excipiens dirum eccleſiæ perſecutorem. Id neceſſarium duxit, poſtquam vidit bona verba nihil proficere, quibus ſæpe CONSTANTIUM commonebat, ne ſe rebus eccleſiæ miſceret, hæreticorumque patrocinium ſuſciperet.

Quosdam offendit, quod dicat, Spiritum S. deſuper venientem naturæ ſe humanæ carnis immiſcuiſſe; quod ei cum aliis antiquis patribus commune, quando nomen ſpiritus ſumunt, prout ſecundæ etiam competit perſonæ. Præcipue ei exprobrant, quaſi CHRISTUM fami, ſiti, doloribus, aliisque humanis affectionibus obnoxium negaverit. Quod tamen de divina CHRISTI tantum eum intellexiſſe natura theologi noſtri paſſim demonſtrarunt. De his, aliisque legi poteſt Cel. CEILLER Bibl. Eccl. *T. V. c. 1. art. 10. n. 15. &c.* *Lib. II. de Trinit.*

§. LXVIII.

## §. LXVIII.

SS. Basilius & Gregorius Nissenus.

**Unacum fratre suo Gregori Nisseno S. Basilius sæculum quam tum doctrinæ splendore mirifice illu stravit, atque fidem sanctissimæ Tri nitatis, contra hostes quoscunque intrepide propugnavit.**

*Οἱ πρὸς πατρὸς τούτῳ πατέρες. S. Greg. Naz. orat. 20. Bolland. 30. Maji p. 224. &c.*

Radix sancta, & benedicta est S. BASIL familia. Majores illius tempore persecutio MAXIMINI secesserunt: de quibus similis f historia, ac de S. BLASIO, narratur, præsentantibus sese ei cervis, ferisque ali correspondet etiam locus, provincia Cappa ciæ. Germani duo illustres fuerunt, ac sanc simi sæculo quarto episcopi S. PETRUS baste in Armenia, GREGORIUS Ni multis relictis ingenii monumentis clarissim furorem etiam Arianorum expertus, dep tus episcopatu, in exilium pulsus est. Con EUNOMIUM insignes libros edidit, contra Apollinaristas: scripsit etiam singul ter de Trinitate, præter alias materias chris næ doctrinæ studiose pertractatas. A conc Cpolitano I. centrum communionis cathol in Ponto est constitutus.

S. Basilius a fratre GREGOR seu parens est habitus, non tam ob ætate quam meritum vitæ, & doctrinæ. Is adl clero Cæsariensi adscriptus, sese ab episc sui DIANEI communione semovit, ob mulam Ariminensem ab ipso subscriptam. lenti autem imperatori, ejusque præfe pro fide catholica fortiter restitit, neque ac tare oblationem imperatoris suscipere volu

Mace

Macedonianos ecclesiæ conciliandi studiosus fuit, dummodo fidem Nicænam confiterentur, & Spiritum S. creaturam non dicerent. Ipse in sermonibus publicis a DEI nomine spiritui S. tribuendo, temperavit; vocibus tamen æquivalentibus usus ejusque divinitatem invicte demonstrans. Fuit ea res multis offensioni: eamque ob rem semel quidam monachus plurimum sancto viro detraxit, quod in festo S. EUPSYCHII in sermone de Patris, & Filii divinitate multum disseruisset; de Spiritu S. strictim tantum locutus. Eadem de causa ei S. AMPHILOCHIUS auctor fuit de Spiritu S. scribendi: eoquod non eodem unoque modo doxologiam ad finem orationum exprimeret; nunc gloriam Patri cum Filio, & S. Spiritu, nunc per Filium in S. Spiritu tribueret.

Cum S. ATHANASIO familiariter vixit, studuitque ejus communionem cum S. MELETIO, ac unionem occidentis cum oriente, ob schisma Meletianum ruptam, restituere. At doctrinam de una hypostasi in Trinitate non sustinuit. Hinc EUSTATIUS SEBASTENUS, cum quo diu amicitia junctus fuit, eum incessendi occasionem sumsit, ac si tres deos statueret. Ex alio autem capite, contrario prorsus errore, pro Sabelliano, aut etiam Apollinarista infamabatur; sed putidis calumniis ea sola de causa, quod veritatem catholicam strenue defenderet, divinitatem præsertim S. Spiritus; cum hæreses fortiter impugnaret, eas ipsas, quæ ei imputabantur: unde suapte detractio evanescebat.

## §. LXIX.

S. GREGORIUS *Nazianzenus* ob profundam de divinitate in Trinita- S. GREGORIUS Nazianzen.

M te

te ſcientiam *theologus* eſt dictus, :
que pro fide catholica conſervan(
aut reſtauranda plurimum elabo1
vit.

SS. BASILIUS, & GREGORI
ſtudia paria, ac vitam monaſticam foven
individui fuerunt ſocii. Quoad profeſſio1
vero divinitatis Spiritus ſancti moderatio1
quidem S. BASILII probavit, imitan(
autem haud duxit.

*Vid. carm. 123. Carmen de ſe ipſo, & adverſus invidos Jamb. I.*

*Fortaſſe petitur Spiritus: aperte loquar,*
*Iterumque dicam, Spiritus tanquam DE*
*Nobis DEUS tu: ter loquar nobis DEU.*
*Hoc eſt: ferite jam meum ſaxis caput.*
*Immotus eſto dogmatis veri ſcopus.*
*Nec verba curans hoſtium, nec ſpicula.*

Alludit ad ea, quæ perpeſſus eſt, in C
ſtantinopolitanam ſedem translatus, hæ
bus tum variis, Arianæ præprimis infect
dum eam indefeſſo labore repurgare eſt
natus; alibique apertius dicit, ſe revera ſ
impetitum fuiſſe. Habuit autem Conſta
nopoli quatuor illas inſignes orationes a
geſima quarta ad trigeſimam ſeptimam, (
rum prima naturam divinam generatim
rifice explicat, ſecunda divinitatem Verbi
vini, tertia reſpondet locis ſcripturæ ab
reticis allatis, quarta de S. Spiritu tra
contra hæreſin Macedonianam, quæ pa
poſt in concilio Conſtantinopolitano I. d
nata fuit.

Abdicato poſtea Conſtantinopolitano epi
patu, Nazianzi cum Apollinariſtis eam ec
ſiam infeſtantibus, decertavit. Quod dum
niter facere inſtituit, auſi ſunt aſſerere, 
ctum doctorem circa Incarnationem eſſe e
den

dem secum sententiæ. Sed dum lenitate sua se videt nihil proficere, etiam brachium sæculare implorat, postquam hæretici ausi sunt episcopum Nazianzi instituere. Et dum illis Cpoli liberum religionis exercitium permissum est, NECTARIUM, natura indulgentem, litteris impellit, ut licentiam hæreticorum refrænet. Moderationem in disputando de religione, indagandisque mysteriorum arcanis imprimis consuluit, abhorruitque a conventibus etiam publicis, ubi in conciliis controversiæ religionis tractantur, ob excessus, turbas, finemque minus respondentem, suo cumprimis experimento, ac incommodis absterritus.

## §. LXX.

S. AMBROSIUS, si quis alius, pro religione christiana desudavit hoc sæculo, non solum pro vera fide conservanda adversus grassantes hæreses, verum etiam contra novos infidelium insultus. S. AMBROSIUS.

Contra imperatricis JUSTINÆ conatus, hæresin Arianam in occidente sustinentis, curæ S. AMBROSII prævaluerunt. Ad restituendam unionem orientem inter & occidentem ob schisma Meletianum idem plurimum contulit. Maximum autem ei negotium cum principibus fuit. Ut enim taceam, quam invicta constantia, ac evangelico vigore THEODOSIUM ad agendam publicam pœnitentiam adegerit ob cædem Thessalonicensem; eodem robore obstitit, quando iterum gentilium superstitio erigere se Romæ conabatur,

tur, facultate ab EUGENIO imperium in vadente data, ad erigendam victoriæ aram ubi iterum cœperunt sacrificia, & victimæ cædi, atque ex intestinis augurio capt victoria EUGENIO fuit promissa. Ara e postea eversa quidem est; at SYMMACHU nomine senatus non solum alte apud VA LENTIANUM conquestus est; sed etian antiquas gentilium querimonias, & criminatic nes excitavit, Romanæ monarchiæ propaga tionem diis deberi, collapsionem autem impe rii christiana religione ingruente accidisse Quibus calumniis respondit S. AMBROSIUS ostenditque robori Romanorum deberi victo rias, non tutelæ deorum eorundem, quos cun Romanis aliæ etiam gentes Carthaginenses Romanis victi coluerint. Judæi etiam ob de structam synagogam, & Valentiniani ob in censum eorum templum imperatorias aures fa tigarant; jamque in eo res erat, ut ambo re staurare christiani debuissent, nisi AMBRO SIUS publice in ecclesia auctoritatem suam interposuisset. Neque hoc pios imperatore irritavit, ut existimationem potius summam de S. AMBROSIO ingesserit, THEODO SIUSque eum unum verum episcopum di cere solitus sit. GRATIANI etiam horta tui jussuique præcipua dogmatica opera S. AMBROSII, quinque libros de fide, & tres de Spiritu S. debemus.

## §. LXXI.

S. CYRILLUS Hierosolymitanus.

S. CYRILLUS *Hierosolymitanus* hic singularem commemorationem meretur, cujus catecheses medulla dici pos-

**ossunt theologiæ christianæ: nec octrina aliquid continet fidei, præsertim Nicænæ, adversum.**

S. CYRILLUS medio sæculo quarto ad thronum Hierosolymitanum evectus, postea factione ACACII Cæsariensis depositus est. Cujus rei causam non unam nec eandem auctores assignant. Creditur ACACIUS nomen CYRILLI odiosum reddidisse ob confessionem ὁμουσίας seu consubstantialitatis quam tamen in suis Catechesibus non exprimit. Imo dum ad SILVANUM TARSENSEM confugit (qui postea inter præcipuos numeratus est Semi-Arianorum, quibuscum etiam communicavit CYRILLUS) in suspicionem venit, quasi tam in doctrina, quam in communione cum ipsis faceret. Quæ ipsa causa fuit, cur iterato Cpoli ab iisdem Arianis fuerit depositus.

Quod doctrinam ejus spectat, ea pura omnino est, etiam de divinitate Filii tantummodo vocem consubstantialis non legitur adhibuisse. Quod etiam aliquando S. MELETIUS fecit, divinitatis Filii acerrimus defensor & S. CYRILLO conjunctissimus: cum quo etiam inter primos interfuit concilio Cpolitano I. (utique pro orthodoxo habitus) & Macedonianos, ex Semi-Arianis ortos, damnavit.

Haud dubie DEUS in mercedem toleratarum injuriarum fecit, ut ipse posset postea ad eandem sedem, quam ejus persecutor præcipuus ACACIUS obsederat, Cæsariensem nimirum, nepotem suum GELASIUM provehere: qui ipse scriptis contra hæreticos, & continuatione historiæ EUSEBII claruit.

Novatores, qui se catechesibus, & alijs operibus S. CYRILLI maxime stringi intelligunt, nihil non egerunt, ut eas pro suppositititiis possent traducere. Sed, contra veterum, & recentiorum constantem auctoritatem, nihil profecerunt: nec aliquid afferre potuerunt, quod vel plerisque gregalium suorum etiam persuaderent. Vid. TILM. *T. VIII. p.* 784. *not.* 6. *in* CYRILL. *Hieros.*

## §. LXXII.

Alii defensores fidei catholicæ,

**Fuerunt hoc sæculo complures, qui aut præclare gestis, aut scriptis ecclesiam illustrarunt, veramque defenderunt fidem, ac doctrinam catholicam contra illius hostes.**

Primum locum inter doctrinæ catholicæ defensores jure suo sibi magnus vindicavit OSIUS usque ad ultimam senectutem, qua turpi lapsu obscuravit gloriam præteritæ vitæ, violentiæ tandem cedens a CONSTANTIO illatæ, ut subscriberet formulæ Arianæ. In qua hæresi proscribenda alias, dum vixit, semper primas partes habuit, concilia, dum vixit, fere omnia moderatus. Magnus contra MELETIUS, dum primum suspectam suam fidem reddidit, communione cum Arianis, licet deinceps fuerit ad extremum halitum fidei integritate, ac vitæ sanctitate admirabilis; occidentem tamen in suas partes adducere nunquam amplius valuit.

Commemorandi sunt etiam sanctissimi præsules ALEXANDER CPOLITANUS & JACOBUS NISIBENSIS, qui suis precibus obtinuerunt, ne ARIUS publice Cpoli in

ecclesiam

ecclesiam reciperetur. JACOBUS autem scriptis etiam fidem defendit, & doctrinam christianam explicavit; opera autem ejus litteris Syriace consignata minus celebrata fuerunt.

Discipulum habuit S. EPHREM, qui, divinitus sacra doctrina imbutus, ecclesiæ plurimum profuit; cujus scripta, hoc tempore in lucem protracta, novam lucem acceperunt. Ab hæreticis quidem etiam lacessita fuerunt, quod versiones ex Syriaco minus respondere viderentur energiæ primigeniæ scripturæ Syriacæ, quam veteres in sancto doctore tantopere collaudarunt; sed novissima Romana editio, curante doctissimo ASSEMANNO, jam etiam textum Syriacum ipsum frequentei suppeditat: ex quo solvi poterunt contradictiones, quas ex versionibus collegerunt adversarii. *Bolland. 1. Febr. p. 74.*

S. EPHREM adversos errores SABELLII, & ARII pariter damnat: & licet suo tempore in oriente posterior hæresis dominaretur, ipse tamen, palam Trinitatem sanctam, increatam, & consubstantialem deprædicat. Præterea alias etiam hæreses refellit, refertque S. GREGORIUS NISSÆNUS in ejus encomio, virtuti, ac vigori scriptorum ejus hæreticos resistere haud potuisse. Inter dogmata, ac mysteria, quæ illustravit, Incarnatio præprimis est, frequenter comparatione instituta cum margarita.

Inter scriptores ævi illius nullus mirabilior fuit DIDYMO, qui a primis ætatis annis cæcus tanto ardore studiis sese dicavit, ut in omnibus scientiis, sacris præprimis, emineret, docendoque adhuc magis, quam scribendo præstaret: quod illi undique discipulos accivit, qui eum audiendi causa Alexandriam confluebant. Sed non minus alii ex scriptis illius

*Præfat. in Lib. Didym.*

proficiebant. Refert S. HIERONYMUS ex ejus libro de Spiritu sancto hausisse latinos, quidquid egregium in hoc argumento scripserunt. Alia complura circa dogmata christiana, & contra illorum corruptores scripsit. Ipse tamen ORIGENI, ejusque singularibus opinionibus nimis addictus, cum suo magistro eandem damnationem subiit in concilio V. œcumenico, & sequentibus. Videnda, quæ ad illius excusationem affert HALLOIXIUS in suo ORIGENE defenso.

VICTORINUS licet serius christianam profiteretur religionem, rhetoricam adhuc paganus Romæ docens; voluit tamen ingenium suum, & eloquentiam, christianus factus, pro fidei defensione contra hæreticos Manichæos, Arianos autem præprimis, atque pro explicatione dogmatum christianonorum impendere.

SS. OPTATUS, & PACIANUS, licet contra schismaticos potissimum scriberent, hic contra Novatianos, ille contra Donatistas, dogmata tamen passim etiam illustrant, præsertim, palmare illud contra hæreses omnes, de ecclesia, quæ generale præjudicium facit contra errores, & pro veritate. De crimine traditorum non eodem modo judicat S. OPTATUS libro primo, & septimo adversus PARMENIANUM. Videtur etiam baptismum hæreticorum rejicere, nec satis accurate de natura, & gratia ubique loquitur.

## §. LXXIII.

*...le scriptores de hæresibus.*

S. EPIPHANIUS ad hoc adhuc sæculum referri potest, quod mirifice illu-

lustravit, veritatem christianam, ac
atholicam contra errores omnes in
ito ponens, ac simul singulari ope-
e, adversus hæreses omnes, cautos
os præstans: quo in scripturæ ge-
ere S. PHILASTRII episcopi Bri-
iensis industriam vicit.

S. PHILASTRIUS, antequam episcopus Brixiensis renunciaretur, prædicandi non solum contra infideles evangelium causa, verum etiam contra hæreticos, præcipue Arianos veritatem catholicam zelo divino ardens, discursabat. Putat BARONIUS, ea de re eum Mediolani ab AUXENTIO episcopo Ariano flagellis cædi jussum. Ingenii monumentum nobis reliquit librum de hæresibus: cujus tamen operam tanti non fecit S. AUGUSTINUS, in hoc ipso argumento versatus, quam S. EPIPHANII. *Ad an. 369. §. 27.*

S. EPIPHANIUS non contentus retulisse hæreses, ut PHILASTRIUS, simul illis Alexipharmacum opponit. Ipse de se narrat, se divina misericordia a laqueis Carpocratianorum, ac Gnosticorum præservatum: in quos incidere facile potuisset in Ægypto quasdam ejus sectæ fœminas offendens, quæ illi secreta omnia illius panderant. Rogatu postea monachorum scripsit librum suum de hæresibus, *Panarium* inscriptum: quod solet in fronte operum collocari, ceu reliquis præstantius, licet *Ancoratum* suum prius scripserit. Hic potest haberi pro complexu quodam non solum dogmatum, quibus christiani imbuti esse debent, verum etiam quomodo contra hæreses omnes *Hæres. 26. c. 17.*

defenduntur, atque religionis christianæ adversus infideles veritas demonstratur, ac tuta præstatur: qua de causa *Ancoratum* inscripsit, vocatque ipsemet magnum opus suum de fide. Finit autem Ancoratum symbolo eo ipso, quod postea in concilio Cpolitano est editum. Aliud habet Symbolum, in quo hæreses simul nominatim damnantur, quodque ad securitatem præstandam dicit solere exigere a baptizandis episcopos sui temporis.

---

## CAPUT VI.

### *Fidei christianæ vigor, & conservatio sæculo quinto.*

### §. LXXIV.

Flos, & propagatio fidei.

Sæculo quinto status ecclesiæ florentissimus fuit, novaque incrementa hinc inde ecclesiæ accesserunt; nec defuerunt persecutiones ac laureæ martyrii pro religione christiana.

Zelus propagandæ fidei plures accendit hoc ævo, ut reliquiis gentilium ad fidem convertendis sese dicarent. Non infrequenter medios inter christianos adhucdum idolorum cultus vigebat. Quæ occasio fuit fidelibus pastoribus ad ovile CHRISTI errantes adducendi.

*Bolland. 26. Febr. p. 644. &c.*

Qua in re celebre est S. PORPHYRII nomen, Gazæ episcopi, ubi adhuc vetus superstitio obtinebat, CHRISTOque opponebatur idolum *Marnas*. Indefessa autem

cura

cura S. PORPHYRII accidit (cui DEUS signis assistebat, atque THEODOSII imperatoris indulgentia accessit) ut CHRISTI ecclesia plantaretur.

Refertur in chronico MARCELLINI ad an. 419. in Palæstina multos ad CHRISTUM conversos; ob CHRISTI in nube apparentis prodigium. Quod etiam S. AUGUSTINUS attestatur. In Persia S. MARUTHAS ecclesiam longe lateque propagavit. Quem successum dum ferre non possent magi, occulta voce (veluti ex igne, quem adorabant Persæ, prodiret) regem ad expellendum sanctum pontificem inducere sunt conati. S. MARUTHAS, fraudem intelligens monet regem, ut fodi curaret in loco, unde vox prodiret, ubi latens homo deprehensus est, rexque ira excandescens decimum quemque magorum occidi jussit, teste SOCRATE. At dum postea sub VARARANE V. inconsulto zelo christianus Piræum incendisset, non solum ecclesiæ incensæ sunt, sed etiam dira in omnes christianos persecutio exarsit, exquisitissimisque tormentis magnus numerus martyrum constantiam insignem prodidit.

*Serm. 19. T. IV. p. 105.*

*Lib. VII. c. 7.*

*Theodor. hist. eccl. L. V. c. 38.*

S. CHRYSOSTOMUS, qui S. MARUTHÆ studia propagandæ fidei juvit, exul licet, missionarios etiam in Phœniciam misit. In Africa eodem zelo S. AUGUSTINUS exarsit contra idololatriam, interumpente sæpe sermones populo, ac inclamante, ut superstitiones gentilium funditus delerentur: quibus leges imperatorum accesserunt.

In Anglia, ac Hibernia S. PALLADIUS ab ipso COELESTINO papa episcopus creatus, ac apostolus destinatus est. Quod

opus

Bolland. 17. Mart. p. 545.

opus postea S. PATRITIUS perfecit Hibernorum apostolus. S. GERMANUS Antisiodorensis hoc sæculo Angliam, & Scotiam peragravit, multosque CHRISTO veræque ecclesiæ, Pelagiana hæresi abductos associavit.

Bolland. 7. Jan. p. 1095.

S. VALENTINUS sub LEONE pontifice Passavium prædicandi evangelii causa venit, ubi fere extincta iterum fuit christiana religio, anterioribus temporibus hic locorum plantata, aut corrupta, Gothorum irruptione qui erant Ariana lue infecti.

Omnium felicissime cessit ecclesiæ ad finem hujus sæculi conversio CLODOVEI Francorum regis. Quam ANASTASIUS papa ei gratulatus est celebri epistola ipso pontificatus sui initio, missa per CUMERIUM. Secuta hinc est conversio Francorum etiam quatenus a Gallis distinguuntur, atque per Germaniam se protendunt.

## §. LXXV.

Tranquillitas internis motibus turbata.

Mala, cum quibus confligendum hoc sæculo ecclesiæ fuit, ab internis hostibus potissimum veniebant, dum illis favent sæculi principes, ac ecclesiam crudeliter vexant, barbaris præsertim Romanum orbem inundantibus.

Quamvis ad finem sæculi superioris, opera S. CHRYSOSTOMI, FLAVIANI Antiocheni communio cum sede Romana, & Alexandrina restituta fuerit; Eustatiani tamen sepa-

ſeparati manebant, donec hoc ſæculo demum per ALEXANDRUM reconciliati ſunt. Simul etiam illi, qui PORPHYRII, S. FLAVIANI ſucceſſoris, communionem reliquerant, ſancto JO. CHRYSOSTOMO in diptychis recepto, eccleſiæ Antiochenæ unionem redintegrarunt.

Turbæ ad finem prioris ſæculi motæ ob ORIGENEM, primum in Palæſtina, & Cypro, jam latius etiam Ægyptum invadebant. THEOPHILUS Alexandrinus illis ſeſe litibus immiſcebat, Romæ etiam apud SIRICIUM deferens S. EPIPHANIUM & hæreticum accuſans Anthropomorphitam. Palam tunc adhuc THEOPHILUS ORIGENIS defenſionem ſuſcepit cum JOANNE Hieroſolymitano, & Anthropomorphiſmum ſcriptis, & ſermonibus inceſſit. Poſtea vero, cum cerneret monachos irritatos, ac timeret, ne ſe a communione ſua removerent, mutavit mentem. Reconciliatus cum S. EPIPHANIO damnavit ORIGENEM, monachis etiam Anthropomorphitis ſignificans, eſſe ſe ejusdem cum illis mentis. Fecit hoc iratus AMONI, & fratribus monachis, quos fratres magnos vocant, qui veritati catholicæ addicti erant contra Anthropomorphiſmum, ſatis alias apud monachos Nitriæ frequentem errorem. Intenderat hoc modo alios monachos contra *fratres* illos *magnos* irritare THEOPHILUS: quos jam perſequi totis viribus deſtinaverat, eosque damnarat in concilio Alexandrino tanquam Origeniſtas, etiam vi aggreſſus eos, incenſis cellis. Cum in Palæſtinam fugerent, illic etiam expulit, ut tandem compellerentur Conſtantinopoli imperatoris, & S. CHRYSOSTOMI opem implorare.

*Pallad. de vita S. Chryſoſtomi.*

Hinc

Hinc odii flamma apud THEOPHILUM in S. CHRYSOSTOMUM exarsit, cujus electioni in episcopum Constantinopolitanum antea adversabatur; quemque jam quocunque demum modo dejicere proposuit. Nec frustratus spe, bis sanctissimum præsulem exulem fecit, auxilio EUDOXIÆ imperatricis, & desidia ARCADII fretus. INNOCENTIUS papa, ad quem appellaverat S. CHRYSOSTOMUS, unacum occidente causam sancti præsulis tuendam suscipit, atque concilium œcumenicum petit, destinatis etiam legatis S. GAUDENTIO, & aliis in orientem; at illi male habiti remissi sunt. Sic rupta orientem inter & occidentem communio est, nec antea restituta, donec, jam in exilio mortuus, S. CHRYSOSTOMUS in diptycha reciperetur. Quod Antiochiæ demum factum sub ALEXANDRO, ut diximus: Constantinopoli sub ATTICO: Alexandriæ diutius reluctavit S. CYRILLUS cujus THEOPHILUS avunculus fuerat. At cessisse eum etiam tandem, dubitare non sinit arctissima unio sedis Alexandrinæ cum Romana tempore COELESTINI papæ, qui causam NESTORII S. CYRILLO suo nomine commisit.

Postea sub DIOSCORO Alexandrino ob Eutychianam hæresin nova semina discordiarum orientem inter & occidentem sunt orta. Ea quidem sub MARCIANO imperatore, deposito DIOSCORO in concilio Chalcedonensi, sopita sunt, S. PROTERIO in locum DIOSCORI suffecto. Sed TIMOTHEO ELURO, & PETRO MONGO primum contra S. PROTERIUM, postea in totam ecclesiam insurgentibus, res tandem in

in apertum schisma erupit orientem inter & occidentem, atque ecclesiam horrendum in modum dilaceravit. Imperatoribus pravæ causæ faventibus episcopi vel relegati, vel in partes sunt traducti, Constantinopolitani præprimis FRAVITA, ACACIUS &c. a quo schisma Acacianum est dictum. Excitatum esse incentore diabolo, historici plerique Græci narrant: dæmonem Constantinopolitano patriarchæ S. GENNADIO oranti, qui rem iterum restituerat, apparuisse, dixisseque, se paululum cessurum, dum viveret GENNADIUS, postea majora ecclesiæ mala illaturum.

In Africa quidem sub S. AURELIO (qui Tertullianistarum hæresin penitus extinxerat) & S. AUGUSTINO, aliisque sanctissimis præsulibus, res ecclesiastica optimo in statu erat; at Donatistæ pacem turbabant. Circumcelliones præsertim cædibus debachabantur, maxime S. AUGUSTINO insidiati, frustra episcopis pacem quærentibus: ut opus fuerit imperatorias leges, & præsidium contra eos implorare. Fuerunt in concilio Carthaginensi episcopi, qui legibus cogendos omnes putabant ad communionem catholicam. S. AUGUSTINUS potius pacificis collationibus suaviter adducendos existimabat; at experientia docuit, nihil eas profecisse: vel enim conferre detrectabant, dicentes, id sibi cum peccatoribus, quos catholicos indigitabant, non licere: vel judicio stare renuebant etiam victi. Ut accidit in celebri collatione Carthaginensi præsente MARCELLINO comite: ubi manifeste succumbentes, minime cesserunt, MARCELLINUM comitem, convictionis confusionisque testimo-

*Conc. T. II. p. 1109. S. Aug. ep. 50.*

testimonium perhibentem, a catholicis pecunia corruptum dicentes.

Sed dum paulatim Donatistarum turbæ sedantur, graviores, & longe deterrimi motus Africanam florentissimam ecclesiam tandem conficiunt, Wandalis in eam irruentibus. Quos SALVIANUS ad detestanda Afrorum vitia punienda divino consilio immissos, barbaros licet, in multis Afris meliores dicit. Eis se aliquamdiu etiam celebris, & S. AUGUSTINO commendatissimus comes BONIFACIUS junxerat; nec postea, ad officium rediens, damnum illatum restaurare amplius valuit, Wandalis Africam totam occupantibus, & ecclesiam dirissima servitute tenentibus sub GENSERICO primum, ac postea filio HUNERICO Arianis, catholicorum infensissimis hostibus. Hi graviori longe persecutione grassantes, quam ethnici imperatores, præsules omnes aut in exilium, cum multis millibus clericorum miserunt, aut tormentis acerbissimis martyres CHRISTI effecerunt. Rebaptizare autem catholicos, etiam invitos, multo majore immanitate Wandali solebant, quam Donatistæ. Romam acciti, urbem quidem vastarunt, quod antea etiam ab ALARICO ea urbs perpessa erat, sed religioni, ecclesiæque tunc nocere haud potuerunt.

*De gubernat. DEI L. VI. & VII.*

Summi pastores nihil antiquius habuerunt, quam ecclesiam commissam in sua integritate conservare, tum undique per orbem, cum Romæ præprimis, ubi INNOCENTIUS Photinianos, & Novatianos, S. LEO autem Manichæos latentes, ac studiosissime inquisitos expulit. Quod exemplum etiam aliæ ecclesiæ per orbem sunt secutæ, præsertim in

*Socrates L. VII. c. 11.*

Hispa-

Hispania, ubi præter Manichæos etiam Priscillianistæ detecti, & coerciti sunt, TURIBIUM inflammante S. LEONE. Gallicanæ tranquillus erat ecclesiæ status, præterquam quod lites, ac simultates quædam inter primas sedes essent Marsiliensem, & Arelatensem. *Idat. chron. p. 24.*

## §. LXXVI.

Superiore sæculo hæreses sanctissimam TRINITATEM impetebant; isto autem quinto nimirum post CHRISTUM Incarnationis mysterium impugnabant. Finem, & efficaciam Incarnationis destruebant Pelagiani, virtutem, & necessitatem gratiæ, ac redemtionis humani generis per ADAMUM lapsi inficiantes. Mysterium redemtionis humanæ lacessiverunt, primum Pelagiani:

Hæresis Pelagianæ ortum repetunt ex oriente a THEODORO MOPSUESTENO, hæresum hujus sæculi fere parente. Eam Romam detulit sub initium hujus sæculi RUFINUS quidam Syrus, atque errore isto pessimo, non ausus ipse eum publice proferre, PELAGIUM imbuit, qui eum Romæ primum, postea in Africa disseminavit, non paucos sectatores nactus. At ipse PELAGIUS non aperte, & ex instituto primum defensionem pravæ opinionis suæ, quam mente foverat de natura & gratia, suscipiebat, sed sparsim in operibus suis errores veluti seminabat, ut paulatim fruticarentur. *Vid. append. T. X. oper. S. Aug. p. 63. 74. &c.*

CELESTIUS autem, qui ab eodem auctore iisdem malis principiis fuerat instructus, ea audacius propalabat in Africa, delatus idcirco apud AURELIUM Carthaginensem. Duo libelli adversus eum in concilio, ut nos S. AUGUSTINUS *de Gestis* PELAGII docet, sunt oblati, in quibus variorum errorum fuit accusatus, quos ex MARII MERCATORIS commonitorio hic referam: *ADAM mortalis factus sive peccaret, sive non peccaret, moriturus fuisset. Quoniam peccatum ADÆ ipsum solum læsit, & non genus humanum. Quoniam parvuli, qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo ADAM fuit ante prævaricationem. Quoniam neque per mortem, vel prævaricationem ADÆ omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionem CHRISTI omne genus humanum resurgat. Quoniam lex sic mittit ad regnum cœlorum, quomodo & evangelium. Quoniam & ante adventum Domini fuerunt homines impeccabiles, id est, sine peccato.* CELESTIUS detrectans hos errores damnare, ut fuerat jussus, ecclesiastica communione privatus, ad Romanum pontificem appellavit. Non tamen mox Romam se contulit, sed in orientem, ubi ab ATTICO Cpoli pulsus, atque in concilio Palæstinæ, teste S. AUGUSTINO *de Gestis* PELAGII, ipse etiam PELAGIUS compulsus est ejus errores damnare. Ipse suos errores tegens judicium JOANNIS *Hierosolymitani*, apud quem ab OROSIO delatus fuerat, elusit, re ad INNOCENTIUM papam delata, cujus sententia tam JOANNES, quam OROSIUS stare promiserant.

HEROS, & LAZARUS pariter PELAGIUM coram EULOGIO Cæsariensi in

in Palæstina episcopo accusabant, qui concilium Diospoli convocavit, ubi PELAGIUS quidem comparuit, non tamen ejus accusatores. Unde consueta vafritie patres decepit, ut eum absolverent, qui se in omnibus doctrinam catholicæ ecclesiæ sequi declaraverat, anathema illis omnibus dicens, qui se ab ea separarent. Pari isthic ratione fucum fecit PELAGIUS, ac postea CELESTIUS Romæ ZOSIMO pontifice, simulans se ejus sententiæ acquieturum. Quare similem excusationem merentur patres Diospolitani, & ZOSIMUS, ambasque partes pariter S. AUGUSTINUS excusat. Et haud dubie patres Diospolitani damnassent PELAGIUM, si detecta ejus fuisset fraus; sicut damnavit ZOSIMUS demum CELESTIUM.

Hæresis Pelagianæ condemnatio undique per ecclesias missa est, ut subscriberetur, tali felici successu, ut paucis episcopis exceptis reliqui epistolæ ZOSIMI subscripserint. Refragarii fuerunt depositi, atque legibus imperatoriis coerciti, nec unquam communionem, aut sectam integram conficere potuerunt. *Mar. Merc. commonit. c. 3.*

Inter PELAGII sectatores præcipuus fuit JULIANUS episcopus Capuanus: contra quem plures libros scripsit S. AUGUSTINUS, quibus immortuus est, ac imperfectos reliquit. M. MERCATOR, in notis ad duo ipsius opera, eundem refutavit.

In Britannia, unde oriundus fuit PELAGIUS, magis grassata fuit Pelagiana lues, unde ex Gallia acciti sunt zelosi præsules SS. GERMANUS, & LUPUS. Refert vetustus auctor apud BOLLANDUM, eos errorem addidisse, quem nuper Calviniani resuscitarunt: posse ex duobus, qui baptizati sunt, natum infantem sine baptismo salvari. *Ad 3. Jan. p. 138. 2.*

 Qui

Qui pleniorem notitiam de hæresi P
na habere cupit, eam ex Tomo X. o
S. AUGUSTINI haurire poterit, ub
ter opera S. AUGUSTINI simul colle
præfatione expositio hujus hæresis; in
dice autem varia scripta habentur ad h
Pelagianam spectantia.

## §. LXXVII.

Semi-Pelagiani.

Quibusdam dura nimis visa
AUGUSTINI, de gratia, & pr
stinatione, doctrina; hi aliqui
tem, ac initium quidem conve
nis homini, non gratiæ, adsc
bant, semi-Pelagiani dicti. A
tem secta fuerit, Prædestinatian
cta, quæ tenuerit contrario err
bona opera nihil prodesse repr
nec mala nocere prædestinatis,
nire non licet.

Marsilienses, Lirinenses & alibi in
non incelebres viri monachi erant,
doctrina S. AUGUSTINI de gratui
ctione, & vocatione secundum benepl
DEI, adversa patribus, & receptæ do
in ecclesia videbatur; quasi sanctis parit
peccatoribus desidiam operandæ salutis
rat; ut, etiamsi vera foret, prædicari
eam non expediret, utpote quæ exhorta
inutiles redderet. Necessitatem quide
tiæ ad bonum operandum agnoscebant:
cum Pelagianis opus nostræ salutis in m

no

nostris ponebant, quatenus nos ipsos discerneremus, atque ita se a Pelagianis distinguebant; initium tamen fidei ex nobis esse statuebant: ut, dum veritas per prædicationem auribus nostris insonat, possit seipsum homo determinare ad eam suscipiendam, & ita mereri gratiam ad salutem necessariam. S. PROSPER, & HILARIUS quidam, aliud in schola S. AUGUSTINI, ac evangeliis edocti, rem ad S. AUGUSTINUM referendam duxerunt.

Accidit quidem, ut liber S. AUGUSTINI de correptione, & gratia, quam sanctus doctor pro monachis Adrumetinis, qui similibus difficultatibus pulsabantur, fecerat, Marsiliam deferretur, sed non satisfaciebat: discrimen inter gratiam ADAMI, & nostram in præsenti statu non placebat; quoad prædestinationem autem ipse S. AUGUSTINUS in libris de libero arbitrio, aliquando aliter sensisse visus est. HILARIUS ejus rei gratia binas dedit ad S. AUGUSTINUM epistolas, & S. PROSPER articulatim ipsi exponit, quid sentiant: Nempe omnes quidem homines in ADAM peccasse, nosque salvos haud fieri ex operibus, sed per gratiam regenerationis spiritualis: volebant autem propitiationem sanguinis CHRISTI omnibus indiscriminatim offerri; ita ut salus illis obtingat, qui fidem recipere, & recurrere ad baptismum voluerint. Quoad infantes autem, ante usum rationis obeuntes, apud quos dispositiones nullæ sunt sive ad bonum, sive ad malum, ad prævisionem eorum recurrebant, quæ facturi essent adulti. Idem dicebant quoad nationes integras, quibus evangelium denunciatum haud est. Quoad adultos autem, qui salutem suam operantur, obedientiam hominis priorem gratia statuebant, ita ut

initium ſalutis ab homine ſalvato, non a DE(
ſalvante ſit. Hæc S. PROSPER ſcribebat ad S
AUGUSTINUM, qui libris de prædeſtina
tione ſanctorum &c. reſpondit. Ipſe S. PRO
SPER ſcriptis ſemi-Pelagianis ſeſe oppoſuit o
pere præſertim contra collatorem ſeu CAS
SIANUM, principiis ſemi-Pelagianis imbu
tum, atque a doctrina S. AUGUSTINI ab
horrentem.

Multi exiſtimant, ex calumniis ſemi-Pela
gianorum contra S. PROSPERUM, &
alios defenſores doctrinæ S. AUGUSTIN
de prædeſtinatione, occaſionem arreptam fuiſſ
excogitatæ hæreſis Prædeſtinatianorum.
SIRMONDUS ANONYMUM in lu
cem edidit ſub titulo *Prædeſtinatus*. In quo
poſtquam primo hæreſes relatæ ſunt a SIMO
NE MAGO uſque ad NESTORIUM
deinde libro ſecundo hæreſis Prædeſtinatia
norum aſſeritur; libro autem tertio refuta
tur, at ita, ut principia Pelagiana haud ob
ſcure ſtabiliantur. Quare huic auctori mu
tum tribui non poteſt, qui primum ab HINC
MARO ſæculo nono citatus refertur; qu
tempore in GOTTESCALCO monach
Prædeſtinatianorum doctrina rejecta eſt. E
forte etiam nonnemo fuerit tempore S. AU
GUSTINI, quem ſana S. AGUSTINI
de gratia, & prædeſtinatione doctrina in tran
verſum egerit, ut pro deſidiæ culcitra abu
teretur, præſumtionis, aut deſperationis an
ſam arripiendo; qualis LUCIDIUS qu
dam presbyter notatur.

## §. LXXVIII.

Neſtoriani præeunte LEPORIO.

Neſtoriana hæreſis, licet poſteriu
pullulaverit, recte tamen dicitur ma

ter

**ter a S. PROSPERO hæresis Pelagianæ, lacessito Incarnationis Dominicæ mysterio, redemtionis nostræ fundamento. Qua in re præivit LEPORIUS monachus, gratiam, & Incarnationem negando, sed errorem retractavit.**

LEPORIUS monachus probatæ vitæ, dum sibi nimium tribuit, non solum in hæresin Pelagianam incidit, verum etiam Ebionitarum impietatem renovavit, & Nestorianæ prælusit: JESUM merum hominem natum dixit, meruisse autem fieri Filium DEI per liberum arbitrium sine peccato vivendo; ac CHRISTUM quidem per baptismum factum esse per unctionem Spiritus sancti, DEUM autem post resurrectionem merito mortis suæ. Qui non venerit, ut daret hominibus gratiam redemtionis, verum exemplum solummodo vitæ sanctæ, idcirco adorandum non esse ut DEUM, sed qui meruerit DEUM habere in se. Quod aliis etiam hominibus contingere posse existimavit, si vivant, ut viribus liberi arbitrii possint, sine peccatis. LEPORIUS damnatus in Galliis errores suos in Africa retractavit. *Gennad. de script. eccles. c. 59.* *Cassian. de Incarnat. L. I.*

FACUNDUS dicit, LEPORIUM idem docuisse, quod postea NESTORIUS in oriente, ut ex dictis, dicendisque elucescit. Nestorianæ certe hæresis eadem est scaturigo, quæ Pelagianæ, a THEODORO MOPSUESTENO pariter ortum trahentis. Episcopi Pelagiani in exilium pulsi, demum ad THEODORUM hunc confugerunt, quem *Lib. I. c. 4.*

*In Nestorium & Eutychen* §. 35. LEONTIUS dicit gratiæ virtutem, & prædestinationem gratuitam negasse, quod CHRISTUM non primo conceptionis momento sine præeuntibus meritis perfectionem accepisse, sed progressu acquisivisse putarit. Quo argumento de gratuita humanæ in CHRISTO naturæ prædestinatione Pelagianos stringere S. AUGUSTINUS solitus erat. In eadem doctrina THEODORUM NESTORIUS est secutus, ut de eo MARIUS MERCATOR, & PROSPER in chronico referunt. S. CYRILLUS etiam ad THEODOSIUM scripsit, eandem esse Nestorianam ac Pelagianam hæresin. Licet quoad peccatum originale dissensisse NESTORIUM a PELAGIO, & CELESTIO MARIUS MERCATOR perhibeat. *T. I. p. 73.* Quoad gratiam autem ipse P. GARNIERIUS agnoscit, *Ib. p. 84.* eum PELAGIUM secutum esse. Et CASSIANUS dicit, NESTORIUM, Pelagianos sub tutelam recipiendo, hanc de se opinionem fecisse. *De Incarnat. L. I. c. 3.* JULIANUM enim, & alios exules episcopos Constantinopoli recepit, atque spem fecit absolutionis, restitutionisque in suas sedes. Quod & effectum ire molitus est; sed MAR. MERCATOR *T. I. p. 73.* restitit tunc Constantinopoli præsens, idemque hæresi Nestorianæ, etiam antequam damnaretur, fortiter se opposuit.

NESTORIUS autem, transmisso Pelagianæ perfidiæ crimine, Incarnationem, fundamentum redemtionis nostræ, impetiit, sese APOLLINARI opponens, in contrarium errorem impingendo. Cum enim APOLLINARIS unam solam naturam divinam cum carne commixtam, & transmutatam statueret; NESTORIUS etiam personas divisit in

CHRI-

CHRISTO, neutiquam Verbum caro factum asserens, sed tantum in homine ceu habitaculo fuisse statuens. Distinguebat Verbum a Filio DEI, JESUM CHRISTUM asserendo quidem Filium DEI fuisse, & EMANUEL, at non Verbum: divinitatem autem progressu (προκοπῇ) gratiæ meruisse.

Hinc MARIAM matrem DEI negabat. Quod cum in sermonibus suis, contra avitam Cpolitanæ ecclesiæ doctrinam, ac scriptis astrueret, res Romam delata est, ipseque scripta illuc misit, ac primum damnationem recepit. In oriente ei se S. CYRILLUS cumprimis opposuit. At tum Cpoli, cum alibi suos defensores nactus est, etiam postquam damnatus, & in exilium missus est: ubi errores suos scriptis defendit, ac misere obiit, lingua blasphema vermibus corrosa.

Ejus defensores, THEODORETUS, JOANNES Antiochenus etiam in unionem, ac concordiam cum S. CYRILLO Alexandrino impugnatore præcipuo tandem redierunt, excepto ALEXANDRO Hierapolitano. Qui etiam Romæ conquestus est de JOANNIS Antiocheni reconciliatione cum S. CYRILLO. Ubi tamen primum NESTORIUS damnationem subiit, & S. CYRILLO negotium a papa in damnando, & deponendo hæresiarcha isto commissum fuit.

Hodie iterum fuerunt, qui NESTORIUM excusandum in se receperunt. Ex nostris DUPINIUS hic aberravit (sed ob eam temeritatem ecclesiæ censuram incurrit, & quæ de hac re scripsit, retractavit) quasi de verbis potius, quam re tunc actum fuisset. Quod de re judicata dici non potest, quidquid sit

de variis imputationibus personalibus ante, & post concilium Ephesinum utrinque factis. Vid. Hist. Nestorianismi P. LUDOV. DOUCIN. P. GARNIERII dissert. in MARIUM MERCATOREM.

## §. LXXIX.

Eutychiani.

EUTYCHES nimia adversus hæresin Nestorianam contentione in contrarium errorem incidit: confundendo naturas in CHRISTO, unam tantum naturam, sicut unam personam in eo admittebat.

EUTYCHES monachus, & Archimandrita fortiter se hæresi Nestorianæ opposuit. Non obstante voto, monasterium nunquam egrediendi; pro fide tamen id facere non dubitavit. At dum vehementer NESTORIUM impugnat, unitatem personæ in duabus naturis confiteri detrectantem, eo redactus est, ut unam ex divina & humana naturam, & substantiam statueret.

Convenire tamen cum NESTORIO videbatur, ut pariter ex illius sententia sequeretur, MARIAM non esse revera genitricem DEI, & hominis. THEODORETUS ei imputat, quod dixerit, Verbum per B. V. MARIAM transiisse tantum, ipsumque sibi carnem fecisse. Accusabatur etiam, carnem e cœlo allatam in CHRISTO agnovisse. In hoc certe frequens cum eo concertatio fuit, an ejusdem substantiæ CHRISTI corpus fuerit, ac nostrum? An CHRISTUS, qui est consubstantialis Patri secundum

*Hær. fab. Lib. IV. c. 13.*

dum divinam naturam, sit consubstantialis nobis secundum humanam naturam? EUSEBIUS Dorylæus episcopus, qui, sicuti Nestorianæ, ita etiam Eutychianæ hæresis primus fuit denunciator, in hoc caput controversiæ positum esse dixit, hocque ab EUTYCHE negari. Atque EUTYCHES a FLAVIANO interrogatus; an CHRISTUM consubstantialem matri, & nobis secundum humanitatem agnosceret, confessus est, se hactenus non dixisse corpus CHRISTI esse ejusdem ac nostrum substantiæ, licet crediderit, quod CHRISTUS ex Virgine carnem sumserit. Ac visus est aliquando agnoscere CHRISTUM quidem consubstantialem matri, sed non nobis. Hoc se audiisse JOANNES presbyter ad citandum EUTYCHEN cum ANDREA diacono deputatus, ex ore EUTYCHIS, juramento se asserturum promisit. *Concil. T. IV. p. 22. Ib. p. 225. Ib. 258.*

Universum opus redemtionis nostræ, ac mysterium incarnationis errores hos destruere suapte patet. Vel tertia natura præter humanam, & divinam in CHRISTO extunditur; vel cum Docetis phantastica tantum caro agnoscitur; vel passibilis ipsa divinitas, atque cum APOLLINARI una DEI, & hominis in CHRISTO statuitur natura. Quæ est revera origo hæresis Eutychianæ, recteque hæresis Apollinaristarum Eutychianam enixa dicitur.

Versatur in eo capitalis error, quod duas in unam Eutyches confuderit naturas: in eo forte cum APOLLINARI discrepans, quod duas integras ante unionem agnoverit naturas: constanter enim dixit, CHRISTUM esse ex duabus naturis; cum catholici vellent, confi-

tendum

tendum Verbum incarnatum esse in duabu turis; prout S. LEO rem edixit: aut p
*Concil. T. IV. p. 176.* FLAVIANUS rem expressit: ex du naturis post incarnationem in una hypostal persona: vel juxta JULIANUM Coen
*Ib. 185.* quod in eo DIOSCORUS arguit, dua
*Ib. p. 181.* turæ in una sola persona: vel juxta BA LIUM Seleuciensem, CHRISTUS duabus naturis, quod cum S. LEONIS minis convenit. In eo autem catholici o conspirarunt, ut duæ naturæ in CHRIS distinctæ agnoscantur.

## §. LXXX.

Excitatæ ab illis turbæ.

**Eutychiana hæresi ab ecclesia da nata, maximæ in oriente enatæ f turbæ: alii quidem errores EUT CHETIS sed tantum ex parte unac EUTYCHETE ipso damnabant, purum Eutychianismum profiteb tur.**

Statim ac absolutum fuit concilium Ch donense, motus contra excitarunt duo mon GEORGIUS in Cappadocia, & TH DOSIUS in Palæstina cum aliis; calun bantur concilium, ac si fidem prodidi hæresin Nestorianam stabilisset, symbolun cænum violasset, obligasset ad adorandum Filios, Christos, fidem duarum naturarum
*Epist. 97.* tuendo. S. LEO vocat hos Phantasmatic qui CHRISTO carnem veram, ac nc similem negabant, atque essentiam Verbi ip crucem, & mortem sustinuisse tenebant. TYCHEN nihilominus anathematizab Hæc TIMOTHEUS in Palæstina agita

a factione monachorum contra JUVENALEM in episcopum Hierosolymitanum electus.

Alexandriæ alter TIMOTHEUS ELURUS factionem fovebat, incitatis etiam monachis contra S. PROTERIUM, & concilium Chalcedonense; in cujus locum ELURUS episcopus est proclamatus, trucidato postea S. PROTERIO. Is damnatos episcopos, & clericos omnes in communionem recepit. Dum vero etiam quosdam clericos S. PROTERII suscipit, pertinaciores Eutychiani se ab eo separarunt, singularem conventum agentes: quos Dioscorianos dictos fuisse, quidam volunt. ELURUS autem cum concilio Chalcedonensi & S. LEONE &c. nihilominus etiam EUTYCHEN damnavit, quod tenuerit, carnem JESU CHRISTI non esse nostræ consubstantialem, in quo DIOSCORUS EUTYCHI contrarius fuerit; concilium autem Chalcedonense, & totum occidentem cum S. LEONE ceu Nestorianos apud imperatorem detulit. S. LEO ejus conatibus fortiter restitit, tum alii etiam præsules catholici, nec sine effectu: donec illaudatus hic TIMOTHEUS ELURUS postea sub BASILISCO occasionem nactus in conciliabulo Cpoli damnandi synodum Chalcedonensem: cujus decreto BASILISCUS litteras circulares addidit, quas etiam *typum* vocant: ubi laudatis synodis Nicæna, Cpolitana I. duabus Ephesinis, Chalcedonensis rejicitur: nihilominus damnatur etiam hæresis, quæ confiteri detrectat, Filium DEI carnem, ac hominem factum, sed corpus a cœlo sumsisse, aut apparens tantum, ac phantasticum. Cui decreto dum insistit ELURUS, Eutychiani puri plerique ab eo se separarunt. GENNADIUS

*T. IV. Conc. p. 511.*

*Evagr. hist. L. III. c. 4.*

a TIMOTHEO hoc ELURO sectam Timo theanorum dictam vult, qui unam naturar CHRISTO per confusionem humanitatis & divinitatis admitterent.

Antiochiæ PETRUS FULLO episcopu intrusus non solum concilium Chalcedonensi sed etiam eos omnes anathematizavit, qui div nitatem ipsam passam negabant: trisagio additi verbis: *Qui passus es pro nobis.* Postea CA LANDION, ut pravum sensum Theopa schitarum, ex trisagii additione deleret, sub jungi voluit verbis, *qui passus es pro nobis Christe rex noster.* Idem Eustatianos demum communioni suæ reconciliavit, reliquiis S EUSTATII Antiochiam solemniter relatis

## §. LXXXI.

Ac schisma Acacianum.

Factiones, & turbæ Eutychiana locum etiam dederunt non solun Acephalis inter Eutychianos, sed etiam diuturno schismati orienten inter & occidentem; fuit autem Aca cianum dictum, quod Romana eccle sia communicare detrectaret cun successoribus ACACII, ob communio nem cum *Petris* FULLONE, & MONGO, depositis.

Tum TALAJÆ in episcopum Alexandri num promoti litteræ ACACIO Cpolitan diu non redduntur, is offensus ZENONI imperatoris animum contra TALAJAM ir ritavit, incitavitque, ut PETRUM MON

GUM

GUM in ecclesiam Alexandrinam intruderet, eum ipsum, quem antea accusationibus acerbissimis denigraverat, quique concilii Chalcedonensis hostis infensissimus erat, & Eutychianis addictus. ACACIUS imperatori persuaserat, hoc modo Alexandriæ unionem catholicos inter, & Eutychianos restitui posse, PETRO MONGO promittente, se, ab errore redeuntem, veram ecclesiæ fidem secuturum.

Eadem occasione auctor fuit ACACIUS ZENONI famosi Henotici, in quo non tam vera fides Chalcedonensis abjecta, quam dissimulata, & transmissa fuit; ut ita unio facilior redderetur, veraque cum falsa fide subsisteret. Promiserat MONGUS, non plus se in concilium Chalcedonense deinceps moliturum, quam Henoticon permitteret: spoponderat etiam in communionem recipere, qui de communione S. PROTERII, & SALOFACIALIS erant. At paulo post deletis his e diptychis, eorum loco DIOSCORUM, & TIMOTHEUM ELURUM substituit, tutela imperatoris, & ACACII jam securus in sede Alexandrina, frustra renitente, & Romam appellante TALAJA. Corpus etiam SALOFACIALIS exhumari jussit, ac concilium Chalcedonense iterum anathematizat, cum se paulatim deseri ab Eutychianis videt. Timens autem, ne damnatione concilii Chalcedonensis imperatorem, & ACACIUM offenderet, rem negavit, in utramque partem vacillans, damnans apud Alexandrinos concilium Chalcedonense, alibi collaudans. Nec tamen satisfecit sic Eutychianis, qui ejus communione deserta privatos conventus agebant, MONGO, & successoribus reuniri detrectantes, unde acephali sunt dicti, juxta LEONTIUM. *Leont. sect. V.*

Alii

Alii e contra Acephalos dictos eos volunt, qui cum catholicis concilium Chalcedonense admittebant, cum Eutychianis rejiciebant. Alii altius eorum repetunt originem ab illis, qui post solutam synodum Ephesinam nec S. CYRILLO Alexandrino NESTORIUM damnanti, nec JOANNI Antiocheno NESTORII partes propugnanti adhærere voluerunt. Forte non unum genus Acephalorum fuerit.

ACACIUS indulgentior fuit ad MONGI duplicitatem, quam Eutychiani, in ejusque communione non solum mansit, sed etiam legatos pontificis Romani vi, ac fraude contra, ac in mandatis acceperant a pontifice, in partes pertraxit. Quæ res justam indignationem, ac damnationem legatis conciliavit. Causa ACACII Romæ in concilio examinata, quod cum MONGO Eutychiano communicaret, damnatus, & depositus is est, ruptaque communio cum omnibus illis, qui cum ACACIO communicabant. Id quod dirum schisma orientem inter, & occidentem fecit. Quod multis annis perduravit, detrectantibus Romanis pontificibus comunionem successoribus ACACII, qui excommunicatione immortuus erat, quamdiu illius nomen e sacris diptychis non expunxerunt; utut aliunde veræ fidei addicti erant, comunioni Eutychianorum renunciantes etiam gloriosi confessores, præsertim S. MACEDONIUS, ac ejus antecessor EUPHEMUS.

ACACII successores timuerunt, ne damnando ACACIUM (qui, non attenta depositione Romæ facta, functiones suas usque ad mortem obiit) sacramenta ab ipso collata frustranea fuissent. Hodie tamen sunt, qui remissius agi potuisse sibi persuadent. Græci autem potissi-

potissimum ægre ferunt, hæc sine œcumenico concilio esse facta.

## §. LXXXII.

Mysterium Incarnationis, in conciliis œcumenicis sæculi quinti, contra oppositos errores summa auctoritate assertum est. Contra NESTORIUM quidem celebratum est Ephesinum: ubi etiam Pelagiani iterum sunt damnati; sæpius, sed frustra, ad concilium œcumenicum appellantes.

Concilium Ephesinum.

NESTORIO Romæ damnato, vices S. CYRILLO commissæ sunt a COELESTINO papa, ut sententia executioni daretur. CYRILLUS ejus rei causa concilium Alexandriæ convocavit, atque NESTORII erroribus celebres duodecim anathematismos opposuit. Anathematismis non pauci sunt offensi in oriente, quibus visus est S. CYRILLUS, NESTORIUM impugnando, in adversas APOLLINARIS partes declinare. Inter hos præcipue erat JOANNES Antiochenus, quem NESTORIUS jam sibi conciliaverat litteris, quibus ei significavit, se urbem Constantinopolin, ad quam regendam Antiochia venerat, divisam reperisse, aliis MARIAM Virginem matrem DEI, aliis matrem hominis dicentibus, quos ut uniret ipse *matrem CHRISTI* vocandam duxerit. NESTORIUS in errore jam animum obduraverat, atque concilium œcumenicum

*Liberat. c. 4.*

petierat, id quod etiam a catholicis factum est.

Igitur ex voto omnium THEODOSIUS litteras dat ad convocandos Ephesum episcopos. Jamque frequentes patres undique terrarum aderant. Solum adhuc JOANNES Antiochenus cum suis exspectabatur, qui studiose tardarunt; visumque patribus eum diutius non præstolari. Solus cum sua factione NESTORIUS sese opposuit, quo non obstante concilium celebrari cœptum est, atque NESTORIUS legitime vocatus, dum non comparet, doctrina ejus examinata, ac damnata, ipse depositus est.

Interea JOANNES Antiochenus cum quadraginta orientalibus episcopis advenit: qui S. CYRILLUM ob anathematismos potius inter reos, ac judicandos esse voluissent, quam ut is concilio judex præsideret. Itaque S. CYRILLUM, & MEMNONEM Ephesinum deponunt, reliquos patres a communione sua removent, quod vicissim patres concilii faciunt. CANDIDIANUS comes, qui servandi ordinis causa imperatoris nomine concilio aderat, factionem orientalium fovit apud imperatorem. Patres autem choros monachorum, & abbatum ad imperatorem propitium reddendum ablegant. Inter quos plurimum valuit S. DALMATIUS, dum rei seriem imperatori exponit, atque ob oculos ponit, quam indignum sit unius hominis patrocinium sumere contra sex millia episcoporum, qui suorum metropolitanorum Ephesi congregatorum fidem & doctrinam sequerentur.

Interim legati COELESTINI adveniunt, gestaque a concilio confirmant, prout in man-

datis

datis acceperant, atque jam superiore anno Romæ anticipata fuerat sententia. Patres gesta in concilio COELESTINO papæ significant, non solum in causa NESTORII, sed etiam PELAGII, CELESTII, JULIANI &c. quorum damnationis, depositionisque acta, lecta in concilio, probata sunt, juxta ac omnia a Romana sede prius jam fuerant præfinita. *T. III. conc. p. 660. &c.*

Haud dubie Pelagiani, semper ad concilium provocantes, atque undique cursitantes, ut justam damnationem reciperent, sese concilio præsentabant, cum frustra tamdiu sui causa orbem commovendum, & in concilium cogendum flagitarent.

Alia gesta in concilio, ex canonibus, quorum sex supersunt, & actis ipsius concilii colligi possunt, ac disciplinam potius, quam dogmata concernunt, de quibus tractationem habemus.

## §. LXXXIII.

Dum tergiversantur orientales episcopi cum JOANNE Antiocheno, & concilii Ephesini definitioni accedere nolunt, ecclesiæ quidem pax, & quies diu turbata, simul tamen etiam mysterium Incarnationis magis explicatum fuit. Motus ejus causi in orient

Tam patres concilii Ephesini, quam orientales cum JOANNE Antiocheno, paucis exceptis, qui se concilio sociarunt, in sua firmi perstabant mente. Inter quos THEODORETUS, contra S. CYRILLUM, & concilium, scriptis, sermonibus, & quocun-

que alio modo pro NESTORIO agebat. Utrinque ad imperatorem delegati sunt, ac diutius moræ sunt tractæ. Orientales, ut possent anathematismos S. CYRILLI eo melius impetere, ac abolere, symbolum Nicænum prætendebant, quo unice standum volebant, imperatoremque, ne majori numero concederet, instigabant. At is justæ causæ favens judicio concilii detulit, & tam concilium dimisit (litteris honorificis ad patres datis) quam etiam orientales episcopos, cum unire invicem non posset.

T. III. conc. p. 736.

Nec postea intermisit, conciliandæ pacis, ac unitatis consilia capere cum MAXIMINO, in locum NESTORII substituto, & aliis episcopis. Hi id necessarium esse imperatori suggerebant, ut JOANNES Antiochenus depositionem NESTORII ratihaberet, & errores illius anathematizaret, S. CYRILLUS autem injurias EPHESI sibi factas condonaret. JOANNES Antiochenus præcipuis suæ factionis in consilium vocatis, conditiones pacis S. CYRILLO sex proposuit, quæ omnes ad nos haud pervenerunt, præterquam quod epistola S. ATHANASII subscribenda pro fidei forma proposita sit; contra autem ut suas litteras, & anathematismos retractaret CYRILLUS flagitatatum. Quoad primum libentissime conditionem accepit, ad pacem promtus S. CYRILLUS; sed, quod facile prævideri potuit, ad scripta sua, concilio probata, rejicienda, induci haud valuit. Litteris hæc ad ACACIUM Bereensem significavit, simulque doctrinam suam de Incarnatione exposuit. Plerique epistolam illam ceu orthodoxam susceperunt, atque inter hos etiam THEODORE-

TUS;

RIUS; sed ad damnandum NESTORIUM necdum induci potuerunt.

Cpoli etiam adhuc NESTORIUS suos sectarios habuit. Timorque Apollinarismi, & contrarii erroris, paulo post per EUTYCHEN inducti, suspiciosos, & cautos nimium reddebat. Paulatim tamen S. CYRILLI orthodoxia magis magisque in apricum deducta est. Jam RABULA episcopus Edessenus in illius partes concesserat contra NESTORIUM, publice etiam in THEODORUM Mopsuestenum, NESTORII magistrum, anathema dixit. Ei se opposuit IBAS postea successor in episcopatu Edessæ, cum THEODORETO causam NESTORII, IBAS potissimum agebat, ceu præcipuus auctor habitus, & apud imperatorem delatus turbarum Ægyptios inter, & orientales, ob epistolam ad MARIN *Persam*: quæ postea inter tria capitula relata, novorum motuum causa fuit. In ea potissimum in S. CYRILLUM invehebatur, gestaque episcoporum orientalium in favorem NESTORII sustentabat. Videtur tamen etiam S. CYRILLO reconciliatus tandem esse cum JOANNE Antiocheno, THEODORETO, & aliis, paucis exceptis duce ALEXANDRO Hierapolitano, qui deponi potius sustinuit, quam NESTORIUM damnare, & S. CYRILLI orthodoxiam probare. Hic anathematismos suos semper magis magisque explicavit, professionemque fidei suæ orientalibus probavit, per PAULUM *Emessenum* transmissam. PAULUM hunc JOANNES Antiochenus ad S. CYRILLUM deputaverat, unacum orientalium professione fidei, quam orthodoxam

agnovit S. CYRILLUS, atque cum orientalibus in communionem rediit.

## §. LXXXIV.

Chalcedonense concilium.

**Chalcedonense œcumenicum concilium contra EUTYCHEN convocatum fuit; poſtquam hæreſis illa quidem in concilio Cpolitano, ac Romæ damnata, at in ſynodo prædatoria, ſeu latrocinio Epheſino EUTYCHES abſolutus fuit.**

EUTYCHE in contrarium NESTORIO incidente errorem, S. FLAVIANUS epiſcopus Cpolitanus ſuarum partium eſſe duxit, ingruenti errori obſiſtere. Igitur concilium convocavit: ubi in libello ab EUSEBIO Doryleenſi oblato, blaſphemiæ EUTYCHIS prolatæ, atque ad examen propoſitæ ſunt; iſque publice errorum convictus, damnationem juſtam ſubiit. *An.* 448.

Quoniam vero ſententiæ huic EUTYCHES non detulit, atque ad papam, conciliumque œcumenicum provocavit, imperator Epheſum epiſcopos convocavit, contra mentem S. LEONIS papæ, qui nihilominus legatos ſuos miſit, haud gravate in propria perſona adfuturus, ſi hujus rei præceſſiſſet aliquod exemplum, ut ejus nomine legati ſunt conteſtati.

*T. IV. conc. p.* 122.

At DIOSCORUS Alexandrinus omnia ibi per abſolutam uſurpavit poteſtatem. EUTYCHES præſens non ſolum contra priorem ſententiam, in concilio Cpoli latam, excepit; ſed etiam acta illius concilii corrupta dixit, ut

S. FLA-

S. FLAVIANO invidiam conflaret. Legati S. LEONIS fuerunt suspecti redditi, ac rejecti, quod apud S. FLAVIANUM divertissent. Nec obtineri potuit a DIOSCORO, ut S. LEONIS epistola legeretur. EUTYCHES absolutus est, atque contra S. FLAVIANUM sententia prolata, omnibus præsulibus fraude & violentia DIOSCORI abductis, solis legatis pontificiis exceptis. S. FLAVIANUS ita male est exceptus, ut paucis post diebus mortuus fuerit. THEODORETUS, ac IBAS depositi sunt, nec non DOMNUS Antiochenus; licet etiam absolutioni EUTYCHIS consenserit.

Rebus ita perturbatis solum in Romana sede, ac concilio œcumenico fuit præsidium, quod Chalcedonas sub initium imperii MARCIANI convocatum fuit. Ubi acta omnia Ephesi rescissa, DIOSCORUS depositus, contra EUTYCHEN fides catholica juxta præscriptum præclaræ epistolæ S. LEONIS stabilita, S. FLAVIANI memoria restaurata, episcopi restituti, pluresque canones sunt editi. Inter quos vigesimus octavus de prærogativa sedis Cpolitanæ deinceps controversiam movit, atque a S. LEONE rejectus est. Id quod de fide, & contra hæreticos saltem statutum est, a tota ecclesia receptum, conciliumque hoc semper sanctissimum est habitum.

## §. LXXXV.

Ubique in ecclesia particularibus in conciliis res sacra est constituta, hæreses damnatæ, dogmata catholica definita, ordo, & disciplina ecclesiæ canonibus plurimis stabilita. Concilia particularia celebria.

Principio hujus sæculi, cum res ecclesiæ Africanæ maxime florerent, ad reuniendos, aut coercendos Donatistas, magnus numerus conciliorum fuit habitus. In quibusdam hæresis Pelagiana primum fuit damnata: in Carthaginensi VII. & VIII. de appellationibus ad Romanam sedem est actum. In vicina Hispania ad relationem S. LEONIS de Manichæis, & Priscillianistis TURIBIUS concilia congregavit. Fuitque hoc sæculo primum Toletanum celebratum, quod deinceps alia celeberrima sunt consecuta.

An. 405.

In Galliis variis in conciliis Arelatensibus, Regiensi, Arausiacensi, Vasionensi, Andegavensi, Turonensi, Venetensi, Viennensi (ubi rogationes institutæ) Cabilonensi, Bituricensi, Lugdunensi, varia disciplinæ, ac ordinis ecclesiastici capita sunt transacta, ac insignes editi canones: epistola LEONIS ad FLAVIANUM, qua mysterium Incarnationis explicatur, ingentibus encomiis est excepta.

Ob Pelagianos Angliam corrumpentes, concilii decreto SS. GERMANUS, & LUPUS in Angliam sunt missi. S. PATRITII Hibernorum apostoli circumferuntur duo concilia, quorum prius majori probabilitate, quam alterum, ei adscribitur, continetque varios pro disciplina canones. In oriente, ac Romæ ob diversas hæreses complura sunt habita concilia, quorum partim jam meminimus, omnia autem recensere longum foret. Inter Romana frequentia hoc sæculo in omni genere rerum ecclesiasticarum, illud singulariter commemorem,

An. 494. quod sub finem hujus sæculi GELASIUS habuit, atque catalogum edidit librorum sacrorum, conciliorum, scriptorum ecclesiasticorum, quæ recipit, aut rejicit ecclesia Romana;

mana;

mana; sed non est incorruptus omnino, sine additionibus, ad nos delatus.

## §. LXXXVI.

Inter doctores sæculi quinti primum locum damus S. Jo. CHRYSOSTOMO, sic dicto, ob sacram eloquentiam, qua in prædicando verbo divino eminuit; ob zelum pastoralem etiam nomen confessoris, in exilio mortuus, meruit. Causam ejus inter alios egit GAUDENTIUS Brixiensis, insignis & ipse doctor ecclesiæ. Doctores, imprimis S. CHRYSOSTOMUS & GAUDENTIUS Brixiensis.

Admirationi, & stupori omnibus fuit S. JO. CHRYSOSTOMUS, *os aureum*, ob eloquentiam, quam omnium optime impendit, in sacra doctrina fidelibus exponenda, Antiochiæ primum, cujus ecclesiæ presbyter fuit, & Cpoli postea episcopus. Sermones illius perpetuus, ac integer sacræ scripturæ commentarius longe diffusissimus jure habentur. Semper autem in tractationes de moribus, & officiis christianis excurrit, præsertim de misericordia nostra in pauperes, ac DEI erga nos, instructioni, ac utilitati audientium intentus, ut ad pœnitentiam, & contritionem, exemplo JO. BAPTISTÆ, commoveret.

Jure CHRYSOSTOMI nomen commeruit. A scriptoribus coævis ei tamen non legitur, nec ab ipso PALLADIO datum. Nihilominus adhuc sæculo isto in concilio Chalcedonensi, & a THEODORETO sic nomina-

tur. Passim etiam ab EPHREM Antiocheno os aureum ecclesiæ vocatur.

Vita verbis conveniebat, & tamen invidiam non effugit, ac calumnias; quam sibi conflavit severitate disciplinæ, ac zelo, quo in vitia omnis generis hominum, præsertim in regia urbe Cpoli, invehebatur, primævam christianismi puritatem deperditam detestans, etiam in illis, qui evangelii vigorem sustinere debuerant, monachis, & clericis: quos libere increpando, & coercendo in se concitavit. Accessit imperatricis EUDOXIÆ ira, publicas vitiorum reprehensiones non ferentis, quorum se ream conscientia accusabat.

THEOPHILI inolitum odium magis inflammavit, monachorum AMONIS &c. (quos fratres magnos vocabant) causa, ad sanctum nostrum delata. Hi Origenismi accusati, eandem suspicionem de S. CHRYSOSTOMO ingerebant, ipsi S. EPIPHANIO. At dum se purgant, & THEOPHILUM accusant, S. CHRYSOSTOMUS vero modestiæ causa judicium refugit in THEOPHILUM exercere, THEOPHILUS in nostrum insurgit, fretus EUDOXIÆ auxilio, & episcoporum, quos secum ex Ægypto adduxerat. In conciliabulo *ad Quercum* pluribus in medium allatis calumniis, dum hostes judices suscipere CHRYSOSTOMUS recusat, inauditus damnatur, & in exilium mittitur, imperatore in ipsum veluti reum læsæ majestatis concitato.

At statim revocatus, & sedi suæ restitutus cum esset, vel hinc persequendi virum sanctum THEOPHILUS novam occasionem sumsit ex canone Antiocheno, quem Ariani olim contra S. ATHANASIUM fece-

fecerant; ut si quis depositus suapte, aut principis auctoritate in sedem suam rediret, absque spe illam recuperandi maneret. Itaque novæ contra eum machinationes fiunt. Eudoxia, quæ eum antea divinis portentis territa revocaverat, magis indignata furebat, ob spectacula ad statuam illius prope ecclesiam habita, in quæ S. Chrysostomus invehebatur.

SOCRATES, & SOZOMENUS addunt indignationis causam, sermonem in Eudoxiam habitum hoc exordio: *Jam iterum furit Herodias*, hodieque extat talis inter opera S. Chrysostomi, sed ejus nomine plane indignus.

Quidquid autem sit, ipse imperator se a communione S. Chrysostomi abstinuit, atque a sacris functionibus amotum voluit: quas dum ille prosequitur, armata militum manus irrumpit in ecclesiam ipsa paschatis nocte, tanta violentia, ut etiam sacra symbola effunderentur. Ita S. Chrysostomus rem ad INNOCENTIUM papam perscribit, & historici omnes libros implent recensione malorum, quæ non solum ipse S. Chrysostomus, sed & omnes, qui ei conjuncti manebant, perferre debuerant, etiam postquam urbe jam excesserat, in exilium pulsus, atque in eo, ærumnis confectus, diem supremum sanctissime obiens, inter divinas laudes.

Nihil unquam in ipso exilio usque ad extremum spiritum remisit de zelo pastorali. Litteris egit, quod sermonibus non amplius potuit non solum apud suam ecclesiam Constantinopolitanam; sed alibi etiam apud barbaras nationes, christiana religione imbuendas.

das. In quibus omnibus idem sibi sim[illegible] evangelicus vigor deprehenditur pro divi[illegible] gloria, & salute hominum fidelium, & in[illegible] delium, orthodoxorum, & hæreticorum.

His rectam in viam [deducendis, atque [illegible] deviis revocandis, totis viribus laboravit in hæreticos, & infideles pariter vehemen[illegible] quam in fidelium vitia, suis in sermonibus. Non eas solum ex instituto hæreses refutavit quæ suis temporibus ecclesiam infestabant Ari[illegible] norum, & Apollinaristarum; verum etiam re[illegible] liquias veterum Valentinianorum, Marcio[illegible] tarum, Manichæorum funditus extirpare ala[illegible] boravit.

Contra Manichæos dum pro libertate arbi[illegible] trii, bonitate naturæ, conditorisque natura agit, antequam PELAGII error, ex ad[illegible] verso positus, invaluerat, jam olim Pelagia[illegible] ni ex eo potrocinium erroris quærebant, a S. AUGUSTINO non semel vindicata do[illegible] ctrinæ illius puritate. Idem accidit quodam loco commentarii in epistolam ad Hebræos, quoad Nestorianismum postea exortum. Dum enim totus est ad divinitatem Verbi, veritatemque Incarnationis demonstrandam contra Judæos, Samosatenianos, Sabellianos, Arianos, debuitque distinctionem personarum in divinis, ac naturarum in CHRISTO insigniter notare, hinc paulum in contrariam partem deflectit.

*Hom. 3. in epist. ad Hebr.*

A S. CHRYSOSTOMO sejungi non debet S. GAUDENTIUS Brixiensis, qui legatione in orientem in causa ejus confessoris sibi nomen commeruit, scriptis etiam fuit illustris, licet pauca nobis reliquerit: quia ex modestia præstantem doctrinam, qua populum sibi concreditum erudiebat, litteris consignare renuit.

Quæ

Quæ tamen ſuperſunt in bibliothecis patrum, & nuperrime edita ſunt ſeparatim, inſignia ſunt, & maxime dogmatica, præſertim circa Euchariſtiam, qua in materia cum S. CHRYSOSTOMO, doctore euchariſtico, parem laudem meretur.

## §. LXXXVII.

S. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS eruditionem omnem, ſacram præprimis, exhauſit, ob indefeſſum ſtudium haud ſecus ac ORIGENES Adamantinus dicendus: orthodoxiæ laude ORIGENE multo felicior, cujus cauſa gravis ipſi cum RUFINO docto illius ſæculi viro interceſſit controverſia.

S. HIERONYMUS undique terrarum ſacram corraſit eruditionem. Orientem, occidentemque peragratus, ubi potuit, collegit codices eccleſiaſticos, poſtquam prima ætate litterarum principia hauſerat. Non Brittanniam ſolum, & Gallias adiit, ſed Germaniam etiam, unde poſtea a SUNNIA, & FRETELLA per litteras in dubiis conſultus fuit. Treviris diutius commoratus videtur, de regionis enim illius lingua, ut illius gnarus, loquitur. Degit autem in aula VALENTINIANI aliquamdiu. In orientem delatus optimos artium magiſtros audivit, in theologia DIDYMUM, S. GREGORIUM NAZIANZ. jam ſacris ſtudiis penitus addictus, miſſis profanis, ſomnio deterritus. Cujus rei cauſa ei objicit RUFINUS, quod juramentum violaverit a ſe factum ab-

ſtinendi

ſtinendi a profanis ſtudiis , cum ſcripta ejus etiam poſteriora magnam earum litterarum copiam oſtentent: ob id pariter a MAGNO quodam in quæſtionem vocatus eſt.

In oriente ob ſchiſma Meletianum, ac vocem *hypoſtaſis* primum moleſtias ſenſit, dum alii trium alii unius in Trinitate hypoſtaſis profeſſionem ab eo flagitarent; prout tum erant non orientem tantum, & occidentem inter, ſed etiam Antiochiæ, PAULINUM, MELETIUM, & VITALEM diſcerpentes, lites de nomine. Qua in re S. HIERONYMUS DAMASUM papam conſulendum duxit.

Eidem DAMASO poſtea ab epiſtolis fuit in ſummis cauſis religionis, quæ ſemper Romam undique terrarum deferebantur. Ipſe RUFINUS videtur innuere in apologia pro ORIGENE, calamum ſuum accommodaſſe S. HIERONYMUM profeſſioni fidei contra Apollinariſtas factæ Romæ ſub DAMASO. Iterum in orientem redux S. DAMASUS litteris eum ſæpe conſuluit cum aliis in difficillimis quæſtionibus, præſertim in ſacris ſcripturis, in quarum explicatione aliis præſtabat ob locorum, linguarum, aliorumque ſubſidiorum hermeneuticorum ſingularem cognitionem.

Ipſe fatetur, quod Romæ tantam exiſtimationem ſibi pepererit, ut dignus ſummo ſacerdotio haberetur ab omnibus, antequam familiaritatem cum S. PAULA contraxerit. Omnibus enim ſe debitorem exiſtimavit, devotis etiam fœminis, quas erudiebat, & ad pietatem formabat. Qua re calumniandi occaſionem præbuit, Romæ præſertim. Videtur hæc cauſa non poſtrema fuiſſe, cur iterum orientem peteret.

*Epiſt. ad Aſellam.*

At

At novis in oriente iterum molestiis implicitus fuit. Cum enim maximus esset ORIGENIS cultor, primaque scripta ab erroribus, ac opinionibus quibusdam ORIGENI singularibus non procul abeant, publice in conventu ecclesiæ ibi unacum JOANNE episcopo, & RUFINO veteri amico ab ATERBIO monacho Origenianismi petitus est. Quam maculam abstersurus, professionem fidei in proximo conventu edidit, absque conscientia JOANNIS, & RUFINI, ipsisque ægre id ferentibus. Subveniente postea Hierosolymam S. EPIPHANIO, ob eandem controversiam dissentiente a JOANNE, S. HIERONYMUS S. EPIPHANII, RUFINUS autem JOANNIS defensionem suscepit. Nec reconciliatio postea facta firma fuit inter S. HIERONYMUM, & RUFINUM.

Novæ simultates supervenerunt ob versionem librorum ORIGENIS de principiis, & apologiæ PAMPHILI pro ORIGENE, quas factas infideliter a RUFINO causabatur S. HIERONYMUS, ORIGENIS hostis apertus jam factus. Delatus RUFINUS apud ANASTASIUM papam atque hæresis postulatus, apologia, & professione fidei se apud ANASTASIUM purgare studuit, ubi errores ORIGENI imputati, damnabantur: de Trinitate, Incarnatione, resurrectione carnis, judicio extremo, æternitate pœnarum, origine animarum. Contra autem S. HIERONYMUM reum egit RUFINUS errorum ORIGENI imputatorum, eumque dure excepit, id haud minus a S. HIERONYMO passus.

S. HIERONYMUS cum esset fervidi ingenii, hostes quosque acriter stringebat, non

adver-

adverſarios fidei tantum VIGILANTIUM, HELVIDIUM, quos ſolus proſtravit, ſed alios quosvis etiam amicos. Id expertus eſt ipſe S. AUGUSTINUS, in controverſia de ſimulatione PETRI, & PAULI, licet poſtea in ſententiam S. AUGUSTINI conceſſerit doctor noſter. Cum ante S. AUGUSTINUM Pelagianos proſtraverit, hinc ab eo conſultus eſt per OROSIUM de origine animæ: quomodo nimirum ſententia ejus de creatione animarum ſingularum, cum doctrina de peccato originali poſſit combinari. Ut autem ſcriptis in hæreticos acris fuit S. HIERONYMUS, ita ab illis multa eſt perpeſſus præſertim a Pelagianis ejus monaſterium invadentibus, unde & confeſſoris nomen commeruit.

## §. LXXXVIII.

S. AUGUSTINUS doctor gratiæ.

S. AUGUSTINUS, rationem primum fidei ſubdere neſciens, in Manichæorum hæreſin incidit; divina autem gratia ereptus, fidem præ aliis omnibus illuſtravit, eſtque ſidus eccleſiæ lucidiſſimum.

S. AUGUSTINUS adhuc catechumenus in catholica eccleſia, dum DEUM nonniſi corporeis ſenſibus ſibi repræſentare valet, atque in origine mali inquirenda defatigatur, in Manichæiſmum incidit, qui DEUM ceu lucem ſibi imaginantur, malumque ſtatuunt ceu reale principium, ac æternum DEO oppoſitum. Tantum autem inter audientes, nondum inter electos Manichæorum computabatur. Intererat eorum precibus, quibus nihil

nihil mali inesse deprehendebat, præterquam quod ad solem se vertere continuo solerent. Quod Eucharistiam reciperent, audierat quidem; quid autem esset, nesciebat. Id tantum de electis Manichæorum dicit, se nullum eorum agnovisse, qui non aliquo in scelere deprehensus esset. *De moribus Manich. c. 19.*

Postea autem delusum se sentiens, vana promissæ scientiæ spe, non statim ad agnitionem veritatis pertigit, ad incertitudinem academicorum deflectens. Adhuc corporali conceptu divinitatis tenebatur, quem fontem errorum suorum agnoscit, ac desperabat in ecclesia catholica ad veritatem se pertingere posse. *Conf. L. V. c. 10.* Paulatim tamen Mediolani sermonibus S. AMBROSII erroribus liberatum se sensit, quamvis curiositate magis, quomodo, quam quid diceret, attendebat. *Ib. c. 14.* Intellexit tamen paulatim impossibile haud esse, ut calumniis Manichæorum responderetur, quibus partem scripturæ incessebant. Quamvis DEUM necdum, nisi corporali modo, concipere posset; agnoscit tamen paulatim corruptionis omnis, ac mutationis eum expertem esse debere, ac miseros esse Manichæos, qui divinam substantiam malo obnoxiam sibi persuadebant. Adhuc autem causa mali eum perplexum tenebat, quomodo homo creatus a summo bono mali, & peccati capax esset, undenam mala veniret voluntas.

Scripturæ sacræ studio sese addicens, maxime delectabatur epistolis D. PAULI. Ad quam lectionem semel divina voce incitatus, subito mutatus, deinceps docillimus fuit, fidem præscientia eligens, atque satis agnoscens, solam libertatem arbitrii nostri esse, unde mala omnia sint.

Attamen adhuc in errore quodam versabatur, quem postea agnovit, & in semi-Pelagianis damnavit: quasi fides ex homine esset, ut, dum ei verbum divinum prædicatur, penes eum sit credere, vel non credere. Agnoscit hoc in libro de prædestinatione: & in suis retractationibus hic solum error est, quem retractare potuit, *retractationisque* vox in S. AUGUSTINO recognitionem significat. Agnovit, homini in nullo gloriandum esse juxta apostolum: *Quid habes, quod non accepisti? Quo præcipue testimonio*, inquit, *etiam ipse convictus sum, cum similiter errarem, putans, fidem, qua in DEUM credimus, non esse donum DEI, sed a nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare DEI dona, quibus temperanter, & juste, & pie vivamus in hoc sæculo.*

*De præ-dest. sanct. c. 3.*

Optat illis, qui eodem errore detinebantur adhuc, quo ipse antea, eundem profectum, quo sane doctor gratiæ maximus evasit. *De arbitrio libero, & gratia DEI*, inquit HORMISDAS, *quid Romana, hoc est, catholica sequatur, & asseveret ecclesia, licet in variis libris beati AUGUSTINI, & maxime ad HILARIUM, & PROSPERUM possit agnosci &c.* Eadem omnibus temporibus non catholicorum tantum, sed etiam hæreticorum fuit sententia.

*Epist. ad possessorem.*

Sed multi ejus doctrina sunt abusi. Alii, illo adhuc vivente, sunt offensi: qui ita ab eo gratiam doceri existimarunt, ut liberum arbitrium destruat, ut superius diximus. Sed nihil hic sibi retractandum duxit, constanter veritati semel agnitæ insistens, eique immortuus, opus contra JULIANUM Pelagianum imperfectum reliquit.

De

De aliis ejus præclare in ecclesiam gestis, infinitum esset disserere, & vel catalogum texere operum, nimis longum foret. Præter genuina sua scripta multa ei falso sunt adscripta, quæ sagaci crisi indagarunt, ac in appendices rejecerunt patres congregationis S. MAURI. Quorum editio tamen invido dente est impetita sub ficto abbatis germani nomine, quasi immutationes quasdam non ingenue fecissent, sed auctores ejus probe se defenderunt.

## §. LXXXIX.

Doctrinæ S. AUGUSTINI de gra-a, & prædestinatione magni nomi-is viri contradixerunt; alii eam renue defenderunt, fueruntque lerique scriptores ecclesiastici in ccidente huic controversiæ impli-iti.

Cujus doctrinam alii defenderunt, alii aversati sunt.

PAULUS OROSIUS edidit historiam ex consilio S AUGUSTINI ad confundendos Paganos, christianis imputantes mala, & calamitates eorum temporum. Idem OROSIUS zelo, quo se Pelagianæ heresi opposuit, inclaruit. Is ex Hispania in Africam S. AUGUSTINUM consultandi causa venit, ob duas hæreses Priscillianistarum, & Origenistarum, contra quas extat inter opera S. AUGUSTINI liber ad hunc OROSIUM. Eum S. AUGUSTINUS in Palæstinam misit, consultandi S. HIERONYMUM causa, præsertim ob quæstionem de origine animæ, cum controversia de gratia nexam. Ibi collationi

T. II. p. 642.

cum PELAGIO interfuit, seseque erroribus illius opposuit solus fere.

Ea occasione a JOANNE Hierosolymitano blasphemiæ perperam fuit accusatus, quod dixisset, hominem etiam cum gratia sine peccato esse non posse. Excusavit se tunc linguæ diversitate, quod latine loquentem se græci prave intellexerint; postea apologiam edidit, ubi simul hæresin Pelagianam refutavit, auctoritate præsertim priorum sanctorum doctorum.

Alter, qui doctrinam S. Augustini de gratia strenue defendit, S. PROSPER fuit, de quo, cujus vitæ generis fuerit, ignoratur. Ex confessione ejus nomine a SIRMONDO edita constat, eum quidem in infantia baptizatum fuisse, sed gratiam illam integram non servasse, vitiis immersum. Unde postea ereptus, haud secus ac S. Augustinus, vim gratiæ optime sensit, S. Augustini conversionem pariter, & doctrinam secutus, quam defendit *contra ingratos*, qui in negotio salutis elati aliquid sibi adscriberent. In hunc finem hocque titulo insigne carmen scripsit. Contra collatorem de gratia DEI, & libero arbitrio scribens, non solum CASSIANUM impugnare intendit, sed alios non paucos, qui gratiam DEI participantes, & in ecclesia perseverantes, ejus tamen virtutem, non ut debuerant, agnoscebant. Quales tunc non pauci, nec incelebres viri in Gallia erant.

*T. XV. Bibl. PP.*

Ex his sibi CASSIANUM eorum facile principem aggrediendum duxit, qui, inter celebratissimas alias collationes decima tertia, in doctrina de gratia nec secum, nec cum doctrina ecclesiæ satis conveniebat. S. Prosper ejus sententiam ordinate in duodecim propositiones divisit, & quod erroneum visum fuit, refuta-

futavit. Est hic CASSIANUS celeberrimus ille monachus, qui, licet in Galliis natus videatur, diu tamen in oriente inter Anachoretas vixit, a S. CHRYSOSTOMO Cpoli diaconus factus. Postea in occidentem rediens, Romæ creditur presbyter creatus, a S. LEONE etiam ad NESTORII hæresin impugnandam instigatus, in Galliis monastico instituto maximum florem addidit, quidquid boni in oriente inter monachos vidit, consectatus, ac litteris etiam consignans, unde collationes ejus prodierunt. In quibus insignia documenta, ac illustrissima virtutum exempla extant; quædam autem (quæ tamen sicut alia etiam alieno nomine dialogi more profert) offensioni esse possunt: ut quæ de mendacio officioso sub nomine ARCHEBII dicit: præsertim autem, quæ collatione decima tertia de gratia, & libero arbitrio. QUEREMONTIUM abbatem loquentem inducit. Sicut probe agnoscit PROSPER, sibi ipsi non constat: dicit enim non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex DEO esse principium, qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspiret; postea autem in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis agnoscit, quem cum viderit DEUS, confestim eam confortet, & incitet ad salutem, incrementum ei tribuens, quam vel ipse plantaverit, vel nostro conatu viderit emersisse. Libero arbitrio in negotio salutis nimium tribuit, nec satis corruptæ naturæ nostræ statum agnoscit, naturæ ipsi enitendi quandam vim attribuens. Quod tamen postea iterum retractare videtur, & nunc nobis, nunc DEO, quod suum est in operanda salute nostra, tribuens.

*Cass. coll. XIII. c. 3*

*Ib. c. 8.*

Quare semper pro catholico fuit agnitus,

illiusque collationes magni habitæ, a SS. BENEDICTO & DOMINICO suis magnopere commendatæ. Sunt tamen, qui putent, hos sanctissimos vitæ religiosæ institutores commendasse collationes CASSIANI, prout repurgatæ fuerunt a non paucis, & contractæ a S. EUCHERIO, qui ipsi auctor fuit earum conscribendarum. Prologus tamen regulæ S. BENEDICTI, non procul ab initio, aliud videtur innuere.

Alii etiam fuerunt, qui hoc tempore in Galliis, & alibi circa doctrinam de gratia non satis accurate, & ad mentem S. AUGUSTINI senserunt. S. AUGUSTINO, certamini de gratia immortuo, PROSPER succedens, contra articulos Gallorum scripsit, qui objectiones continebant, præsertim contra librum S. AUGUSTINI de prædestinatione sanctorum. Item respondit ad quæstiones VINCENTII, & presbyterorum Genuensium.

Sunt, qui putant, esse hunc ipsum VINCENTIUM monachum Lirinensem (qui scripsit duo insignia monitoria contra hæreses, quorum alterum hodieque superest) sed sine sufficienti ratione. Multo minus adhuc idem VINCENTIUS Lirinensis auctor libri, *Prædestinatus* inscripti, haberi debet. Forte auctor objectionum Vincentianarum idem sit cum auctore *Prædestinatus*: si ad quintum sæculum referendus videatur, cum plures tunc fuerint VINCENTII, plures a principiis semi-Pelagianis non satis alieni.

Ob unam vero, alteramve sententiam non statim sint damnandi doctores alias insignes: e. g. dum SALVIANUS, qui JEREMIAS sui temporis fuit, quia corruptionem

morum

morum acriter perſtrinxit, quodam loco, aliud agendo, concupiſcentiam tantum lege poſitiva prohibitam eſſe dicit. S. VALERIANUS (cujus opus, viginti ſermonibus conſtans, *de bono diſciplinæ*, SIRMONDUS nobis dedit) licet doctrinam de gratia ſæpius afferat, quædam tamen, quæ ab errore ſemi-Pelagianorum non prorſus abhorrent, habet. S. HILARIUS Arelatenſis in eandem partem paululum declinavit quoad prædeſtinationem, in cæteris tamen doctrinæ S. AUGUSTINI conſentiebat, propoſitumque habuit, ſanctum doctorem conſulendi, ut S. PROSPER in epiſtola ad S. AUGUSTINUM refert. *T. I. op. p. 614.*

Omnium in hac re minime excuſandus eſt FAUSTUS Regienſis, in aliis etiam capitibus non ſatis orthodoxus, quem inter alios MAMERTUS CLAUDIANUS refutavit, cum videretur aſſerere, CHRISTUM in divinitate ipſa paſſum eſſe, ſolumque DEUM eſſe incorporeum, quod multis rationibus probare nitebatur, quas ſub examen vocat CLAUDIANUS. Circa gratiam creditur venenum hauſiſſe a JULIANO Pelagiano, apud FAUSTUM aliquamdiu commorante, dum eſſet Italia pulſus. Occaſio autem eam materiam tractandi fuit LUCIDIUS presbyter, qui temere accuſabatur, poſſe aliquem ſola gratiæ virtute ſine ſua cooperatione eſſe ſalvum. Multi LUCIDIUM excuſant; FAUSTUS autem a ſemi-Pelagianiſmo excuſari nequit, ejusque doctrina etiam in oriente turbas excitavit.

Qua in re POSSESSORIS Africæ epiſcopi, tunc Cpoli præſentis, conſilium ſecuti monachi Scythæ, in Africam conſultum miſerunt: ubi S. FULGENTIUM FAUSTI

doctrinam refutasse auctor vitæ illius asserit apud BOLLANDUM. Ibidem antea S. EVODIUS episcopus Uzalensis consultus a monachis Adrumetinis, doctrina S. AUGUSTINI offensis, eos errorem dedocere studuit.

*Boll. 1. Jan. p. 43.*

S. PAULINUS, ad quem aliquando PELAGIUS epistolam scripsit, videtur etiam alicubi initium bonæ voluntatis homini adscribere. Eum tamen S. AUGUSTINUS defensorem doctrinæ veræ de gratia deprædicat, scriptaque quædam mittit contra PELAGIUM a se edita.

*S. Paulin. epist. 5. & carm. 12.*

## §. XC.

Studia doctorum circa Incarnationem.

In oriente pastores, scriptoresque ecclesiastici adversis inter se studiis detinebantur ob varias ibi ortas hæreses: erant tamen etiam in occidente, qui sese opponerent, præsertim summi pontifices COELESTINUS, & LEO, qui aliis etiam scriptis, sermonibusque illustris est.

THEODORUS *Mopsuestenus* flabellum discordiarum hoc sæculo recte habetur in ecclesia. Creditur is ipse fuisse familiaritate S. CHRYSOTOMI notus, ad quem lapsum, celebrem scripsit epistolam. Zelum suum contra varias hæreses, præsertim Appollinaristarum pluribus scriptis ostendens, ipse non unius hæresis auctor habetur, ut jam ex superioribus clarescit.

Quæritur tamen, quod hæretici, præsertim Apollinaristæ, suis libris, quos contra eos scripsit,

*Apud Facund. L. X. c. 1.*

psit, plura addiderint, quibus duo in CHRISTO Filii statuerentur. Quod ad eum excusandum non parum valere potuisset, si postea in vivis, dum Nestoriana hæresis surrexit, rem veram demonstrare potuisset. Contra peccatum originale aperte scripsit ARAM impugnans, quem PHOTIUS singularem auctorem fuisse persuasus fuit, jam autem convenit inter omnes, eo nomine, S. HIERONYMUM indigitasse THEODORUM. De aliis accusationum capitibus circa divinas scripturas JOB, Canticum, Paralipomena, ESDRAM, quas rejiciebat, quæque alia perverse docebat, opus non est pluribus disserere, cum ejus scripta fere deperdita sint.

Plures discipulos post se reliquit, inter quos etiam THEODORETUS fuit, qui erga illum, & DIODORUM Tarsensem, iisdem studiis THEODORO conjunctissimum, semper ingentem existimationem fovit: dumque S. CYRILLUS contra THEODORUM Mopsuestenum scriberet, THEODORETUS ejus nomen vindicandum duxit, quamvis jam pacem cum S. CYRILLO inierit. Nec dubitare licet, magnam hanc de THEODORO existimationem plerarumque molestiarum THEODORETI fuisse causam, atque famæ illius plurimum detrahere.

Fuerat THEODORETUS non solum singulari DEI gratia in hanc vitam natus, verum etiam inter monachos optimis studiis educatus, DEOque ab infantia consecratus. Episcopus Cyri factus, hæreticos plurimos convertit, diœcesin suam amplissimam penitus repurgans ab hæretica pravitate; sed se postea NESTORIO nimium addictum monstravit, non solum in concilio Ephesino, ut

narravimus, ſed poſtea etiam S. CYRILLO totis viribus adverſatus. Et quando etiam ſemel agnovit orthodoxiam CYRILLI, nondum ſtatim tamen induci potuit, ut NESTORII perſonam deſereret, aut anathematiſmos CYRILLI ſuſciperet, quos ſcriptis impugnavit. Eam ob rem a DIOSCORO depoſitus eſt. Dumque hæreſin Eutychianam fortiter impugnat, multos ſibi infenſos reddidit. Qui facile eum potuerunt ſuſpectum reddere Neſtorianiſmi, ob favorem NESTORIO impenſum: quam ob rem imperatoris etiam iram ſuſtinere debuit, qui judicium pſeudo-ſynodi Epheſinæ, contra eum effectum ivit. Tandem apud Romanam ſedem tutelam invenit, reſtitutus dignitati priſtinæ, & a concilio Chalcedonenſi plene abſolutus.

Scriptis ſuis optime de eccleſia meritus eſt in ſcripturam ſacram, ſacra hiſtoria, & contra hæreticos: nec aliquid ei vitio dari poteſt, præterquam quæ contra S. CYRILLUM pro NESTORIO geſſit. Quam ob rem cum THEODORO, & IBÆ epiſtola ad PERSAM (quocum communia ſemper geſſit conſilia, habuitque facta) inter tria famoſa capitula, THEODORETI etiam jam mortui, contra S. CYRILLUM ſcripta fuerunt damnata.

Plures alii fuerunt NESTORII fautores, inter quos celebriores ſunt ACACIUS Bereenſis, PAULUS Amaſeenſis &c. quorum litteræ in actis conciliorum, & partim in operibus S. CYRILLI extant, ex quibus conſtat, qua ratione tandem pax cum S. CYRILLO inita coaluerit.

S. CYRILLUS divino conſilio contra NESTORIUM datus jure habetur, ſicuti S. AUGUSTINUS contra Pelagianos. Quam pri-

primum NESTORIUM nova moliri intellexit, mox ei se opposuit, primum litteris dehortando, postea scriptis refutando NESTORII sermones, veneno hæreseos infectos. Diu THEODOSIUM imperatorem infensum habuit, apud quem, veluti ambitiosus, dominatum Ægypti ambiens, delatus fuerat. Anathematismi duodecim, quos contra NESTORIUM fecit, multas ei molestias crearunt. Quos licet dimittendos nunquam duxerit, pacis tamen studio eos explicare, & emollire quantum potuit, studuit, & cum orientalibus reconciliandis tanto studio egit, ut S. ISIDORUS *Pelusiota*, celebris abbas, cujus plura extant epistolarum volumina, eum monendum existimaverit, ne nimium remitteret; sed sine alicujus lucri terreni spe, aut metu damni, inconcussus, ac firmus stet, nihil variatus.

S. CYRILLI alia etiam sunt scripta præclara in sacram scripturam, sermones insignes, in quibus se devotum erga matrem DEI non minus ostendit, quam causam ejus contra NESTORIUM agendo. Litteræ ipsius magnam partem Nestorianismum concernunt. Integros tamen etiam libros tam contra NESTORIUM, quam ad explicandos, defendendosque suos anathematismos scripsit. Edidit præterea illustre contra JULIANUM apostatam opus.

Singulare etiam pro defendenda catholica veritate contra NESTORIUM fuit S. PROCLI Constantinopolitani episcopi studium. Consultus is ab episcopis Armeniæ, præsertim circa THEODORUM Mopsuestenum, cujus defensionem episcopi Siciliæ susceperant, scripsit epistolam, quæ omnium catholicorum calculo probata, dogma Incarnationis optime

explica-

explicabat. Eam in orientem ſubſcribendam miſerat, unacum propoſitionibus damnandis, quas excerpſerat ex THEODORO. Prius quidem facile obtinuit, at non poſterius: nec induci potuerunt orientales ad damnandam ſaltem perſonam THEODORI.

MARIUS MERCATOR etiam nominandus eſt inter ſtrenuos fidei defenſores contra NESTORIUM non minus, quam PELAGIUM. Cujus ſcripta recens edita multam lucem antiquitati eccleſiaſticæ attulerunt.

VIGILIUS TAPSENSIS in Africa epiſcopus contra Eutychianos ex inſtituto ſcripſit.

PETRUS CHRYSOLOGUS ante hæreſin Eutychianam quædam dixit, quæ ei favere poſſe viderentur; poſtea autem non ſolum correxit, verum etiam ſtudioſe refutavit, atque EUTYCHI fruſtra auctor fuit, ut ſe eccleſiæ judicio ſubderet.

S. NILI aſcetica quidem potius, quam dogmatica ſunt ſcripta; nihilominus pleraque catholica dogmata breviter ſaltem hinc inde explicata, & aſſerta dat.

## §. XCI.

*Scriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ.*

Prætereundi non ſunt illuſtres, ſi unquam alias, hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptores, licet dogmata chriſtiana minus curarint, & quædam etiam cavenda in nonnullis ſint.

Præter RUFINUM, HIERONYMUM, PROSPERUM, THEODORETUM commemorandi ſunt HESYCHIUS,

CHIUS, VICTOR Uticensis, qui de persecutione Vandalica in Africa scripsit; PHILOSTORGUS, qui tamen studiose patrocinium hæresis Arianæ suscepit. SOCRATES, & SOZOMENUS in historia dogmatica non satis accurati semper, & ambo Novatianismi suspectos se reddiderunt, quod in eorum favorem multa referant. SULPITIUS SEVERUS litteris, & paribus studiis pietatis cum S. PAULINO, amicitia cum S. MARTINO conjunctissimus, cujus vitam, & miracula conscripsit, præter historiam inde ab origine mundi summopere commendandam. A Pelagianis aliquamdiu in præceps actus se recollegit, ac ad silentium se ipsum damnavit.

Celebres etiam fuerunt poetæ christiani præter jam laudatum PAULINUM, PRUDENTIUS, & SEDULIUS, qui nec ipsi penitus ab instituto nostro abeunt.

## §. XCII.

Ad hæc tempora plerumque jam scripta DIONYSII referuntur, quæ vulgo *Areopagitæ*, qui a D. PAULO in actis ad fidem conversus legitur, tribuuntur. Auctor certus ignoratur; non desunt, qui SYNESIUM esse putent Ptolemaidis episcopum hoc tempore celebrem. Scripta DIONYSII vulgo Areopagitæ ad hæc tempora referenda.

Controversia de scriptis Areopagiticis passim disceptata est ab eruditis in utramque partem: scripta ea ante sæculum sextum nullibi citata habentur, nec in catalogis scriptorum ecclesiasticorum referuntur, aut ullibi laudan-

tur,

tur, nisi primum a Severianis sæculo sexto. Statim tunc contra ea dubium est motum, hodieque multa contra excipiuntur, ac tanta, ut jam plerique DIONYSII *Areopagitæ* ea negent, ipsi Galli, quibus gloriæ maxime cederet, talem habuisse apostolum. Distinguunt lubentes DIONYSIUM suum *Parisiensem* ab *Areopagita*, & scripta sub ejus nomine edita cuivis alii adscribi patiuntur.

Nuper LACROZIUS SYNESIUM eorum auctorem esse suspicatus est, qui sæculo hoc quinto ex philosopho christianus, & episcopus Ptolemaidis factus est, homo mirabilis, & singularis. Non quidem abludit genius, si spectes genus dicendi, sentiendique; at multa alia in contrarium sunt, si præsertim unus idemque habendus dicatur operum omnium auctor: ita enim aut impostor apertus, quod in SYNESIUM hominem sincerum & ingenuum non quadrat, aut apostolorum Synchronus haberi deberet. *Vid. SIRMONDI diss. de duobus DIONYSIIS. LAUNOJI varia scripta tam de DIONYSIO Gallicano, quam aliis missionibus primorum Galliæ apostolorum.* Diss. DIONYSIO Gall. Valesii Euseb. præmissa. P. HALLOITIUS NATAL. ALEXANDER. &c.

# CAPUT VII.

## *Salva fide ecclesiæ status sæculo sexto perturbatus.*

### §. XCIII.

Undique turbata fuit intestinis bel-

## bellis sæculo sexto ecclesia orientalis, & occidentalis, diversis schismatibus discissa, veteribus potissimum hæresibus infestata; aucta nihilominus etiam est novis coloniis.

Turbatæ ecclesiæ res hoc sæculo.

Orientem ab occidente hoc sæculo diu adhuc schisma Acacianum divisit. Oriens autem ipse sub ANASTASIO imperatore, & factione Eutychianorum misero in statu fuit. Præcipuas quidem sedes sanctissimi adhuc occupabant pastores, S. MACEDONIUS Cpolitanam, FLAVIANUS Antiochenam, ELIAS Hierosolymitanam; sola Alexandrina JOANNEM NICEOTAM, seu NICETAM accepit episcopum circa initia hujus sæculi, qui imitatus suos antecessores, non solum Henoticum ZENONIS recepit, verum etiam aperte concilium Chalcedonense rejecit, & anathematizavit unacum epistola S. LEONIS. Henoticum pro sufficiente non habuit, eoquod non expresse damnet concilium Chalcedonense. Quapropter non solum cum FLAVIANO, & ELIA non communicavit, sed nec cum TIMOTHEO, qui fuit suffectus in locum MACEDONII ab ANASTASIO depositi, instigatione potissimum JOANNIS istius Alexandrini, qui ANASTASIO, alias semper partibus Eutychianorum faventi, pecuniarum summam promisit, si memoriam concilii Chalcedonensis penitus aboleret.

Accessit SEVERUS Eutychianorum caput

put postea, qui Constantinopolin unacum turba monachorum venit, ad catholicam fidem subruendam. XENAJA, ex gentili, nec quidem baptizatus, episcopus Hierapoli est ordinatus a PETRO FULLONE, quod diceret, benedictionem episcopalem supplere defectum baptismi. Is S. FLAVIANUM Nestorianismi accusavit, junctus factioni Eutychianorum. Cum vero FLAVIANUS NESTORIUM damnaret cum sua doctrina, XENAJA ulterius progressus, damnationem etiam DIODORI Tarsensis, THEODORI Mopsuesteni, THEODORETI &c. postulavit. Cessit tandem aliquatenus FLAVIANUS. At dum XENAJA urgeret, ut aperte damnet concilium Chalcedonense, diu renuit: tandem undique constrictus id etiam fecit. Nihilominus depositus, suffecto in ejus locum SEVERO, in exilium abire jussus est, haud secus ac S. MACEDONIUS, S. ELIAS, cum synodicis SEVERI Antiocheni subscribere detrectarent.

Ærumnis exilii potius ad fidem catholicam defendendam roborati sancti præsules perseverarunt usque ad gloriosam mortem, quam eodem tempore oppetierunt, cum ANASTASIO imperatore, ad tribunal divinum acciti. Quorum licet sancta sit memoria, nihilominus ad eorum nomina e sacris diptychis delenda laboravit HORMISDAS pontifex, quod cum ACACIO communicassent. Quæ ipsa causa erat perdurantis adhuc schismatis, & orientem ab occidente separantis. Pacis conciliandæ causa HORMISDAS legatos in orientem misit, ab ANASTASIO imperatore interpellatus. Habetur in actis conciliorum instructio luculenta legatis data, una-

*Tom. IV. p. 1426.*

unacum epiſtolis, & articulis ad faciendam unionem, ac formula, cui ſubſcribendum eſſet. Quod cum ANASTASIUS facere detrectaret, in irritum omnia abierunt. Donec poſtea, ſub JUSTINO nova delegatio in orientem miſſa, felicior fuit, reſtitutaque eſt unio, communioque, ex diptychis deletis ſolemniter non ſolum ACACIO, FRAVITA, EUPHEMIO, MACEDONIO, TIMOTHEO, verum etiam imperatoribus ZENONE, & ANASTASIO.

Nec tamen turbæ quieverunt, quas Eutychiani totis viribus ſunt proſecuti, uſi præſertim poſtea favore THEODORÆ imperatricis ſub ANTHIMO Conſtantinopolitano, & SEVERO Antiocheno. SILVERIUS papa in exilium abire debuit, quod renunciare concilio Chalcedonenſi, & recipere doctrinam ANTHIMI, ac SEVERI detrectaret. BELLISARIUS, ut occulte ſaltem papa concilio renuntiaret, obtinere non potuit: quod tamen eum feciſſe refert LIBERATUS. In ejus locum ſuffectus eſt VIGILIUS: quibus conditionibus facile quis conjiciat. At mutatus eſt paulo poſt rerum ſtatus; ac VIGILIUS pontifex veritatem catholicam non prodidit. Aperte in litteris ad JUSTINIANUM quatuor concilia, inter quæ concilium Chalcedonenſe, agnoſcit.

*In Breviar. c. 22.*

JUSTINIANUS cauſam concilii Chalcedonenſis egit; at novis turbis anſam præbuit per tria capitula: ſcripta nimirum THEODORI, & THEODORETI contra S. CYRILLUM, ac epiſtolam IBÆ ad MARIN PERSAM, quorum damnationem urgebat publicis litteris, undique per eccleſiam miſſis, ſub nomine confeſſionis fidei. Habetur adhuc

*T. V. conc. p. 324.*

 reſpon-

responsio PONTIANI ad JUSTINIANUM ex Africa, qua imperatori significat, periculum esse, ne damnatione trium capitulorum reviviscat hæresis Eutychiana.

JUSTINIANUS nimis se negotiis fidei immisit. Corpori juris a se confecto explicationem præcipuorum capitum doctrinæ catholicæ bene quidem inseruit, atque legum rigorem contra hæreticos renovavit; at dum multum occupatur die noctuque circa disquisitiones sacras religionis nostræ, in errorem incidit, edicto edito, teste EVAGRIO, & aliis historicis, ubi corpus CHRISTI incorruptibile ab ipsa nativitate sua asseruit.

Hist. Lib. IV. c. 39.

Minus autem turbarum hoc excitavit, quam edictum de tribus capitulis quod subscribere multi detrectabant, ac VIGILIUS ipse mutavit: resque abiit in apertum, diuturnumque schisma in occidente. Habetur ejus rei causa epistola S. AURELIANI Arelatensis ad VIGILIUM. In clero Romano sunt etiam motus excitati, ipse PELAGIUS adhuc diaconus postea papa, rem in Africam perscripsit ad FERRANDUM, qui cum aliis defensionem trium capitulorum in se suscepit, ac hodie adhuc extant ejus scripta in hac causa. In Italia schisma ob eam rem gravissimum fuit. PELAGIUS quidem postea episcopis Istriæ optime omnem rationem cavillandi demit, ostendens, non agi de fide concilii Chalcedonensis, sed de causis tantum personarum particularium a patribus transactis, cum S. LEO concilium tantum in rebus fidei receperit. Capitale hoc est in controversia de tribus capitulis; at nihil profecit tunc PELAGIUS, & adhuc tempore GREGORII M. schisma perseveravit, paulatim extinctum.

T. V. Conc. p. 58.

Pag. 615.

In

In oriente factio Severianorum semper perstitit, ac turbatissimum ecclesiæ statum reddidit.

Hoc tempore nova incrementa fides accepit in Armenia, & Persia COSROHE rege converso; in Anglia, missis illuc a S. GREGORIO, AUGUSTINO, & sociis.

In regno Francorum christiana religio aucta indies crevit, licet etiam Arianorum factione turbata esset sub CHILPERICO præprimis. Quod alibi, præsertim in Italia similiter, ubi Ariani principes rerum potiebantur, accidit, sub THEDORICO rege, qui JOANNEM pontificem legatum misit ad imperatororem, ut etiam securitatem Arianis in oriente obtineret.

## §. XCIV.

Hæreses hoc sæculo novæ exortæ non sunt, sed veteres misere divexarunt ecclesiam, præsertim Eutychiana, in varias sectas iterum divisa. Ab ea quidem immunes fuisse videntur monachi Scythæ: juste tamen coerciti intempestive ingerendo propositionem: *Unus de Trinitate crucifixus est.*

Ob veteres potius, quam novas hæreses.

Propositionem hanc S. PROCLUS in celebri ad Armenos epistola, laudata in concilio Chalcedonensi adhibuerat; at quia PETRUS FULLO Eutychianus similem *trisagio* addiderat, eamque crebro inculcare soliti erant, qui concilio Chalcedonensi adver-

ſabantur, ſuſpecta eſt reddita apud catholicos. Monachi Scythæ eam ingeminantes, cum ferre non poſſent ſe Eutychianos haberi, legatis HORMISDÆ Conſtantinopoli libellum, ad ſe purgandos obtulerunt. Ab illis repulſi Romam ad pontificem ipſum contenderunt, a legatis per litteras jam delati.
*T. IV. conc. p. 1514.* Ibi etiam eos HORMISDAS repulit, perſuaſus, talem propoſitionem ferendam non eſſe, quæ nec in conciliis, litteris S. LEONIS, aut uſu eccleſiæ conſecrata, ab Eutychianis olim in concilio Chalcedonenſi propoſita fuerit, unionis negotium impediret &c.

Monachi præterea ſe ſuſpectos reddebant, quod pro Neſtorianis haberent adhærentes concilio Chalcedonenſi, ac ſi ſine ſua explicatione ſufficiens non eſſet iſtud concilium ad Neſtorianorum damnationem. Ipſa importunitate ſua odioſos ſe primum in oriente, ac poſtea in occidente reddiderant HORMISDÆ, ut eos Roma abire juberet, & atris coloribus epiſtola ad POSSESSOREM epiſcopum Africanum, tunc Cpoli degentem, depingeret. Quod indigne ferens MAXENTIUS monachorum Scytharum præcipuus, nec auſus tamen aperte pontificem impetere, ſimulavit ſe epiſtolam fictam habere, quæ falſo HORMISDÆ tribuatur, reſponſum ad eam dedit, acriter excipiens, atque propoſitionis memoratæ defenſionem ſuſcipiens. Etiam monachi Scythæ ad epiſcopos Africanos in Sardinia exules epiſtolam dederunt, in qua fidem ſuam rite exponunt, & concilium etiam Chalcedonenſe laudant: itaque teſtimonium, & confirmationem orthodoxæ fidei acceperunt ab illis epiſcopis, quorum nomine S. FULGENTIUS monachis reſponſum luculentum dedit. Ple-

Plerumque hodierni doctores contra BARONIUM monachos ab Eutychianismi suspicione liberant. Potius monachi Accemetæ in Scythas vehementer invecti, negando unum de Trinitate incarnatum, & carne passum esse, nec profitendo B. M. V. vere, & proprie DEI genitricem, se suspectos reddiderunt, ab ipso JUSTINIANO apud Romanum pontificem accusati. *Vid. Noris. hist. Pelag. L. II. c. 18. &c.*

Majus negotium ecclesiæ Eutychiani hoc sæculo faciebant, ut jam antea diximus, & eorum errores inter superioris sæculi hæreses exposuimus. Nunc autem commemorandæ sunt sectæ, quæ inter eos hoc sæculo exortæ nova nomina sunt nactæ.

Severiani sunt dicti a SEVERO, qui sede Antiochena occupata, Eutychianæ hæresi nova incrementa dedit; potentia ANASTASII sustentatus, missis undique synodicis ad damnandum concilium Chalcedonense, eosque, qui duas in CHRISTO naturas cum suis proprietatibus agnoscebant. Is postea sub JUSTINIANO ab AGAPETO pontifice depositus, quamdiu vixit, delituit. Inter acta conciliorum habetur celebris collatio Cpoli cum Severianis habita; in qua ad angustias valde sunt redacti, dum EUTYCHEN quidem damnabant, DIOSCORUM autem, qui EUTYCHEN hæreticum justificavit, recipiebant. Plerumque hoc sæculo EUTYCHEN deserebant DIOSCORUM secuti Acephali seu Monophysitæ dicti, de quibus FACUNDUS disserit in defensione trium capitulorum. Dicuntur etiam Jacobitæ a JACOBO quodam monacho, qui a SEVERO Edessæ episcopus creatus, cum ab ecclesia illa imperatoris auctoritate pelleretur, undi- *An. 533. T. IV. conc. p. 1764. Lib. I. c. 2. apud Sirm. T. II. p. 405.*

que circumcursans, episcopos, & alios clericos suæ sectæ creavit. Idem mortuo etiam SEVERO ei successorem SERGIUM dedit, a quo deinceps series patriarcharum Jacobitarum ad hunc usque diem deducitur.

A SEVERO etiam stant corrupticolæ, qui CHRISTO corpus ante resurrectionem corruptibile tribuebant. Incorrupticolæ secus putabant, quod satis perspicerent, tunc in CHRISTO confitendas esse duas naturas corruptibilem, & incorruptibilem.

Agnoetæ etiam singularis sunt Monophysitarum secta, qui CHRISTO variarum rerum ignorantiam tribuebant; licet unam tantum agnoscerent in eo naturam, atque adeo ignorantia in divinam naturam redundaret.

Tritheitæ auctore PHILOPONO etiam ex Monophysitis sunt orti, ac eorum sigularis secta habentur: dum enim PHILOPONUS distingueret hypostasin a natura, in CHRISTO unam tantum, in Trinitate tres naturas statuit.

## §. XCV.

*Quæ in conciliis variis damnatæ, ac tria capitula in generali V.*

Concilium generale unicum fuit celebratum hoc sæculo sexto, Cpolitanum II. cujus decreta contra tria capitula non nisi difficulter a VIGILIO papa, ac serius etiam in occidente fuerunt recepta. Concilia particularia circa varias hæreses, præsertim circa disciplinam ecclesiasticam multa undique terrarum sunt habita.

Ut

Ut taceam concilia contra Arianos, Priſcillianiſtas, Meſſalianos, Pelagianos, etiam contra Samaritanos eſſe Antiochiæ habitum concilium an. 589. ex PHOTIO *cod.* 230. colligitur: item Romæ an. 532. contra Acœmetas. Cauſa Eutychianorum, & concilii Chalcedonenſis, quod variis modis petebatur, multis conciliis occaſionem dedit. Cpoli an. 518. concilium Chalcedonenſe fuit confirmatum, Severiani, & Eutychiani damnati. In hujus concilii confirmationem Hieroſolymis & Tyri eodem anno concilia fuerunt habita. Plurimæ etiam eccleſiæ ſeſe pro concilio Chalcedonenſi declarabant, epiſcoporum ultra duo millia. Romam nuncii ſunt deſtinati, ad reſtituendam unionem ob ſchiſma Acacianum. Ubi concilium anno 519. habitum, ac reliqua quidem Cpoli ſtatuta firmata ſunt præter EUPHEMII, & MACEDONII receptionem in ſacra diptycha. Contra ANTHIMUM, & SEVERUM acephalos poſtea iterum Hieroſolymis, & Cpoli, præter collationem cum Severianis initam, concilia fuerunt habita an. 536.

Conſtantinopoli cauſa trium capitulorum primum in concilio particulari fuit mota an. 547. ac in concilio Mopſueſteno poſtea an. 550. memoria THEODORI Mopſueſteni e diptychis fuit deleta, & ad concilium Cpolitanum II. œcumenicum paulatim greſſus ſunt facti, quod an. 553. fuit celebratum. Jam VIGILIUS papa an. 548. in ſuo *Judicato* tria capitula, ſervata concilio Chalcedonenſi reverentia, & auctoritate, damnaverat. Sed mox cernere licuit, totum occidentem inde offendi, ac alienari. Epiſcopi Africæ, Illyrici, & Dalmatiæ ſe a VIGILII communio-

munione removebant. In ipſo clero Romano erant, qui contra VIGILIUM inſurgebant litteris etiam hinc inde per provinciam ſparſis. Quæ intelligens VIGILIUS retraxit pedem, ab imperatore etiam *Judìcatum* ſuum repetiit, cauſatus, ac conteſtatus hæc ſine communi omnium conſenſu in ſe ſolum haud recepturum. Ab hac ſententia removeri diu non potuit, quidquid contra Cpoli molirentur tum imperator, cum epiſcopi orientales. Qui dum cernerent ejus conſtantiam, confeſſionem fidei ei obtulerunt, qua ſe cum aliis conciliorum deciſionibus etiam Chalcedonenſe ſuſcipere profitebantur, petebantque, ut cauſam trium capitulorum VIGILIUS communiter cum ipſis iterum examinaret. Optabat papa concilium teneri in occidente, ut Africani, ac aliarum provinciarum epiſcopi intereſſe poſſent. Quod ſane optimum conſilium fuit, ad tollendam offenſionem occidentalium; ſed impetrare hoc ab imperatore non potuit. VIGILIUS autem conſtanter renuit intereſſe concilio, quamvis præſens Cpoli eſſet, ubi in conſeſſu patrum pluribus collationibus tria capitula fuerunt ſtudioſe diſcuſſa. Singillatim ſcripta ſunt examinata: collatione quarta primum THEODORI Mopſueſteni, multaque in illis notata loca, in quibus APOLLINAREM impugnans, Neſtorianæ hæreſi præluſit. Collatione quinta examinatum, an etiam perſonæ mortuæ anathema ſubire poſſint, ac debeant? Namque de THEODORO Mopſueſteno ſingulariter agebatur, etiam de ejus perſona damnanda: cum de THEODORETI ſcriptis tantum contra S. CYRILLUM, & de IBÆ litteris ad MARIN PERSAM res eſſet,
ſalvis

ſalvis perſonis, quæ abſolutionem in concilio Chalcedonenſi meruerant.

Patet hinc nihil fuiſſe, quo Chalcedonenſis concilii auctoritati admodum timendum eſſet, tantummodo VIGILIUM ſcandalum occidentalium ac ſchiſma, quod prævidit, retinebat, ut concilio non accederet. Eo durante *conſtitutum* edidit pro tribus capitulis. Nihilominus patres in damnandis illis procedebant, damnantes, & anathematizantes THEODORUM, *qui*, ſunt ipſa concilii verba, *Mopſueſtiæ epiſcopus fuit, & impia ejus conſcripta, & quæ impie THEODORETUS contra rectam fidem, & contra duodecim capitula S. CYRILLI, & contra Ephesinam primam ſynodum, & quæ ad defenſionem THEODORI, & NESTORII ab eo ſcripta ſunt. Super hæc impiam epiſtolam, quam dicitur IBAS ad Marin PERSAM ſcripſiſſe.* Acceſſit poſtea etiam VIGILIUS, & conſtitutionem contra tria capitula dedit, quam nuper BALUZIUS in lucem edidit. Idem poſt LAMBECIUM quindecim anathematiſmos contra Origeniſtas protulit, qui in hoc concilio damnati feruntur. *T. V. C. p. 567.* *T. conc. p. 1552.*

Quos motus, & quam diuturnum ſchiſma hoc concilium in occidente poſt ſe reliquerit (nam in oriente ſtatim eſt receptum) jam diximus. Aquilejæ concilium fuit habitum contra illud, ac ſchiſma ultra centum annos duravit, ad quod tollendum Romæ an. 590. concilium habitum fuit; donec tandem conſtitit, contra concilium Chalcedonenſe, quæ in Cpolitano hoc ſecundo acta ſunt, nihil facere.

## §. XCVI.

Doctores avitæ fidei vindices in oriente.

Doctores, qui rem christianan seruerunt, explicaruntque, non celebres fuerunt in oriente; nil minus dogmate Incarnationis lac to, in eo illustrando maxime o pati fuerunt, & in sacra historia

Solertissimi MONTFAUCONII collectione patrum Græcorum, & A MANNUS in sua bibliotheca ori complura nobis scripta recenter ediderun riorum, præsertim Syrorum, de quibus vix nomina fuerunt cognita. Inter ea dogmatica sunt e. g. ISAACI, quen gnum, aut veterem dicebant, presbyte tiocheni, refertque GENNADIUS, contra Nestorianos, & Eutychianos, alia plura, scripsisse. Adversarium strin videtur nonnumquam, ut observat P. C LIER, in oppositum errorem vergere, aliis etiam sanctis patribus contigit.

*De viris illust. c. 66.*

*T. XV. p. 434.*

In eodem argumento versabatur, in strando mysterio Incarnationis, teste e GENNADIO, SAMUEL presbyter senus. SIMEON STYLITES etiam contra Nestorianos, & Eutychian lum suum ostendit. JOSUE autem ST TES chronicon sui temporis ab anno usque 507. reliquit, quod ASSEMAN edidit. THEODORUS presbyter Anti nus contra Apollinaristas, & Eunomiano sterium Incarnationis quindecim libris def teste GENNADIO, qui, quid potiss tractarit, recenset.

*De viris illust. c. 82.*

*Bibl. orient. T. I. p. 261.*

*De viris illust. c. 12.*

Mo

Monachi Scythæ ſcriptis cauſam ſuam, propoſitionis nimirum, *Unus de Trinitate crucifixus*, defenderunt, præſertim JOANNES MAXENTIUS, qui etiam contra Acephalos, & Neſtorianos ſcripta edidit, quæ extant tomo nono Bibl. PP. Lugd.

JACOBUM epiſcopum Batuarum in Meſopotamia fuerunt, qui primipilum hæreſis Eutychianæ facerent, ſed ex ſcriptis ejus, quæ manuſcripta aſſervantur in bibliotheca cæſarea, præter liturgiam a RENAUDOTIO editam, ASSEMANNUS ejus orthodoxiam demonſtrat. TIMOTHEUS Cpolitanus, qui hoc ipſo tempore librum de receptione hæreticorum edidit, extatque apud COTELERIUM, expreſſe diſtinguit hunc JACOBUM ab acephalorum principe. SEVERUS autem, a quo etiam Acephali nomen habuerunt, multa ſcripſit, quorum catalogum fecit MONTFAUCONIUS in Bibl. Sequeriana *p.* 53. 68. contra eum inter alios ſcripſit JOBIUS monachus, aliis etiam ſcriptis dogmaticis clarus.

*Vid. Renaud. T. II. liturg. orient. p. 367. Bibl. orien. T. I. T. III. Monum. eccl. græca. T. II. p. 301.*

RENAUDOTIUS liturgiam SIMEONIS epiſcopi Beth-Arſam in Perſia nobis dedit: qui etiam contra Neſtorianos ſcripſit epiſtolam, quam ASSEMANNUS edidit cum altera de martyribus Homeritis in India.

*T. I. Bibl. orient. p. 346.*

S. EPHREM patriarcha Antiochenus imprimis illuſtris fuit ſcriptis pro eccleſia contra Neſtorianos, & Eutychianos; pro defenſione concilii Chalcedonenſis, S. CYRILLI, S. LEONIS &c. Dum Origeniſtæ præſertim in Palæſtina turbas excitarent, eorum errores damnavit, quod poſtea etiam JUSTINIANUS imperator iisdem rationibus permotus fecit: dum monachi Origeniſtæ agerent apud

PETRUM patriarcham Hierosolymitanum, ut S. EPHREM e diptychis delerent. Ea occasione controversia de tribus capitulis excitata est, THEODORO Cappadociæ, ut quodammodo vindicaret ORIGENEM, damnationem THEODORI Mopsuesteni apud imperatorem urgente, qui contra ORIGENEM scripsit. Fuerunt etiam clari alii patriarchæ Antiocheni GREGORIUS, & ANASTASII duo, de quibus scripta quædam COMBEFISIUS in Auctario, & CANISIUS in lectionario ediderunt. Alexandriæ S. EULOGIUS patriarcha, & Cpoli EUTYCHIUS, JOANNES JEJUNATOR illustres fuerunt.

Historiam ecclesiasticam plures tractarunt Græci hoc sæculo EPIPHANIUS scholasticus, THEODORUS lector, PROCOPIUS, qui alia etiam scripta edidit: LEONTIUS Bizantinus, qui præter librum de sectis, ubi historiam hæresum tractat, etiam in illis refutandis fuit occupatus. EVAGRIUS scholasticus fuit præcipuus hujus ævi historicus.

## §. XCVII.

Et occidente.

In occidente latius sese diffudit sacra doctrina in omni genere disciplinarum, majore otio, & quiete gaudentibus doctoribus; cum præter causam trium capitulorum, in oriente etiam natam, occidens nullos novatores in religione haberet, veteres autem pro viribus retunderet.

Occiden-

Occidentem Arianiſmus infeſtabat, ad quem extirpandum, cura paſtorum, doctorumque ſedulo incubuit. Sub GONDEBALDO celebris collatio Lugduni eſt habita, S. AVITO Viennenſi imprimis cauſam catholicam agente: cujus opera etiam SIGISMUNDUS rex poſtea ad eccleſiam catholicam converſus eſt; cum ad tantam gratiam GONDEBALDUS pervenire non mereretur. Is nihilominus S. AVITO negotium commiſit ad Eutychianiſmum ex ſcripturis refutandum, ut ANASTASIUM imperatorem ab illa hæreſi revocaret. Ad eundem GONDEBALDUM ſcripſit etiam epiſtolam de additione ad Triſagion: *Qui crucifixus es pro nobis miſerere:* nec non de divinitate verbi, contra Photinianos, vel Pauliniſtas potius, quam Arianos. Alia plura tam litteris, quam ſermonibus, ac libris pro religione chriſtiana idem ſanctus elaboravit.

ENNODIUS clarus fuit, atque etiam nomen confeſſoris meruit ob duas legationes ad ANASTASIUM imperatorem, pacis, unionisque inter orientem, & occidentem reſtaurandæ cauſa. Schiſma in eccleſia Romana contra SYMMACHUM excitatum ſtuduit extinguere edita apologia pro SYMMACHO, reverentia in Romanam ſedem inſigni. Alia ſcripſit proſa, & metro, in quibus hinc inde, etiam in litteris familiaribus, quædam ſpargit theologiam attinentia, ac dogmata.

SEVERINUS BOETIUS non ſolum in liberalibus artibus, & philoſophia claruit, ARISTOTELEM in eccleſiam inducens pro PLATONE, exemplo ſuo deinceps omnibus abreptis, ac fundamento jacto ad ſcholaſticam theologiam; verum etiam in ſacris zelum,

&

& ingenium exercuit, adverſus hæreticos veteres, inter quos Manichæos Roma expelli curavit; & novos, quos ſcriptis impugnavit myſterio Incarnationis, & Trinitatis aſſerto pluribus ſcriptis, ac luculenta edita fidei profeſſione. Ipſe fatetur, ſe res ſolere brevius involvere, ac ex intimis philoſophiæ receſſibus novorum verborum ſignificationes ſumere, quod etiam ab ipſo ſcholaſtici didicerunt. H. GLAREANUS libros de conſolatione philoſophica primus, ac ſine commoda ratione abjudicavit BOETIO, in præfatione editionis operum BOETII ab ipſo Baſileæ curatæ: quod nuſpiam CHRISTI nomen in illis occurrat; quo non obſtante, non philoſophiæ tantum, ſed etiam theologiæ, & quidem chriſtianæ accommodatiſſimum eſt opuſculum illud aureum.

CASSIODORUS ſenator Romanus BOETIO conſuli, ob par vitæ genus, & ſtudia, proxime eſt conjungendus, & quoad ſacram eruditionem etiam præferendus, præſertim in explicatione ſacræ ſcripturæ, ac libris inſtitutionum divinarum, aliisque operibus: in quibus non ſolum ad ſacram ſcientiam informat, ſed etiam doctrinæ chriſtianæ capita explicat.

S. FULGENTIUS de religione chriſtiana immortaliter eſt meritus, pro ea bis exul ſub TRASAMUNDO Ariano cum aliis epiſcopis in Sardiniam: ubi tamen etiam varia ſcripſit, & in myſteriis præcipuis Trinitatis, Incarnationis, prædeſtinationis, & gratiæ explicandis, atque contra hoſtes aſſerendis præ cæteris hoc ſæculo excelluit.

S. REMIGIUS Remenſis illuſtris comprimis converſione CLODOVEI: ex ſcriptis

ptis ejus tantum epiſtolæ quædam ſuperſunt, & teſtamentum. In actis conciliorum refertur, qua ratione in publico conventu admirabiliter Arianum ad confeſſionem veritatis adegerit. *T. IV. conc. p.* 1572.

In Gallia pariter floruerunt HONORATUS Marſilienſis, qui in ſermonibus ſuis, ut refert GENNADIUS ejusdem eccleſiæ presbyter, myſteria chriſtianæ religionis luculenter explicare, & contra adverſarios defendere ſolitus erat: & CÆSARIUS Arelatenſis, cujus ſermones plures habentur ſub nominibus S. AMBROSII, & AUGUSTINI &c. Alii in bibliotheca PP. habentur ſub proprio nomine, quorum numerus auctus nuper a BALUZIO. Plurima continent ad chriſtianorum dogmatum enodationem haud minus, quam ad mores, & diſciplinam etiam monaſticam formandam. Quo in argumento verſantur ejus epiſtolæ, & regulæ pro religioſis fœminis, & viris, pro quibus etiam ſcripſit hoc ſæculo S. BENEDICTUS, & JULIANUS Pomeranus, in quibus non deſunt, quæ ad noſtrum præſens inſtitutum referantur. Ex ſcriptis S. LEANDRI pluribus pro chriſtiana doctrina, quia tantum ſupereſt ejus *Inſtitutio virginum ad ſororem*, hic ei cum aſcetis ſeu theologis myſticis hujus ſæculi locum damus. *De viris illuſtr.*

In Africa præter laudatum paulo antea S. FULGENTIUM, plures fuerunt inſignes doctores rei chriſtianæ; at plerique implicati defenſioni trium capitulorum, pro quibus plures libros ſcripſit FACUNDUS Hermianenſis, non ſolum zeloſum ſe pro concilio Chalcedonenſi, verum etiam pro THEODORO, THEODRETO, & IBA demonſtrans

ſtrans, atque communionis vin
pens cum eccleſia catholica, ob
la, quæ ſingulari opere defende
contra MUCIANUM quenda
lium abire juſſus eſt a JUSTI

Habuit in defenſione trium cap
cium LIBERATUM, qui etia
Neſtorianam, & Eutychianam ſul
viarii ſcripſit: in eccleſia Rom
STIANUM, & RUSTICU
contra acephalos ſcripſit: quen
tiam FERRANDUS diaco
nenſis rogatus ab ANATOI
TOLIUS hic, in cauſa triur
etiam FERRANDO ſcripſit
epiſcopos Africanos; ſed cu
non darent, reſcripſit ſuo non
DUS, in defenſionem trium

## §. XCVI


Inter quos GREGORII duo, ac magnus excellunt.

Agmen claudunt
duo, alter Turonenſ
ter Romanus magnu
rito, ob geſta, & ſc
ne ampliſſima.

GREGORIUS T
cram plurimum illuſtra
ribus magis ad capit
ctrinæ reſpicit; per
ſuæ orthodoxæ fidei
Sunt, qui nimiam in
ferendis miraculis
majorem in ex

S. GREGORIO etiam Romano eodem modo detrahere ſunt nonnulli conati ob libros dialogorum, quorum auctorem alii GREGORIUM hunc magnum negant. CEDRENUS eos GREGORIO II. tribuit; attamen jam ante GREGORIUM II. fuerunt in rerum natura, teſte PAULO diacono, ab ipſo GREGORIO reginæ THEODELINDÆ miſſi, nec a ſtylo adeo abſunt, quo reliqua ejus opera ſunt conſcripta: quibus ſacram ſcripturam, ac doctrinam chriſtianam omnem explicavit; ut ipſo adhuc vivente PATERIUS clericus Romanus ex ejus operibus perpetuum ſacræ ſcripturæ commentarium collegerit, quem poſtea ALULFAS monachus Tornacenſis adhuc amplioribus excerptis eſt ſecutus. Excelluit in cura paſtorali, de qua opus præſtantiſſimum edidit, miraque in ſuo pontificatu geſſit, ſchiſma in Italia extinquendo, Gothos eccleſiæ reconciliando, Longobardos, & Anglos ad fidem convertendo, hæreticos in oriente, & occidente, Donatiſtas in Africa coercendo.

*Hiſt. Longobard. L. IV. c. 5.*





# SECTIO III.

## DE FIDE CHRISTIANA A DEFECTIONE IN ORIENTE USQUE AD DEFECTIONEM IN OCCIDENTE.

## CAPUT I.

### *De religione christiana paulatim sæc. VII. deficiente apud orientales.*

### §. XCIX.

Religione in occidente efflorescente, in oriente Mahumedanorum secta surgit.

Sæculo septimo ecclesia exterius, interiusque misere quassata fuit: & dum in occidente præsertim in Germania incrementa sumsit, ac refloruit; in oriente, nova exorta religionis forma auctore MAHUMEDE, paulatim florentissima illa ecclesia corruit.

Romano imperio in oriente a Persis, & Saracenis undique lacessito, ecclesiæ status non potuit non turbari. Imperatores ipsi malum augebant, aut potius perversi præsules, abusi imperatorum potentia. Passi sunt, atque ipsi egerunt, ut res fidei auctoritate imperatoria transigerentur, hinc *Ecthesis* HERACLII

RACLII instigatione SERGII patriarchæ Cpolitani, ac postea typus CONSTANTIS, auctore PAULO itidem patriarcha, ad detrimentum doctrinæ catholicæ emanarunt.

Italia imperatoribus restituta, ab infestatione Arianismi paulatim respiravit, iisdem tamen malis cum oriente fuit implicita, HONORIO non satis sibi cavente a fraudibus patriarcharum orientalium, hæresin novam molientium. In reliquo occidente melior, licet in barbariem inclinans magis magisque, fuit status. Africa ab Arianis Wandalis liberata, Hispania eadem lue purgata, regibus catholicam religionem profitentibus.

Galliæ ecclesia itidem floruit, atque in Germania christiana religio propagata est, apud Westphalos, Frisios, Francos, Bojos, Suevos, Saxones &c.

At nihil unquam funestius fuit ecclesiæ, quam nova prorsus religio a MAHUMEDE constituta, & exorsa hoc sæculo apud Arabes, diversis antehac sectis, ac religionibus addictos: aliis Mosaicam, aliis christianam religionem, aliis etiam gentilismum profitentibus; feruntque MAHUMEDEM usque ad annum vitæ quadragesimum cultui idolorum cum Meccanis vacasse: cui tamen deinceps fuit infensissimus: licet ejus religio multas gentilismi superstitiones conservaverit, alia ex Judaismo, alia ex christianismo adoptans.

Nuper tamen CONR. SCHWARZ in miscellaneis philologicis, & theologicis singularem disputationem edidit, cui titulum fecit: *MAHUMEDES Gnosticus:* in qua communi persuasione rejecta, collatis S. IRENÆI, ubi de Gnosticis agit, testimoniis cum Alcorani quibusdam locis, e Gnostico-

rum lutulentis fontibus instituta sua tam quoad doctrinæ, quam morum corruptionem hausisse MAHUMEDEM, contendere cæpit.

At quidquid sit, MAHUMEDES animum induxit, novam sibi comminiscendi religionem. Hinc se prophetam finxit, hominumque corruptæ indoli religionem accommodavit, tanto progressu, ut hodie magnam orbis partem in omnibus terræ plagis occupet. Id quod ultra spem ipsius MAHUMEDIS factum fuisse videtur. Licet enim ex omnibus religionibus aliquid sumendo, videri potuerit omnes sibi conciliare; fieri tamen pronum fuisset, ut nullam integram servans, omnes a se alienaret. At dum frena libidini laxat, pro illorum temporum perversitate, corruptioneque, quæ etiam christianos invasit; dum simul armis etiam omnia inundat, Mahumedanismus facile victor evasit, & tantam christianismo stragem intulit.

Religio christiana in oriente in diversas sectas divisa erat, quæ paulatim sedes apostolicas omnes ab apostolica successione, ac traduce fidei removerunt, & vix christianismi nomen reliquerunt. Continuæ mutationes, ac vicissitudines in religione sensim sine sensu ad deponendum omnem religionis christianæ sensum inclinabant. Jugum servitutis Saracenicæ, ac imperii imminebat.

Licet MAHUMED neminem ad fidem cogendum voluerit, armis tamen, & dominatu religionem protendit, cum novæ superstitionis auctor nil supra vulgum nisi impudentiam, atque mentiendi audaciam summam ostentaret, nulla vel levi verisimilitudine, aut indicio veritatis sua commenta commendans. Nec litterarum quidem, aut scribendi peritus fuisse dicitur;

citur; ita, ut Alcoranus, qui Mahumedanis idem est, ac nobis biblia, aliis potius quam ipsi debeatur. Qua in re ei credunt operam navasse SERGIUM monachum Monothelitam, qui primus illum proclamavit apostolum DEI.

Plures etiam cum tempore Alcorani prodierunt a se invicem diversi, & adversi. Hinc mirum non est, diversas in sectas Mahumedanos abiisse, quarum quatuor tamen numerantur, quæ in præcipuis Alcorani capitibus conspirant, aliæ plures non ita conveniunt, inter quas duæ palmares Sonnitarum, & Sciaitarum. *Prima*, inquit MARRACIUS, *trahit secum Turcas omnes, Arabes, & alias gentes innumeras. Secunda Persas habet propugnatores. Immortale, atque implacabile inter utramque sectam odium intercedit. Sonnitæ Sciaitas, Sciaitæ Sonnitas anathematizant, detestantur, abominantur.* Primum tamen sæculo decimo quarto divisio hæc facta est. *Prodr. refut. Alcorani. P. III. c. 24.*

## §. C.

Talis est Mahumedanismus, ut se ipsum destruat, suis absurditatibus, inficetiis, contradictionibus; habet tamen etiam, unde alliciat, potueritque tam rapido cursu undique propagari. Quæ se ipsam licet destruat, facile tamen undique grassatur.

Quatuor dogmata fundamentalia habent Mahumedani, unitatem DEI, apostolatum MAHUMEDIS, resurrectionem mortuorum, paradisum, & infernum. Ex his nec ea sunt existimanda esse erroris vacua, quæ ge-

neratim ſumpta videntur a noſtris dogmatibus non abhorrere.

Unum DEUM urgent tam contra ſanctiſſimum Trinitatis myſterium, quam contra idola gentilium; at dum idolorum multitudinem tollunt, idola omnia in unum conflant, DEI neſcio quod, nullibi in rerum natura exiſtens, ſimulacrum effingentes.

Delicias paradiſi carnales ſtatuunt, de quibus plurimas ridiculas fabulas narrant, continenturque in Alcorano. Quoad reliqua etiam doctrinæ capita, ſtatumque alterius vitæ abſurdiſſimas nænias continet Alcoranus, ut mirum ſit, vel unum hominem potuiſſe iſtis perſuaderi. Infernum æternum non ſtatuunt, rati fore, ut homines, qui unum DEUM coluerunt, interceſſione MAHUMEDIS ex inferno liberentur.

Fatum abſolutum ſtatuunt Mahumedani, quo ſuus cuique terminus fatalis, quoad momentum temporis ſit conſtitutus, quo ſuos ad intrepide bellorum periculis ſeſe exponendos haud dubie MAHUMED voluit incitare: qui etiam intime ſuis hanc perſuaſionem infigit, animas virorum in bello occumbentium in cœlos citiſſime, facillimeque avolare.

Non facile quis definiat, an polygamiam ob multiplicationem hominum, ſeu militum potius, quam ob infrenem libidinem inſtituerit; qui dicere ſolitus erat, DEUM poſuiſſe delectationem ſuam in ſuavibus odoribus, & mulieribus.

Mahumedani preces frequentant quinquies per diem, menſem unum per annum jejunant: eleemoſynarum elargitionem, & alia charitatis opera lege ſtatuunt, peregrinationem item Meccam quotannis.

Vete-

Veteris, & novi testamenti historiam, ac missionem CHRISTI Messiæ admittunt, pro more fabulis involventes. MARRACIUS ex ALHASON notat, in notis ad Alcorani primam *Suram*, eos tenere, DEUM primum centum & quatuor libros e cœlo dimisisse, horumque scientiam in quatuor ex illis, nempe pentateucho, evangelio, psalterio, & *Phorcano* posuisse, deinde totam horum scientiam in Alcorano collocasse; totam demum Alcorani scientiam in prima ejus *Sura* conclusisse. Trigesimam sextam Suram etiam singulariter æstimant, eam cor Alcorani nominantes. Multa ex veteri, & novo testamento sunt inserta, passimque patriarcharum, prophetarum, & evangelistarum mentio occurrit. Historiæ item a primo mundi ortu, primoque usque homine, quem eundem ac nos faciunt, & deinceps propagationem, & genealogiam hominum conformem cum scripturis statuunt, sed fabulis, & anachronismis refertam.

Fingunt, in scripturis nostris multa de MAHUMEDE fuisse scripta, sed a Judæis, & christianis deleta. Nominatim etiam missionem MAHUMEDIS in evangelio JOANNIS proditam fuisse.

De CHRISTO mira narrant, at Filium DEI esse negant, nec tamen vere a Judæis crucifixum admittunt. B. V. MARIAM, quam sororem AARON esse dicunt, sanctissime educatam, & purissimam sine omni peccato, sicuti etiam CHRISTUS, vitam duxisse admittunt. Apostolos etiam extollunt, & magnifaciunt; at christianos ab eorum legibus, & religione defecisse dicunt, & pro infedelibus habent. Christianam religionem ad certum tempus durasse contendunt. A Ju-

dæis tamen, quando ad Mahumedanismum deficiunt, prius confessionem christianismi, hoc est, CHRISTI Messiæ requirunt, comestoque bolo lardi, & hausto vini vitro veluti baptizatum, & christianum effectum sistunt primum.

Habent quædam, quæ ad suam sectam suscipiendam potuerunt allicere, qualia sunt DEUM unum esse, sæpius orandum, eleemosynas dandas, ac superflua in pauperes eroganda, justitiam servandam, aliasque excolendas virtutes. Facile etiam, nullis mysteriis admissis supra rationem positis, homines in suas partes trahebant. Sed dum in nostra religione sunt dogmata captu ardua, DEI triunius, Verbi incarnati, crucifixi, bonorum alterius vitæ, quæ nec oculus vidit &c. præcepta etiam factu difficillima, de abnegatione sui, continentia, amore inimicorum, vita in miseriis felici; Mahumedani e contra, quæ etiam bona credere, & facere videntur, ineptiis, & erroribus plurimis infarciunt. Ad quæ hominibus persuadenda malis artibus, & armis est usus tantum MAHUMED: nullis signis doctrinam novam commendans, aut prædictionibus, vi hominibus adductis ad religionem suam.

Habetur quidem in Alcorano, neminen invitum cogendum ad religionem suscipiendam; sed recte notat MARRACIUS, hæc eum adhuc viribus destitutum statuisse, mutato postea consilio, quod ex Alcorano ipso demonstrat. Tam cæce etiam in religione suos deducendos constituit, ut omnes disquitiones, disputationesque cohibuerit, tam inter se, quam nobiscum, ac cum Judæis, modestis verbis dicendum præcipiens disputare instituentibus:

*Prodr. P. V. c. 23.*

bus:

bus: *Credimus in Alcoranum nostrum, & in pentateuchum, & evangelium vestrum: & DEUS noster, & DEUS vester est unus, & nos illum devote colimus.* Ita quidem patet, quomodo suos, non obstantibus maximis absurditatibus, & falsitatis indiciis manifestis, continere in religione, alios autem inducere potuerit MAHUMED, ut tot nationes, tantamque orbis partem inficere posset: quod nobis tam parodoxum videtur, & vix non impossibile, præsertim illis in locis, ubi christiana prius floruerat religio.

Habemus in disputatione S. JOANNIS DAMASCENI, ac THEODORI ABUCARÆ cum SARACENO, quæ Mahumedani contra mysteria nostra objiciebant, quasque difficultates proponebant circa Trinitatem, Incarnationem, liberum arbitrium, causam mali, quam DEUM ipsi faciunt.

De quo tamen errore eos excusare nititur ADR. RELANDUS, sicut etiam de aliis nonnullis, quasi credant, quemque in sua religione posse salvari, DEUM esse corporeum, Venerem stellam adorandam, non dari providentiam, mulieres non intraturas paradisum., MARIAM V. esse sororem AARONIS, & alia similia.

In ejusdem THEODORI ABUCARÆ opusculis habentur rationes, quibus nostri religionem christianam ex simplicitate, puritateque evangelicæ historiæ, ac doctrinæ defendebant, contra dicteria in Incarnationem Verbi divini, præceptaque, quibus jubemur patienter adversa perferre, abstinere a voluptatibus, alienum esse a multis nuptiis, percutienti maxillam dextram, præbere sinistram &c.

*T. XVI. Bibl. PP. opusc. 20. & 21. p. 743.*

## §. C I.

Interius etiam ecclesiam hæreses infestant.

**Variæ hæreses, & superstitiones aliæ hoc sæculo aut recenter sunt ortæ, aut ex veteribus residuæ orientem præsertim infestarunt, Eutychiana imprimis, nova inde orta Monothelitarum secta.**

In occidente præter reliquias Arianismi, & novos motus apud Scotos Pelagianismi, eorundemque singularem circa celebrationem paschæ observantiam (quos HONORIUS papa, & S. AUGUSTINUS Anglorum apostolus ab errore, ac schismate revocare haud potuit) nullus memoratur error, aut hæresis.

In oriente autem circa hæc tempora collocantur variæ hæreses, superstitiones, & sectæ, quarum vel nomina barbara offendunt, a S. JOANNE DAMASCENO relata in libro de hæresibus, & a DEMETRIO Ciziceno, quam COMBEFISIUS edidit.

*Hær. 87. & seq. Auctuarii T. II. p. 262.*

Hicetæ, cætera orthodoxi, monachi una cum sanctimonialibus in monasteriis coetus agunt, hymnos DEO cum chorea, & tripudiis offerunt.

Gnosimachi omni christianæ religionis cognitioni, ac scientiæ ex scripturis divinis valedicunt, quasi DEUS præter bona opera a christianis nihil aliud exigat.

Heliotropitæ, iis in herbis, quæ solem ejusque radios sequuntur, vim divinam inesse putantes, cultum eis adhiberi volunt.

Thnetopsychitæ animam humanam similem animæ pecudum inducunt.

Agony-

Agonyclitæ nullo tempore genu flectere volunt orantes, ac provolvi, semper orantes stando.

Theocatagnostæ, id est, DEI reprehensores, qui & blasphemi, ii sunt, qui in verbis quibusdam, gestisque Domini nostri DEI, ipsique dicatarum personarum sanctarum, nec non scripturarum sacrarum audent inferre crimen.

Christolytæ, seu CHRISTUM solventes, sunt, qui D. N. J. CHRISTUM ajunt, posteaquam surrexit a mortuis, relicto in terra animato corpore, nuda solaque deitate ad cœlos ascendisse.

Ethnophrones, qui cum gentium instituta, ac mores sequantur, cæteroqui christiani existunt; Genesin inducunt, fortunamque,. & fatum: omnem astronomiam, astrologiamque suscipiunt: omnem etiam divinationem, & auguria &c.

Ethico-proscoptæ, qui circa mores, seu rerum agendarum scientiam errant, ac moralia quædam laude digna criminantur: quædam vero digna vituperio sectantur ut bona.

Parermeneutæ, qui nonnulla divinarum scripturarum capita perperam interpretantur, accuratas interpretationes contentionis studio rejiciunt ex imperitia: nec intelligunt hac ratione nonnulla se hæreticorum dogmata confirmare.

Lampetiani volentibus in societate, & cœnobiis vitam agere, quod cuique libitum fuerit, probaveritque, colere concedunt, quemque arriserit habitum induere &c.

Hæc fere verbis S. JO. DAMASCENI retuli, quas hæreses usque ad tempora HERACLII extitisse dicit. An vero tunc, & ubi

ubi ſectatores habuerint, quando, & a quibus orti ſint, plerumque ſilet. Sunt aliquæ, ex quibus in antiquis veſtigia habentur: quin etiam Donatiſtas poſtremos fere in ſuo catalogo collocat, quorum reliquiæ adhuc tempore GREGORII MAGNI in Africa fuiſſe compertum eſt. Quodſi omnes ætate JOANNIS DAMASC. extiterunt, corruptio ac defectio chriſtiani nominis inde colligi poteſt. Qua de cauſa eis etiam locum hic dedi.

DEMETRIUS Cizicenus eis jungit Chatztitzarianos, ita dictos lingua Armena, quod cultu imaginum & reliquiarum abjecto, ſolam crucem adorent. Fuerunt ex Jacobitis, quorum etiam varias ſectas idem DEMETRIUS commemorat, qui ſequebantur varios ritus ſuperſtitioſos præter erroneam doctrinam. E. g. uno digito crucem formabant, ad unitatem naturæ in CHRISTO deſignandam; Euchariſtiæ, cujus communionem parvipendebant, oleum miſcebant; cultum imaginum ſuperſtitoſum habebant.

Propago Eutychianorum fuerunt Monothelitæ, unam voluntatem, unamque operationem in CHRISTO ſtatuentes, auctoribus CYRO Alexandrino, & SERGIO Cpolitano patriarchis. Armenorum ſchiſma ex Eutychianiſmo pariter ortum traxit, de quo laudatus apud Combefiſium agit DEMETRIUS: chriſtianiſmo dicuntur etiam ſacrificia Judæorum addidiſſe, & matrimonii perpetuitatem ſuſtuliſſe.

Paulicianorum ortus, ſeu potius Manichæorum propago ad hæc tempora refertur ad an. 603. a CEDRENO in compendio hiſtoriarum, Manichæorum deliriis alios præterea addentes errores. CEDRENUS tamen ex eorum ſententia dicit tantum de principiis duobus

ab *ecclesia Romana*, quomodo catholicam appellant, eos disjungi: *Se enim sentire alium esse DEUM patrem cœlestem, qui in hoc mundo nihil habeat potestatis, habeat autem in futuro: alium DEUM mundi, cui in præsentem mundum jus sit. Romanos autem profiteri, esse unum DEUM, eundemque Patrem cœlestem, & universi factorem. Se christianos, non Romanos, appellant.*

## §. CII.

Concilia hoc sæculo undique gentium fuerunt celebrata, in quibus saluberrima statuta, & canones fuerunt editi, non solum ad mores, & disciplinam ecclesiæ reformandam, verum etiam pro fidei integritate, præsertim contra Monothelismum: inter quæ post Lateranense I. fuit generale sextum, Cpolitanum III. In conciliis protritæ.

Dum paulatim turbæ ob concilium Chalcedonense conquiescerent, atque concilium quintum, exceptis schismaticis, qui adhuc ad finem hujus sæculi Aquilejæ pro tribus capitulis concilium tenuerant; *An. 698.* hæretici novis artibus fidem Incarnationis subruere sunt conati, quæstionem de operatione, & voluntate CHRISTI movendo. Fuerunt qui minus nocue ex unitate personæ in CHRISTO, unam operationem, & voluntatem asserendam putarent; rati personæ attribuendum esse, quidquid duæ operarentur in CHRISTO naturæ. THEODORUS episcopus Pharaniensis in Arabia primus

primus hanc doctrinam scripto concepit, quod communicavit cum SERGIO Cpolitano, in suas partes facile pertracto.

CYRUS ex Phasidis episcopo, ubi ab imperatore HERACLIO jam eundem errorem hauserat, in sedem Alexandrinam evectus, primus hanc hæresin in concilio stabilivit. Nam in suo ingressu ad reuniendos Theodosianos curam impendit novem articulis propositis, quorum septimo una sola ejusdem CHRISTI ac Filii operatio est statuta. Ea re tripudiabant Eutychiani, unitatem naturæ in CHRISTO sic esse constitutam putantes. SOPHRONIUS sese opposuit tunc præsens Alexandriæ, obtestatus CYRUM, ut hunc articulum deleret; at obtinere nil potuit, causante CYRO, & SERGIO, unionem tam solemniter factam, sic rescindendam fore. Itaque potius tacendi unam aut duas operationes consilium inierunt, quod etiam HONORIUS probavit litteris ad SERGIUM, CYRUM, & SOPHRONIUM, qui solus pro veritate pugnabat.

SERGIUS, ut robur adderet suæ doctrinæ, induxit imperatorem HERACLIUM ad ecthesin sua auctoritate publicandam, quæ Cpoli in concilio firtmata fuit anno 639. quod unacum edicto imperatoris mox sequenti anno Romæ in concilio reprobatum est sub JOANNE IV. Idem factum subiit in Africanis conciliis provinciarum Numidiæ, Mauritaniæ, Byzantinæ, Carthaginensis, quorum primates nomine omnium episcopotum synodales ad papam THEODORUM, & PAULUM Cpolitanum SERGII successorem dederunt: atque ubique ecthesis reprobata est, ut CONSTANTINUS HERACLII successor

eam

eam antiquandam duxerir, edito typo, quo silentium itidem non ferendum partibus indictum est.

Interim PAULUS in suo errore persistebat, quod non ferens THEODORUS papa eum Romæ in concilio damnavit, ac sententiam depositionis in eum pronunciavit. Sequenti anno S. MARTINUS in locum THEODORI suffectus in frequenti concilio, quod primum Lateranense dicitur, majore auctoritate errorem ipsum confodit, & damnavit. Quod idem postea in concilio Anglicano, ac Mediolanensi factum est.

At dum in oriente turbæ non quiescerent, concilium generale congregandum visum est CONSTANTINO POGONATO. Qui consilium suum papæ significans, facile annuentem hunc invenit. AGATHONI imperatoris litteræ redditæ sunt, ad DONUM, interim mortuum, destinatæ. AGATHO Romæ in concilio omnia rite præformavit, legatis epistola insigni instructis, in qua luculenta fidei expositio habetur, quæ in concilio Cpoli probata est, hæresis damnata unacum illius fautoribus, etiam mortuis. Quorum aliqui præsentes, cum errorem deponere nollent, rejecti sunt. Inter quos POLYCHRONIUS monachus frustra errorem resuscitatione mortui auctorare conatus est.

Alii canones nec in hoc, nec priori concilio fuerant editi, quem defectum dum supplere vellent Græci, annis aliquibus post, frequentes in Trullo convenerunt, & supra centum, canones fabricarunt synodum suam πενθέκτην seu Quini sextam vocantes, velut ad supplendas quintam, & sextam synodos œcumenicas esset. Sed multa sanciverunt, quæ Romana eccle-

ecclesia confirmanda haud ducebat, quidqui
imperator moliretur.

Præter alia concilia in causa disciplinæ ha
bita (inter quæ eminent Toletana complura
in quibus etiam, quæ ad fidem pertinent, sa
lubriter sunt constituta) Romæ, in Anglia, &
Galliis ob causam paschæ synodi fuerunt ha
bitæ, ad reducendos Scotos, qui adhuc lu
na decima quarta pascha celebrabant, irrit
plerumque successu.

*Conc. T. VI. p. 1418. ed. nov. Ven.*

In Armenia Charnense fuit habitum con
cilium, in quo Græcos inter & Armenos con
cordia fuit restituta. Ibidem in Manachier
tensi conciliabulo Acephalorum, & Monothe
litarum dogmata sunt firmata.

## §. CIII.

Et a doctoribus catholicis fidei depositum conservantibus.

Doctorum, qui sacram doctrinan
scriptis commissam illustrarunt, atqu
ad posteros transmiserunt, non ad
modum magnus est numerus; ut ta
men sufficiat, ad traducem veræ fide
dignoscendum, a perversis dogmati
stis, fidei depositum corrumpentibus

Jo. PHILOPONUS, qui fuit aucto
Tritheitarum, de quibus superiore sæculo lo
cuti sumus, melius se de profanis studiis, a
philosophia meritum reddidit, quam de sa
cris, dum rationi ac philosophiæ nimium in
dulsit in theologia. Optimum quod præstiti
fuit confutatio JAMBLICHI, simulacris d
vinitatem inesse defendentis, ac sententi
PROCLI de æternitate mundi. In com

menta-

mentario de operibus ſex dierum, veſtigiis S. BASILII inſiſtens, oſtendit MOYSIS historiam, de creatione mundi ſimplicem, conformem eſſe iis, quæ in rerum natura deprehenduntur. Scripſit etiam *de paſchate*, CHRISTUM comediſſe illud negans, quod euchariſtia in fermento celebretur. Præter ea, quæ ad defenſionem ſui erroris, atque pro naſcente Monotheliſmo ſcripſit, defendit etiam, non eadem corpora reſurrectura, quæ nunc habemus: quem errorem S. GREGORIUS M. EUTYCHIUM patriarcham Cplitanum dedocuit. *Photius cod. 240.*

ANASTASII, HESYCHII, LEONTII hoc ævo plures celebres fuerunt. Inter ANASTASIOS duo fuerunt diſcipuli S. MAXIMI, ejusque in profliganda hæreſi Monothelitarum ſocii: alter monachus, cujus inter opera S. MAXIMI epiſtola habetur contra eam hæreſin: alter aprocriſarius Romanus, qui multa ſcripſit, licet manu dextra caruerit, quod pro inſigni miraculo fuit habitum. Inter ANASTASIOS *Sinaita* presbyter eminuit, cujus Ὁδηγὸς ſeu liber *dux viæ* inſcriptus contra Severianos præſtans eſt opus: ubi etiam de aliis hæreſibus, atque eorum damnatione tractat, luculentamque præmittit profeſſionem fidei. Sed manuſcripta variant in his, aliisque. Nec etiam de auctore conveniunt, quis præciſe fuerit ANASTASIUS, tam in hoc opere, quam in aliis. Idem circa HESYCHIOS contigit, qui in ſcientia ſcripturarum clari extiterunt.

Præter LEONTIUM Byzantinum, de quo ſuperiore ſæculo mentionem fecimus, quique varia contra Apollinariſtas, Neſtorianos, Eutychianos, Severianos ſcripſit, alter monachus

hujus nominis eſt, qui teſte NICEPHORO excellens volumen contra Tritheitas ſcripſit. Concilium Nicænum ſecundum LEONTII teſtimonium in confirmationem fidei adducit: qui Neapoli in Cypro fuit epiſcopus, ac præter alia ſcripta apologiam contra Judæos pro cultu imaginum fecit; cujus partem conſervavit concilium Nicænum, partem etiam dedit CANISIUS in lectionario.

*T. VII. conc. p. 235. T. I. ed. ant. 1725. p. 795.*

Monachi in oriente hoc ævo plures ſcriptis fuerunt clari, ſed aſceticis potius quam dogmaticis, inter quos JOANNES CLIMACUS ab excellenti opere, quod *Climax*, ſeu *Scala* inſcribitur, eſt dictus. MARCUS eremita, & DOROTHEUS (cujus ſermones in bibliothecis patrum extant) & alii, quos enumerare longum foret. Nihilominus iidem zeloſos ſe data occaſione pro religione, ac fide præſtiterunt, veluti conſtat ex epiſtola SIMONIS STYLITÆ junioris, atque ex illis, quæ SOPHRONIUS, dum adhuc monachus erat, pro ſuffocando in primo ortu Monotheliſmo geſſit. Qui in patriacham Hieroſolymitanum evectus, ſolus fere fidem catholicam in oriente ſuſtentavit. Sub SOPHRONII nomine in concilio Nicæno II. citatum fuit *pratum ſpirituale*, quod tamen eſt JOANNIS MOSCHI abbatis, cujus opera JOANNES ELEEMOSYNARIUS ad revincendos hæreticos, maxime Severianos uſus ſaluberrime eſt, ut in ejus vita refertur: multaque in *prato ſpirituali* habentur, ad illuſtrandam doctrinam de euchariſtia, cultu imaginum, oratione pro mortuis, purgatorio &c.

S. MAXIMUS ex imperatoris ſecretario monachus, contra Monotheliſmum ſtrenuum ſe defenſorem fidei catholicæ geſſit, pro qua

plu-

plurima perpessus, mortem denique subiit martyr. Romam profectus in concilio Lateranensi damnationem Monothelismi promovit. Inde abductus, intrepidus coram imperatore, contra ecthesin, ac typum, pro fide stetit, ac multa pro ea scripsit. Tum singula theologiæ capita explicavit: primusque processionem Spiritus S. a *Filioque* defendit contra Græcos, qui in S. MARTINO papa hoc carpebant, atque universim in Romana ecclesia, cui se addictissimum S. MAXIMUS ostendit.

Inter doctores monachos S. COLUMBANUS silendus non est, qui ex Hibernia in Gallias veniens, acriter mori de celebrando paschate luna decima quarta institit, Galliæ episcopis neutiquam cedens. Cum, ut volebat, Romam ire non posset, plures epistolas ad Romanum pontificem dedit, eo in argumento, morem suum defendens. Erant epistolæ directæ ad GREGORIUM M. sed eo mortuo alias dedit unacum exemplis priorum. Ad eundem BONIFACIUM, instigatus ab AIGULPHO rege Longobardorum, scripsit pro defensione trium capitulorum. Parum, ut apparet, instructus in causa, contra concilium quintum, & VIGILIUM invehitur, quasi aperte hæreticos foverint, ac hæresin incurrerint, a qua ut se purget, papam BONIFACIUM monet. Interim collaudat fidem ecclesiæ Romanæ, seque cathedræ S. PETRI addictissimum declarat. Multa alia scripsit prosa, & metro etiam in sacram scripturam, & contra hæreticos.

Sed præprimis laudem merentur, quæ in convertendis infidelibus apud lacum Brigantinum gessit, eodem zelo ac S. GALLUS, qui magistrum suum in Italiam sequi non va-

lens, febri detentus religioni christianæ pariter ac vitæ monasticæ promovendæ operam dedit. Extat sermo illius, quem habuit Constantiæ ad lacum Acronianum in ecclesia S. STEPHANI, in quo historia creationis, redemtionisque humanæ egregie describitur.

ISIDORUS Hispalensis hoc sæculo claruit, ac præter scripta plura, quæ reliquit, in pluribus conciliis non solum sua in ecclesia, ubi GREGORIUM episcopum Syrum ex Acephalorum secta erroris convicit, sed etiam Toletano IV. ob singularem suam præstantiam præfuit. Inter scripta ejus dogmatica habentur libri tres sententiarum: quales etiam quinque habentur TAJONIS seu TAGONIS Cæsar-Augustani iisdem fere ex fontibus repetiti, ex operibus S. GREGORII M. quæ desunt ex S. AUGUSTINO, suppletis. Quæ Jo. MABILLONIO primordiæ theologiæ systematicæ habentur, sed necdum lucem aspexerunt.

*De stud. monast. P. II. c. 6.*

S. ILDEPHONSUS etiam, & JULIANUS episcopi Toletani hoc sæculo floruerunt. JULIANUS auctor vitæ S. ILDEPHONSI refert, ipsum S. ILDEPHONSUM opera sua in quatuor divisisse partes: quarum prior complura complectebatur dogmatica, ex quibus vix ulla supersunt: insignis autem est liber de perpetua virginitate B. V. MARIÆ, cujus fuit cultor eximius. JULIANI etiam opera, quæ pro fide, doctrinaque catholica multa fecit, pleraque interciderunt, præter libros prognosticorum de novissimis, & de sexta ætate contra Judæos. Præsedit pluribus conciliis Toletanis; in quorum decimo quinto defendit propositionem, BENEDICTO papæ suspectam, qua in CHRI-

STO

STO tres ſubſtantiæ aſſeruntur, corpus, anima, & divinitas.

## CAPUT II.

### Fidei chriſtianæ ſæculo octavo ſtatus, & incrementa in occidente.

### §. CIV.

Eccleſia, dum in oriente, ad defectionem paulatim inclinat, manisque motibus interius exteriusque concutitur, in occidente effloreſcit, & incrementa ſumit per BONIFACIUM Germanorum apoſtolum, & Francorum reges. Fides in occidente magis magisque effloreſcens.

Saraceni imperii, ac chriſtiani nominis hoſtes infenſiſſimi, jamjam late graſſabantur, exterius eccleſiam infeſtantes; interius imperatores ipſi bellum indicebant imaginibus imbellibus. Itali avitæ religionis tenaces jugum imperatorum orientis penitus excuſſiſſent, niſi a ſummo pontifice GREGORIO II. fuiſſent in officio retenti. At dum Italia ipſa ac Roma devaſtaretur, ſæpius a rege Longobardorum obſeſſa, imperatores autem, cauſati Saracenorum irruptionem, auxilium non ferrent, opus fuit regum Francorum implorare auxilium: unde efflòruit novum occidentale imperium in CAROLO MAGNO. Hiſpaniam occuparunt Saraceni, ſeu Mahumedani

per Africam usque ad Gallias penetrantes, repulsi illic a CAROLO M.

Fides nova incrementa sumsit per S. WINIFRIDUM, seu BONIFACIUM cum sociis. Is ex Anglia in Frisiam primum navigavit, inde Romam adiens, remissus a GREGORIO II. est, litteris commendatitiis datis ad CAROLUM MARTELLUM, ut opem ferret in convertendis Alemanniæ populis, adhuc tenebris gentilismi immersis, ad partes præsertim Rheni orientales: cumque succederet labor, socios alios Roma misit. GREGORIUS III. eadem sollicitudine adfuit BONIFACIO litteris ad episcopos, presbyteros, & abbates datis, ut concurrant ad hoc divinum opus, BONIFACIOque fideles ministros suppeditent. Ad populos etiam recens conversos litteras dedit, contestans, ut ab idololatria alios etiam avocent, atque cessent a reliquis idololatriæ divinationibus, sortilegiis &c. CAROLUS MARTELLUS etiam, quod suarum partium erat, contulit, ut BONIFACIUS in Germania ad centum millia numeraret conversorum ad veram fidem.

Italiam a vexatione Longobardorum PIPINUS, & postea CAROLUS M. liberarunt, cum regni finibus christiana religione propagata, etiam apud Saxones victo WITIKINDO, Hunnorum autem rege pacem petente adjecta conditione, ut unacum suis ad fidem christianam susciperetur.

Animadverterat CAROLUS orientalium imperatorum in imagines immanitatem animos ab ipsis alienasse, sibi vero ac majoribus suis conciliasse. Quapropter cum postea CONSTANTINUS restituisset cultum hunc,

aut

aut ſibi timens, aut nimium hunc cultum ſincere exiſtimans, apud ADRIANUM pontificem egit, ut CONSTANTINUS hæreticus declararetur, antiquareturque concilium Nicænum II. Hunc in finem etiam libros, quos Carolinos vocant, Romam deſtinavit, unacum ſolemni legatione. ADRIANUS nec fidem prodere, nec offendere CAROLUM volens, ſtuduit rationes CAROLI refutare, & imperatorem, eosque inſtruere, quos falſa de cultu imaginum opinio invaſerat, quique veram adorationem imaginibus ipſis impendi ſibi perſuaſerant. Nec tamen legitur CAROLUS aliquid adverſus eccleſiam, aut ADRIANUM intentaſſe, florem non magis imperii (excitatis bonis artibus, quibus etiam ipſe deditus erat, litterarum neutiquam imperitus) quam eccleſiæ quibuscunque modis promovens, devotiſſimus, fideliſſimusque Romanæ ſedi.

## §. CV.

Præter veterum hæreſum reliquias hæreſis Iconoclaſtarum in oriente, & Feliciana in occidente ſunt exortæ. Quidam etiam graves errores inducere conati ſunt, ſed parum ſucceſſerunt prava molimina. Hæreſes exortæ hoc ſæculo,

PRATEOLUS ſectam Albanenſium commemorat, quæ, propago Manichæorum, duo principia admiſit, rejecto etiam veteri teſtamento: transmigrationem porro animarum ſtatuit, CHRISTI que carnem pœnalitatibus, ſicut alii homines ſunt, obnoxiam negavit: poteſtatem eccleſiæ unacum ſacramento euchariſtiæ, & extremæ unctionis rejecit. Habent *Voc. Albanenſes.*

aliquid commune cum Aposichistis, & Domriis, quos ultimo loco in suo catalogo recenset S. JOANNES DAMASCENUS, sed non in omnibus: qui nec secum ipsis convenerunt, omni legitima potestate rejecta, spretisque publicis conventibus, Euchitarum seu Messalianorum more, quorum forte fuerunt propago.

Ante hos idem DAMASCENUS ponit Hær. 101. Christiano-cathegoros. *Qui*, inquit, *christianos uni vivo, & vero DEO servientes criminantur, ac si venerandas Domini JESU Christi, & immaculatæ Dominæ nostræ sanctæ DEI genitricis, sanctorumque angelorum, nec non beatorum imagines; veluti deos more Gentilium colant.* Colligere ex sancto doctore non licet, an iidem hi fuerint ac Iconoclastæ; an vero, ut hodie Lutherani, usum quidem imaginum non penitus spernentes, eorum cultum ceu idololatriam rejecerint? Fuisse olim quam plures, qui, quamvis imagines destruendas non putarint, catholicos tamen idololatriæ accusarunt, vidimus paulo ante, moxque videbimus. Quos errorem dedocere studuerunt olim, sicut hodieque facimus. Quod si qui tunc fuerunt, qui pariter audire catholicos detrectarunt, veritatem de cultu imaginum exponentes, christiano-cathegori jure appellati fuerunt. S. JO. DAMASCENUS ab Iconoclastis, qui imagines comminuerunt, ignique tradiderunt, depictas autem in muris abraserunt, distinguit etiam Thymolontes; *Quia*, Ibid. inquit, *potestatis, qua pollent, arrepta opportunitate, furore sectam armantes, illos, qui venerantur imagines, verberibus, tormentisque supra modum excruciant.*

Feliciani etiam Adoptiani vocantur, illud ab auctore FELICE episcopo Urgelitano; hoc ab ipso errore, quo CHRISTUM se-

cun-

cundum humanam naturam filium tantum adoptivum dicebant, nomen adepti. Mox exorienti hæresi, dum se, litteris ad episcopos Hispaniæ datis, ADRIANUS pontifex opposuit, ELIPANDUS episcopus Toletanus cum FELICE concors ad episcopos Franciæ scripsit ad erroris defensionem. FELIX etiam, postquam errorem Romæ abjurasset, iterum ad vomitum rediens eundem acerrime defendit.

BARONIUS CLEMENTEM quemdam Scotum memorat, qui sacros canones, & expositiones patrum ecclesiæ rejecerit, atque contra eorum doctrinam tenuerit CHRISTUM ad inferos descendentem omnes præter idololatras liberasse. *Ad an. 745.*

Idem ADELBERTUM quemdam refert, qui se supremum in spiritualibus venditaverit, peregrinationes Romam devotionis causa institutas damnarit, se peccata populi scire præsetulerit, nec necessarium duxerit ea declarari. *Bar. ad an. 751.*

## §. CVI.

**In conciliis hujus sæculi rite fuerunt causæ ecclesiasticæ transactæ, atque decisæ controversiæ enatæ. Inter quæ generale septimum Nicænum secundum contra Iconoclastas. Quod male intellectum rejecit synodus Francofordiensis, in causa Feliciana congregata.** Et in conciliis protritæ.

JUSTINIANUS imperator egit apud Romanos pontifices ad recipiendos canones concilii sexti, ut inquit ANASTASIUS in

An. 705. vita JOANNIS VII. ſub quo concilium Romæ ea de cauſa habitum eſt, atque denegata petitio, etſi libertas conceſſa ſit adoptandi eos canones, qui diſciplinæ catholicæ conformes eſſent, rejectis aliis. Dubium non eſt, quin de canonibus Quini-Sexti ſeu Trullani concilii hic actum fuerit.

Romæ plura concilia habita ſunt in cauſa imaginum contra Iconoclaſtas. Ubi etiam deliberatum de deponendo LEONE ISAURICO, interceſſione tamen epiſcoporum facta, nihil actum eſt. Cpoli autem CONSTANTINUS COPRONYMUS frequens plusquam trecentorum epiſcoporum concilium coegit, in quo cultus, uſusque imaginum proſcriptus fuit.

An. 731.

Miſit idem CONSTANTINUS legatos ad regem PIPINUM de eadem cauſa, atque de proceſſione Spiritus ſancti *a Patre Filioque*: quæ verba ſymbolo addita fuiſſe ipſis tunc ſummis pontificibus diſplicuit. Actum eſt primum

An. 767. ea de re in villa agri Pariſienſis Gentiliaco, deinde in concilio Forojulienſi præſide PAU-

An. 791. LINO patriarcha Aquilejenſi, decretumque contra Græcos: tenendam eſſe doctrinam de Spiritu S. quod a Patre filioque procedat *eſſentialiter*, & *inſeparabiliter*. Unde lites exorſæ ſunt, poſtea in apertum ſchiſma erumpentes.

Cauſa cultus imaginum contra Iconoclaſtas

An. 787. agitata, in concilio Nicæno II. præſidentibus legatis ADRIANI, uſus earum, & cultus religioſus ſtabilitus, reſtitutusque eſt. Con-

An. 794. cilium poſtea Francofordienſe trecentorum patrum ex toto CAROLI imperio coaluit, qui, quod jam ante apud Gentiliacum conſtitutum erat, de uſu imaginum, haud difficulter acceperunt, firmaruntque; decepti autem mala vocis προσκύνησις interpretatione, quaſi proprie

dicta

dicta latria seu adoratio soli DEO debita, imaginibus præstanda præscriberetur, concilium Nicænum II. reprobarunt. Alia tamen salu berrima decreta sunt edita, damnataque est hæresis FELICIS Urgelitani, *Adoptiana:* eadem causa jam antea in conciliis Narbonensi, Ratisbonensique fuit discussa.

In Germania hoc sæculo plurima alia fuerunt concilia in variis causis. Ad præsens institutum singulariter commemorandum est Germanicum contra ADELBERTUM, & CLEMENTEM paulo post in concilio Romano damnatos, de quibus paragrapho præcedenti diximus. *An.* 744, *vel* 45.

Nec sunt prætereunda, quæ CAROLUS M. congregare solebat, pro ecclesia, ac incremento religionis. Sic Genavense congregavit in defensionem ecclesiæ Romanæ, DESIDERIUM Longobardorum regem armis coerciturus. Duriacensia duo, Wormatiense, Lipstadiense, Paderbornensia duo ob Saxones, eorumque ducem WITIKINDUM, recens ad fidem conversos, in officio continendos, sacra apud eos ordinanda, religionemque christianam stabiliendam.

## §. CVII.

Doctores fidei traducem a posteros transmittentes.

Scriptores ecclesiastici hoc sæculo rem christianam adversus hæreses strenue egerunt, ac dogmata illustrarunt: primusque S. JOANNES *Damascenus* Systema theologicum, hoc titulo dignum, in libris de orthodoxa fide dedit, præludens theologis scholasticis.

Qua-

Quatuor libris JO. DAMASCENUS theologiam complexus est, seu capita orthodoxæ fidei: quorum primo agit de DEO, ejus essentia, attributis, & personis. Secundo de rebus creatis, homine cumprimis, ejusque lapsu: de providentia, præscientia, prædestinatione. Ubi illud singulare, quod antecedentem, & consequentem in DEO distinguendo voluntatem, materiam prædestinationis accuratius explicet. Tertio libro de redemtione humana, ac Incarnatione: quod argumentum libro quarto continuat, simulque de reliquis pedisequis christianæ religionis capitibus tractat. Libri hi postquam sæculo duodecimo in latinam linguam a BURGUNDIONE cive Pisano fuerunt translati, magister sententiarum præprimis S. THOMAS, & alii eum sunt imitati, etiam quoad methodum, & affectationem subtilitatum. Attamen forte divisio in quatuor libros posterius facta, ex ipsius PETRI LOMBARDI quatuor libris sententiarum fuit repetita. Alia autem dogmatica scripsit plurima, quibus constat totus prior tomus editionis novæ P. LEQUIEN, quibus sparsim omnes theologicas materias pertractavit, ac hæreses refutavit, Saracenos etiam seu Mahumedanos: apud quos ipse, ac parens degebant, officiis publicis defuncti; sed falsa insimulatione CONSTANTINI COPRONYMI, ob zelum pro cultu imaginum, delatus sanctus noster, manu multatus, occasionem sumsit monasticæ vitæ assumendæ. Refert vitæ illius auctor, quem JOANNEM patriarcham Hierosolymitanum, a Saracenis sæculo decimo combustum, esse dicunt, S. JO. DAMASCENUM ope B. V. MARIÆ abscissam recuperasse manum.

Eundem zelum pro cultu ſanctarum imaginum S. GERMANUS patriarcha Cpolitanus demonſtravit: cum primum LEO ISAURICUS earum ſe hoſtem declararet, ſeſe oppoſuit, ac conſtantem ſanctarum imaginum uſum vindicavit. Certior autem factus, epiſcopos quosdam imperatorem in ſuo errore firmare, epiſtolis datis, eos dehortatus eſt, cultum, & uſum imaginum defendens a falſa idololatriæ, ac ſuperſtitionis imputatione, qua onerabatur ab ejus hoſtibus. Tres illius epiſtolæ etiamnum ſuperſunt, inter acta conciliorum relata: reliquæ interciderunt unacum aliis ejus operibus. Creditur auctor operis de ſex conciliis, a JUSTELLO, HARDUINO, perfectius autem a LE MOYNE editi. *De theoria rerum eccleſiaſticarum* aliqui dubitant. Sede demum motus eſt, ac varia perpeſſus haud ſecus ac alii cultui imaginum addicti: inter quos THEOPHANES etiam confeſſoris nomen adeptus eſt, qui ſcripſit chronographiam ab anno primo DIOCLETIANI, ad ſecundum MICHAELIS, & THEOPHILACTI imperatorum.

*T. VII. conc. p. 290.*

*Varia ſacra T. I. p. 68.*

Doctiſſimus ASSEMANNI in ſua bibliotheca orientali varios commemorat auctores Syros, qui hoc ſæculo ſcriptis claruerunt pro defenſione fidei. Inter quos LEO epiſcopus in Haram ſcripſit contra Jacobitas. JACOBUS Edeſſenus, quem aliqui Jacobitis adjungunt, ſcripſit liturgiam, qua Jacobitæ utuntur, ac præter alia in pleroſque ſcripturæ libros commentatus eſt, quos etiam in linguam Syriacam omnes convertiſſe creditur. THEOPHILUS Edeſſenus hoc ſæculo vocales quinque Syriacas ad exemplum Græcarum dicitur inveniſſe. BARTHOLOMÆUS Edeſſe-

nus;

T. I. var. sacr. p. 305. nus, quæ scripsit contra MAHUMEDEM, edidit LE MOYNE.

Inter scriptores latinos primum locum occupat Venerabilis BEDA, sic dictus communiter, sicut alii vitæ monasticæ illustres cultores. Ipse S. BENEDICTUS a GREGORIO M. sic apellatus est. Primus AMALARIUS BEDAM sic nominavit: diu ejus *homiliæ*, *Domini BEDÆ* inscribi solebant. Opera illius pluribus tomis sunt edita: Coloniæ 1688. sed continent singuli magnum numerum suppositiorum. Primus calculo Hebraico, misso septuaginta Intt. usus est, quam ob rem ei lis est intenta. In omni genere litteraturæ excelluit; sparsim tamen etiam dogmatica tractat, præsertim commentans in scripturas, & in homiliis. Ejus martyrologium diu desideratum a Bollandistis editum est, sed interpolatum.

S. BONIFACIUS Germanorum apostolus, & martyr etiam inter scriptores sacros est connumerandus, qui plurimas litteras, & homilias reliquit, in quibus sæpe causas, & mysteria fidei tangit, aut ex instituto tractat. Præter epistolas separatim, & in actis conciliorum, ac bibliothecis PP. editas, MARTENIUS plures nobis illius homilias dedit, T. IX. Analect. ac alia scripta, multa tamen etiam sunt perdita.

Nec prætereundus S. PIRMINIUS in vicinia hac apostolus: de quo MABILLONIUS in suis analectis libellum edidit de In fol. p. 65. &c. *singulis libris canonicis inscriptus*, in forma parænesis, ubi non pauca ad rem dogmaticam pertinentia inseruntur.

ANSBERTUM, seu potius AMBROSIUM AUTPERTUM multi, TRITHEMIUM secuti, ad sæculum nonum

reji-

rejiciunt; ſed ſcripſiſſe eum hoc ſæculo ex ipſius verbis libri X. in Apocalypſin conſtat: qui commentarii diu ſub nomine S. AMBROSII delituerunt, ac pleraque doctrinæ chriſtianæ capita explicant, quemadmodum alia etiam ipſius ſcripta.

ADRIANUS papa præter epiſtolas decretates contra libros Carolinos, cultum imaginum, & contra FELICEM Urgelitanum, CHRISTUM Filium DEI dici verum, etiam quoad humanam naturam, dogmatice defendit. *T. VII. conc.*

S. PAULINUS patriarcha Aquilejenſis tum variis ſcriptis, cum publice etiam in conciliis FELICEM, & ELIPANDUM refutavit. In *regula fidei* myſterium Trinitatis, & Incarnationis metro egregie explicavit. Hæc aliaque ejus opera an. 1737. recenter ſunt edita. Ei ſociandus eſt PAULUS de WARENFRID diaconus Aquilejenſis: præter egregia ſacra carmina, & hiſtorica, familiaria ex SS. PP. juſſu CAROLI M. compilavit, quæ maunuſcripta extant in Augia divite.

ALCUINUS, ſeu FLACCUS ALBINUS inſtaurator litterarum plurima omnis generis ſcripta reliquit, exegetica, dogmatica, polemica, liturgica, in profanis etiam quibusvis litteris inſtructiſſimus. Ejus opera quæ juſto ordine digeſta, ſimul edita proſtant, univerſam theologiam, ac dogmata chriſtiana illuſtrant. CANISIUS in lectionario dedit nobis duos libros BEATI monachi, & presbyteri, quibus hæreſis adoptianorum ſolide refutatur. *Pariſ. an. 1,* *T. II. p. 297. edit. Antwerp.*

CAPUT

# CAPUT III.

## *Ecclesiæ orientalis totalis defectio, integra in occidente conservata fide.*

## §. CVIII.

Schisma demum ecclesiam orientalem sub PHOTIO pessumdedit.

Sæculum nonum, si quod aliud, ecclesiæ funestum fuit; atque defectio florentissimæ olim Græcæ ecclesiæ, a Mahumedana secta cœpta, schismate Photiano completa est. Romana ecclesia intestinis malis concussa, nova tamen etiam alicubi gentium incrementa sumsit.

Novæ turbæ de cultu imaginum iterum ecclesiam Græcam infestarunt, post mortem NICEPHORI imperatoris, qui cum NICEPHORO cognomine patriarcha cultum hunc iterum restituerat. LEO, post breve regnum STAURATII, & MICHAELIS CUROPALATI, imperator, iterum imaginibus bellum indixit, dejecto NICEPHORO patriarcha. MICHAEL BALBUS successor frustra mediam quandam inire tentavit viam: tandem vero honor imaginibus juxta sanctionem Nicænam restitutus est sub MICHAELE juniore.

Hic tamen longe gravius vulnus ecclesiæ inflixit, dum, PHOTIO in locum S. IGNATII patriarchæ Cpolitani suffecto, schismati, quod etiamnum perseverat, orientem inter & occidentem,

locum

locum dedit. NICOLAUS papa intruso PHOTIO sese opposuit; & licet BASILIO imperante IGNATIUS, pulso PHOTIO, sit restitutus, post mortem tamen IGNATII PHOTIUS, favente etiam JOANNE IX. pontifice, iterum in sedem Cpolitanam evectus, a novis rebus moliendis non abstinuit, facto schismate, motisque litibus ob ordinationes Bulgarorum. Et licet postea depositus, ac relegatus fuerit, schisma tamen extinctum non fuit.

In occidente sub LUDOVICO PIO, dum se GREGORIUS IV. causæ LOTHARII miscet, in Galliam profectus, inter Basileam, & Argentoratum de pace cum LUDOVICO tractaturus, LOTHARIUS occasionem nactus patrem LUDOVICUM per episcopos deponi, & pœnitentiæ subdi curavit. Quæ res in ecclesia magno scandalo fuit.

Sub hæc tempora, inter LEONEM IV. & BENEDICTUM, hostes sedis apostolicæ JOANNAM quandam papissam collocant pudendo commento, quod seriei, historiæ, numis, diplomatibus repugnat, ac fidem omnem superat, nec eam apud æquiores etiam habet adversarios Romanæ ecclesiæ.

Ingens tamen scandalum pepererunt plura schismata inter pontifices Romanos, imprimis crudelitas in FORMOSUM pontificem, quem jam mortuum effossum degradari fecit successor ejus STEPHANUS VI. dictus, cum sit VII. post brevem BONIFACII pontificatum.

Solatio tamen ecclesiæ fuerunt nova fidei incrementa apud Danos, & Suecos per S. ANSGARIUM Hamburgensium postea

episcopum, & socium EBBONEM Hildensium. Bulgari etiam, quod ipsum fuit schismatis Photiani incentivum, per Romanos ad fidem sunt conversi. Initia porro fuerunt facta conversionis gentis Sclavonicæ, item Hunnorum, opera ARNONIS episcopi Juvaviensis seu Salisburgensis post VIRGILIUM, qui Roma ipse pallium attulit. Refert hoc ANONYMUS, cujus fragmentum edidit DUCHENIUS, qui historiam de conversione Bavarorum, Hunnorum, Sclavorum, & Carinthiorum, vicinorumque populorum ad Danubium scripsit.

T. II. op. p. 220.

## §. CIX.

Alias vix hæreses sunt exortæ.

Haberet, unde gratularetur sibi, ecclesia, quod vix hæresis nova sæculo nono fuerit exorta; nisi schisma orientale plus quam ulla antea hæresis ecclesiæ nocuisset, atque Græci ecclesiam Romanam errorum accusando ipsi se illis constrinxissent.

Quos CLAUDIUS TAURINENSIS errores inducere conatus est, novi non fuerunt. Exemplo Iconoclastarum orientalium, dum ecclesiæ Taurinensi præfectus, abusus varios circa cultum imaginum deprehendit, in transversum actus, imagines in sua diœcesi subvertit. Arianismum autem, seu potius Nestorianismum a magistro suo FELICE Urgelitano hausit.

Ex PETRI SICULI historia de Manichæis discimus, eos iterum suos instaurasse errores,

rores, duce SERGIO quodam, & muliere Manichæa: contra eos etiam ſub nomine Paulicianorum ſcripſit PHOTIUS. Nec tamen erroris eorum accuſandum puto FRIDUGISUM abbatem, cujus epiſtolam nobis BALUZIUS dedit, ubi de nihilo, & tenebris more mere philoſophico tractat. AGOBARDUS eum etiam accuſat, quod in tantum CHRISTUM humilitate proceſſiſſe putaret, ut ſe falli poſſe, velut cæteri homines, agnoverit: quodque animas creatas diceret in certo loco ſubſiſtere, antequam corporibus conjungerentur. Qui omnes ſunt antiquati errores, nec leguntur hoc tempore aliquid funeſti peperiſſe. *Miſcell. T. I. p. 403.*

Secus accidit cum cauſa GOTESCALCI, monaſticis votis a prima juventute obſtricti, quibus poſtea renunciavit. Lectioni ſanctorum patrum, præſertim S. AUGUSTINI deditus fuit. Erroris de prædeſtinatione a RHABANO Moguntino archiepiſcopo eſt inſimulatus, aliis autem excuſatus hodieque eſt. Extant duæ ejus confeſſiones fidei non adeo pravæ; ſed verſipellis fuit, ſuperbus, & contumax. Et quia ejus ſcripta non extant omnia, in quibus maxime ferociit, ac vanus fuit, quæſtionibus importunis occupatus, excuſationem non fert. Certe Romanus pontifex, ad quem appellavit, ab ejus defenſione cito deſtitit. Et dum in extremis poſitus potius viatico deſtitui voluit, quam ut judicio epiſcoporum, quibus diſpenſatio verbi divini commiſſa eſt, concederet, bene de ſe ſperare non jubet.

Controverſia circa euchariſtiam, mota primum hoc ſæculo, ſubſtantiam fidei non videtur attigiſſe, atque mitius de JOANNE SCOTO,

TO, FREDEVARO, BERTRAMO, seu RATRAMO in hac parte judicare licet, postquam in lucem protractis eorum operibus, melius conceditur jam rem disquirere, nec funesti effectus sese prodiderunt.

Secus res accidit in Photiana causa, atque enato inde schismate, duas hactenus orbis partes orientem ab occidente dirimente. Causas quidem PHOTIUS plures excogitavit homo vaferrimus, & scribendi peritia clarissimus; sed tantæ non sunt, quæ ingens hoc malum proferre debuissent. NICOLAUS pontifex probavit professionem fidei a PHOTIO sibi transmissam, tantum ordinationem contra regulas ecclesiæ factam improbavit. Præter processionem *a Filioque*, quæ jam superiore sæculo in contraversiam venit, sed sine violatione unitatis: reliquæ e. g. de additione ad symbolum, jejunio sabbati, cibis quadragesimalibus &c. nihil admodum important: nec, quæ deinceps accesserunt de azymis, purgatorii certo genere, ac pœnis, separatos tenere Græcos a Latinis debuissent; nisi animus exulceratus, ac superbus præsertim præsulum Cpolitanorum, vicarii CHRISTI jugum detrectantium, prævaluisset.

## §. CX.

Concilia, quibus unitas & fides ecclesiæ constituta.

Concilium generale VIII. contra PHOTIUM Cpoli fuit celebratum, antea autem, & post ibidem pro PHOTIO habita sunt conciliabula, quibus tandem schisma obfirmatum est. In occidente variis in locis in con-

conciliis de fide, & aliis graviſſimis cauſis fuit tractatum.

PHOTIUS, ut occupatam Cpolitanam ſedem contra S. IGNATIUM ſibi firmaret, in concilio ſolemniter exauctoravit S. IGNATIUM, ipſe per GREGORIUM ſchiſmaticum intruſus. Subrepere etiam per legatos NICOLAO I. pontifici conatus eſt; ſed prudens pontifex nihil præcipitandum duxit, miſſisque legatis, rem explorandam commiſit. Illi, variis malis compulſi, tandem PHOTIO patrocinium ſunt polliciti. Qui mox ſynodum ab imperatore congregari juſſit, ad quam vocatus S. IGNATIUS, depoſitus, ſacrisque veſtibus exutus eſt. Pontifex de rebus geſtis certior factus per LEONEM, qui imperatori a ſecretis erat, acta concilii contra S. IGNATIUM miſit, convocato concilio publice conteſtatus eſt, ſe non commiſiſſe legatis negotium, ut IGNATIUM deponerent, & PHOTIUM ſufficerent, omnia in irritum revocavit, IGNATIUM reſtituit, legatos prævaricatores damnavit, litteras dedit ad omnes patriarchas, metropolitas, & epiſcopos orientis, ne cum PHOTIO ceu patriarcha communicarent. At cum nihilominus PHOTIUS potentia imperatoris ſuffultus in ſede Cpolitana perſiſteret, idem pontifex aliud Romæ concilium congregavit ex pluribus provinciis, in quo non ſolum PHOTIUS depoſitus eſt, & excommunicatus, ſed etiam ordinatio ejus nulla declarata, cum majoribus adhuc comminationibus. PHOTIUS certior factus, quæ Romæ adverſum ſe acta eſſent, conciliabulum congregat, NICOLAUMque pontificem confictis in eum criminibus anathematizat, idque repetitis vicibus.

Mortuo MICHAELE imperatore ejus successor BASILIUS sententiam NICOLAI exequitur, pulso PHOTIO, ac IGNATIO restituto. Romæ NICOLAO I. successit
An. 869. ADRIANUS II. quo agente synodus Cpoli œcumenica celebrata est, ac confirmata sunt, quæ Romæ pro IGNATIO, & conta PHOTIUM sunt decreta. Irrita declarata sunt, quæ PHOTIUS contra IGNATIUM, ac contra NICOLAUM tentaverat. Judicatæ etiam causæ sunt episcoporum variorum, ac schismaticorum, qui ad PHOTIUM defecerant, quorum alii pœnitentes recepti sunt, alii pertinaces rejecti. Sic pax, & unitas restituta videri potuisset. At postea mortuo S. IGNATIO idem BASILIUS, PHOTIO propensior factus, iterum concilium convocat, PHOTIUMque solemniter restituit, subtracta Romanis jurisdictione in Bulgaros, ac sublata e symbolo particula *Filioque.* Hanc synodum schismatici rejecta priore pro octava œcumenica habent, aut certe priores septem tantum pro œcumenicis agnoscunt.

An. 809. Jam ineunte hoc sæculo Aquisgrani concilium fuit habitum, ubi processio Spiritus S. a Filioque fuit iterum constituta: idque Galli in symbolo publice profitebantur, contra etiam ac LEO III. optarat, ne Græci irritarentur.
An. 848. Iidem in concilio Parisiensi cultui imaginum non æquos adeo se præbuerunt.

Præter Moguntinum autem contra GOTESCALCUM, & VALENTINUM contra hæreticos quosdam Scotos, circa disciplinam, & jurisdictionem sacram, tum in aliis etiam ecclesiæ, & regni negotiis, plurima sunt habita concilia.

§. CXI.

## §. CXI.

Scriptorum copia non defuit hac ætate eorum, qui fidei dogmata, & contra infideles tuerentur, & fidelibus exponerent. Cœperunt tamen jam etiam in adiaphoris vim ingenii doctores exercere, scholis paulatim institutis.

Dogmata per scriptores posteritati integre transmissa.

Duo imperatores inter scriptores hujus sæculi connumerari possunt; primus CAROLUS M. in occidente. Cujus nomine, præter carmina, Carolini extant libri circa rem christianam versantes; item capitularia, aliorum etiam regum Franciæ, & imperatorum, in sacras materias non infrequenter excurrentia. CAROLUM M. sacros codices manu propria correxisse, carmen quoddam apud LAMBECIUM prodit. LEO imperator Cpolitanus philosophus dictus præter ea, quæ jus, & militiam spectant, scripsit homilias, in quibus de mysteriis nostris tractatur. Usus est PHOTIO magistro, cujus *bibliotheca* promtuarium est eruditionis antiquæ, nomocanon, libellus de synodis, & quæ alia etiam contra hæreticos scripsit, immortale ipsi apud ecclesiam comparassent meritum, nisi schismatis auctor, charitate destitutus, esset ut vas sonans, ac cymbalum tinniens, atque abominabilis toti ecclesiæ catholicæ. Celebres patriarchæ duo fuerunt in restituendo cultu imaginum Cpoli NICEPHORUS, & METHODIUS. Ille præter historiam, & chronographiam auctor habetur stichometriæ, ubi non

*Biblioth. L. 8. p. 645.*

solum libri, sed etiam versus codicis sacri accurate recensentur, edidit canones, & luculentam ad LEONEM III. papam fidei expositionem.

Decertavit NICEPHORUS contra Iconomachos pariter ac METHODIUS, etiam homologeta dictus, ob insignes homilias. Memorabilis est METHODII panegyris in S. DIONYSIUM AREOPAGIT. quem cum Parisiensi confundit. Qua in re creditur HILDUINI abbatis S. DIONYSII *areopagitica* secutus.

Nemo acrior Iconoclastarum hostis fuit, quam THEODORUS STUDITES, quos libris ac epistolis impetiit vehementer, bis in exilium missus, semel ob illegitimas CONSTANTINI cum THEODOTA nuptias improbatas, qua in causa ad LEONEM III. scribens, miserandum statum ecclesiæ Græcæ pluribus describit. Habentur etiam catecheses ejus parvæ, & magnæ. Ob odium in hæreticos eorum sacramenta pro nullis habere videtur, etiam eucharistiam. Inter cognominis THEODORI ABUCARÆ opuscula, quæ extant in bibliothecis PP. & sunt a GRETSERO edita, sunt etiam quæ fidem ac dogmata nostra spectant. Hic etiam recensendus est auctor libelli synodici, qui hoc tempore creditur vixisse, atque historiam conciliorum in compendium contraxit.

Quoniam in occidente CLAUDIUS TAURINENSIS furorem Iconoclastarum est æmulatus, fuerunt qui calamum in eum stringerent: inter hos THEODEMIRUS, ei alias familiaris, contra illum etiam peregrinationes Romam devotionis ergo susceptas defendit. JONAS AURELIANENSIS

mal.

multa nobis THEODEMIRI conservavit, eumque contra obtrectationes defendit, in libris de cultu imaginum. JONAS iste aliis etiam scriptis clarus fuit, quæ extant in DACHERII Spicilegio, & in bibliothecis PP. *T. XIV. Bibl. PP.*

DUNGALUS reclusus etiam apologiam THEODEMIRI defendit, contra responsionem CLAUDII TAURINENSIS, tam circa cultum imaginum, quam sacras peregrinationes.

HETTO episcopus Basileensis, cujus extat insignis instructio pro suis clericis, ad NICEPHORUM imperatorem missus legatus in eodem negotio de cultu imaginum cum NICEPHORO patriarcha distentus fuit.

AMALARII duo scriptis inclaruerunt hoc sæculo, Trevirensis, & Metensis, quorum nomina, & opera sæpe sunt confusa, ac disciplinam potissimum spectant. AMALARIO autem Metensi FLORUS litem intendit tum ob alia, cum ob triplex corpus CHRISTI. Quæ fuit celebris hoc sæculo controversia. Vid. MARTENII *Anec. ampl. coll. T. IX. p.* 25. *p.* 641.

AGOBARDUS, & AMOLON Lugdunenses episcopi pro fide, contra Judæos, & hæreticos sui temporis ecclesiam turbantes, scripserunt, ille contra FELICEM Urgelitanum; hic contra GOTESCALCUM. AGOBARDI scripta edidit BALUZIUS.

WALAFRIDUS STRABO abbas Augiæ divitis in scripturam egregie commentatus est; estque ejus notissima glossa ordinaria, atque opus præstantissimum de origine, & progressu rerum ecclesiasticarum.

HAIMON episcopus Halberstadiensis in præcipuos sacræ scripturæ libros commentarios

edidit, ac de euchariſtia ſcripſit, cujus operis pars tantum extat, nec alia dogmatica ejus ſcripta extant.

T. XII. ſpicileg. p. 27. &c.

ANGELOMIUS monachus Luxovienſis in pleroſque ſacræ ſcripturæ libros commentatus eſt, quæ reperiuntur in bibliothecis patrum, & BERNARDUS BEZIUS inſignem ejus commentarium in Geneſin nobis dedit.

T. VI. Anec. p. 45.

RHABANI MAURI opera ſingulatim ſunt edita in omni genere litteraturæ præſtantiſſimi, præſertim in exegetica. Quibus & aliis ſuis ſcriptis dogmatica perſæpe miſcet, & nonnunquam ex inſtituto tractat. Contra GOTESCALCUM egit ac ſcripſit acriter. Quæſtioni etiam fuit implicitus, an corpus CHRISTI in euchariſtia ſit idem, quod ex B. V. M. ſumſit, quod negat in libro pœnitentiali ad HERIBALDUM, & alibi.

Materiam hanc de euchariſtia ex inſtituto, & operoſius tractavit PASCHASIUS RATBERTUS, tum opere ſingulari, cum etiam epiſtola ad FRUDEGARDUM: quod ſeminarium litium fuit. Varii Anonymi referuntur, qui in hac materia elaborarunt, a MABILLONIO, & DACHERIO.

T. VI. Actor. O. S. B. p. 599. &c. ſpicil. T. XII. p. 39.

RATRAMUS, licet ejuſdem ordinis, ac loci profeſſus, cæteris acrius ſe PASCHASIO oppoſuit aſſeveranti, idem corpus ſumi in euchariſtia, quod natum eſt ex Virgine. Idem adverſarius fuit ejuſdem PASCHASII in quæſtione circa modum, nati ex MARIA V. Salvatoris, quem ſupernaturalem cum pleriſque aſſeruit PASCHASIUS, negavit RATRAMUS. Quæſtio ea ex Germania in Gallias perlata eſt, atque ex inſtituto a PASCHASIO RATBERTO pertractata. RATRAMUS

MUS

MUS etiam ſcripſit, ut alii multi hoc ævo, contra Græcos de proceſſione Spiritus S. *a Filioque.*

RATRAMI liber de euchariſtia a multis confuſus eſt cum Jo. SCOTI libro de eadem materia, qui pejus adhuc impegit, & non parva heterodoxiæ ſuſpicione laborat, etiam contra GOTESCALCUM de prædeſtinatione ſcribens; multosque adverſarios nactus eſt in utraque materia.

Duo celebres REMIGII fuerunt hoc ævo, alter Lugdunenſis, qui in cauſa GOTESCALCI nomine eccleſiæ Lugdunenſis ſcripſit reſponſionem celebrem ad tres epiſtolas, & REMIGIUS S. Germanenſis, commentariis in ſacram ſcripturam celebris.

Duo item claruerunt HINCMARI, ſed avunculus Remenſis ſcriptis celebrior contra GOTESCALCUM myſterium prædeſtinationis pluribus operibus illuſtravit: contra eundem etiam ſcripſit *de non trina Deitate*, quæ tunc quæſtio agitabatur.

S. EULOGIUS fortitudine, & eruditione Mahumedanis ſeſe oppoſuit Cordubæ, ubi magis quam in reliqua Hiſpania in chriſtianos ſæviebant: quem epiſcopum, & poſtea martyrem alii complures ſecuti ſunt. Qui cum ſeipſos præſentaſſent ad martyrium coram judice, fuerunt, qui eos pro martyribus habendos, colendosque negarent. Contra quos honorem martyrum defendit EULOGIUS, ac eorum acta conſcripſit.

CA-

# CAPUT IV.

## *Religionis christianæ status sæculo decimo.*

## §. CXII.

Licet afflictus fuerit ecclesiæ Romanæ status.

Tam deplorandus non fuit status sæculi decimi, quam a multis etiam religiosissimis viris est descriptus, eo tempore, quo minor lux historiæ sacræ hujus ævi fuerat accensa.

BARONIUS ad hoc sæculum delapsus in suis annalibus præfatione honoris utendum existimavit, ne lectoris animus offenderetur auditis tot scandalis, quæ in ipsa arce ecclesiæ sese prodebant. At multa eum latuerunt bona, & egregia exempla facinoraque, quæ delectis, atque e tenebris erutis monumentis, documentisque plurimis patuerunt, ipsosque hostes ecclesiæ Romanæ æquiores, ad confessionem adegerunt, atrius depingi hoc sæculum, quam fuerit, ac inter horrenda mala bona etiam plurima mixta apparuisse. Quæ si intellexisset eminentissimus annalium parens, non existimasset, tanto ecclesiam versatam fuisse discrimine, ac manifesto pereundi (si fieri posset) expositam periculo per bella, tumultus, & flagitia hujus sæculi turbulenti.

*Præf. in sec. V. O. S. B. §. 1.*

Fatetur quidem, nec dissimulat MABILLONIUS labem, quam a pontificibus Romanis

manis passa est tunc ecclesia; ut actum fuisset de illa sanctissima sede, si monstris violari, atterique potuisset. Adhuc recens erat facinus STEPHANI VII. qui alias VI. dictus est, in FORMOSUM jam mortuum sævientis. Illud quidem omne antiquaverat JOANNES IX. initio statim hujus sæculi, honori, ac dignitati FORMOSUM restituens. Ipse potius STEPHANUS malorum ingentium, quæ deinceps Romanam sedem manebant, auctor haberi debet. Factiones prætere a sæcularium principum, præsertim ADALBERTI Tusciæ principis, & concubinæ THEODORÆ, Romanam ecclesiam concusserunt: unde in JOANNE XI. sedes Romana maculata est. Sed demum in JOANNE XII. ad cumulum venit perversitas, qui puer adhuc fere Romanam sedem occupavit. Mutato OCTAVIANI in JOANNIS nomen, non mutavit vitam, & mores deterrimos. Depositus iterum invasit Romanam sedem. Et sic fere tunc accidebat, ipso OTTONE imperatore potius factiones fovente, dum extinguere, & tranquillitati Romanæ sedis consulere conatur. In GREGORIO V. tamen consanguineo dedit bonum ecclesiæ pastorem. Alibi etiam OTTONIS industria, & studio, præsertim in Germania, ecclesiæ status floruit.

Fuerunt hoc sæculo coloniæ insignes ecclesiæ additæ apud Danos, Polonos, Bohemos, Ungaros, Nortmannos. Hi posteriores, dum in Germaniam, & Galliam irruerent, & omnia susque deque verterent, vel hinc occasio est enata, ut ferocientes maxime tandem jugo CHRISTI mansuescerent. In Hispania, & Anglia sub dirissimis pressionibus Barbaro-

rum,

rum, tamen etiam respirare nonnunquam licuit. Idem de oriente dici potest, quippe cum schismate malis omnibus patuit; subinde tamen in imperatoribus, præsertim LEONE, & BASILIO, patriarchis etiam EUTHYMIO, & NICOLAO, ac quibusdam aliis pietas refulsit.

## §. CXIII.

Nullæ tamen ortæ sunt novæ hæreses,

**Singulari DEI beneficio factum est, ut, præter reliquias veterum, nullæ hæreses sæculo decimo invaluerint, & licet nonnullæ erroneæ opiniones apud quosdam obtinuerint, in sectas tamen non abierunt.**

*Theol. V. & N. circa præsentiam Christi in eucharistia. Dissert. XV. in sec. IX. & X. Præf. in sec. V. O. S. B. §. 3.*

Solent hostes Romanæ ecclesiæ vel hinc insultare, quod ab hæresum contagione libera fuerit hæc ætas, id temporum stupiditati, credulitatique tribuentes, quæ in quodvis suscipiendum prona fuerit: unde etiam sensim sine sensu hoc sæculo transsubstantiationis dogma apud fideles obtinere cœperit. Qua de re egi ex instituto, consulique potest *Natalis ALEXANDRI* historia ecclesiastica. Quin in Anglia quosdam de veritate corporis CHRISTI dubitantes, insigni miraculo revicisse ODONEM Cantuariensem episcopum refert MABILLONIUS.

Observat idem MABILLONIUS, DEUM corporeum presbyteros quosdam Italicos Vicentinæ diœcesis professos fuisse, crasso & supino errore. Quem refellit RATHERIUS, tum in sermone primo de quadragesima, tum in defensione ejusdem sermonis.

Ibidem

Ibidem etiam RATHERIUS carpit superstitionem quorundam, qui ad ecclesiam S. MICHAELIS satius ducebant ire feria secunda, quam cæteris, rati, ipsa illa die S. MICHAELEM missam cantare solitum.

## §. CXIV.

**Quia novæ controversiæ ecclesiasticæ dirimendæ non occurrerunt, concilia, quæ sunt habita, disciplinam, & mores spectarunt, ubi plurima occurrerunt tractanda.**

Ac concilia plerumque occupata circa reformationem.

Temporum injuria sæpe, quin concilia congregarentur, impedimento fuit. Præsulum tamen cura singularis sæpenumero hunc defectum compensabat, editis saluberrimis statutis, contra ingruentia indies mala. In concilio Metensi, ad finem hujus sæculi habito, deplorarunt patres synodorum infrequentiam: putantque paganorum infestationem emendatione morum coercendam fore. Neglectum canonum tum concilia cum zelosi præsules ægre ferebant, atque tollere sunt conati. RATHERIUS eam in rem librum edidit de contemtu canonum.

Incontinentia clericorum, invasiones bonorum, dignitatum, ac Simonia, quæ hæresis est dicta, argumentum fuit frequens conciliorum, & contentio pastorum. Ex gradibus cognationis ad usque septimum in concilio Confluentiæ matrimonium dirimere statutum est. Alia etiam de causis matrimonialibus in oriente, & occidente fuerunt habita, variæque ob frequentia schismata in ecclesia Romana, ac pontificum per fas nefasque surrogationes.

Romæ

An. 996. Romæ concilium habitum dicitur, q
ſtitutum fuerit, ut imperator deincep
ptem electoribus Germaniæ principibu
Ad an. 996. n. 10. ſeq. T. IX. conc. p. 516. tur. Quod negat PAGIUS, elector
legium ſerius inſtitutum eſſe docens.
tur autem in vita S. GREGORII
patriam ſuam, erat enim primus ex
nia pontifex, inſigni aliqua dignitate
volentem, prævio ſynodali judicio
conſtituiſſe, ut penes ſolos Germano
jus eligendi regem Romanorum, q
diadema a Romano pontifice acceptu
perator & auguſtus appellaretur.

## §. CXV.

Doctores tamen integritatem fidei conſervarunt, ſcriptisq; propagarunt.

Non fuit deſtituta hæc ætas
ſacra ſcientia pollentibus, qui
tionem fidei integram ad po
transmiſerunt, monaſteriis ſe
rium bonorum, & excellentiu
ſtorum exiſtentibus, qui fide
depoſitum fidei miniſtrarunt.

Commonſtrandum hoc præprimis e
tra obtrectatores, qui, faventibus hu
culi tenebris, facile errores quosque i
ſinuare potuiſſe calumniantur. Eo i
tem, quo proferre non poſſint exempl
que fateantur, hoc ſæculo obſcuro al
tius rebus detenta fuiſſe hominum ſtudia
diſquiſitionibus ſingularibus, & occu
bus ſublimibus, ſupponendum potius e
hæſiſſe eos tunc acceptis doctrinis.

Tantum reliquum eſt, ut oſten
etiamſi quis voluiſſet nova moliri, non

ti

tunc, qui in his ſtudium ponentes, ac eruditi, innovationi cuicunque obſtitiſſent. Qui in ſacris etiam ſcientiis monumenta ediderunt, atque ſacram explicarunt, & ad poſteros transmiſerunt doctrinam. In monaſteriis ſcientiæ tunc floruerunt, in Germania præſertim, & Gallia, indeque educati, atque litteris ſacratioribus innutriti paſtores fere repetebantur omnes, qui ſcholaſticis paulatim etiam velitationibus exercitati ſubtiliter perſpexiſſent, ſi quid avitæ traditioni adverſum irrepſiſſet.

NOTKERI duo, alter ineunte adhuc ſæculo, alter exeunte floruit, ille dum vixit ſcholas San-Gallenſes tunc celebres rexit, hic inde epiſcopus Leodienſis factus fuit, uterque in ſtudio ſcripturarum illuſtris. De priore edidit nobis BERN. BEZIUS tractatum de illuſtribus viris, qui ex intentione ſacras ſcripturas exponebant, aut ex occaſione quasdam ſententias divinæ auctoritatis explanabant. Unde quidem colligere licet, quam fuerit apis ſedula, mel divini verbi, ſacræque doctrinæ undique colligens. Inſcripſit autem opuſculum SALOMONI diſcipulo ſuo epiſcopo Conſtantienſi, cujus extant quædam carmina in lectionibus CANISII, & bibliothecis patrum: quorum in capite ſtatim præmittitur confeſſio fidei ſanctiſſimæ Trinitatis, & obligationis amoris DEI, & proximi, quibus rebus religio chriſtiana continetur. *T. I. Anecd. p. 1.*

In monaſterio Prumienſi etiam celebris ſchola erat, qua plures celebres viri prodierunt, atque inter hos REGINO: cujus extat chronicon ſæpius editum, ſeriem quandam chriſtianarum rerum inter alia exhibens. Inſignes etiam ſunt libri de eccleſiaſtica diſciplina, & religione *chriſtiana* canones conciliorum,

U &

& decreta patrum plurimis titulis complectens: & licet plurimam partem de sacramento pœnitentiæ tractet, alia tamen etiam miscentur, estque idipsum primarium fidei nostræ in CHRISTUM caput.

FULCO Remensis in ecclesia sua duplicem habuit scholam, ubi viri ecclesiastici ceu in seminario instituebantur. Is discipulum insignem habuit REMIGIUM Antisiodorensem, qui S. ODONEM Cluniacensem formavit in omni litteratura sacra, cujus excellentes præter alia extant libri de sacerdotio. Ubi inter alia errorem eorum refutatum it, qui etiam pro damnatis orari posse putabant, atque pro eis sacrificium offerri. Unde forte est, quod in missalibus quibusdam missa pro desperatis habeatur. Inde autem elucescit, quam attenti tunc fuerint doctores sanæ fidei, statimque se opposuerint, si quid ei adversum vel in angulis tantum mussitaretur.

Ita dum WALFREDUS quidam in resurrectionem corporum aliquid proferret, statim contra eum DURANDUS abbas Castrensis insurgit teste chronographo poeta. Dubitatque MABILLONIUS, an non GUILIELMUS incerti loci abbas contra eundem scripserit, cujus manuscriptum se possidere dicit.

*Spicil. T. VII. p. 341. Præf. in sæc. V. O. S. B. §. 3.*

RATHERIUS unus præstantissimorum doctorum hujus sæculi: cujus plura extant scripta, in quibus traditio sacræ ac ecclesiasticæ doctrinæ nominatim circa eucharistiam, in qua novationem cumprimis factam sensim sine sensu clamant, est luculenter asserta.

Idem de GERBERTO, seu papa SILVESTRO II. dicendum, cujus præter alia est tractatus de *corpore, & sanguine Domini*

sine

ſine auctore a P. CELLOTIO editus primum, a MABILLONIO abbati HERIGERO, qui idem argumentum tractavit; adſcriptus. Auctoritati ejus refragari non ſum auſus in *theologia veteri*, *& nova circa præſentiam CHRISTI in eucbariſtia.* Nunc autem perſuaſus ſum, eum eſſe GERBERTI, ſub cujus nomine eum invenit P. BEZIUS in manuſcripto Gottwicenſi, ediditque. Tres autem tunc agitatæ controverſiæ diſcutiuntur de euchariſtia, quo deveniat a chriſtianis ſumta, an in ſeceſſum abeat: an idem ſit corpus, quod natum ex MARIA V. an aliud quid. Transſubſtantiationem perſpicue docet, ac rationem oſtendit, juxta quam ſacramentum ſit, & figura in euchariſtia. Habetur etiam ejusdem GERBERTI profeſſio fidei inſignis. *T. I. Anecd. P. II. p. 132. &c.*

In Græcia duo commentariſtæ in ſacram ſcripturam claruerunt OLYMPIODORUS, & OECUMENIUS, ut taceam SIMEONEM METAPHRASTEN celebrem vitarum ſanctorum ſcriptorem, & alios ſcriptores hiſtoriæ Bizantinæ præſertim. Inter quos ANONYMUS quidam, & JOANNES monachus Hieroſolymitanus etiam contra Iconoclaſtas ſcripſerunt. Imperatores item Græci LEO, BASILIUS, CONSTANTINUS PORPHYROGENETA litteris inclaruerunt, etiam circa ſacra occupati.

# CAPUT V.

## *Status ecclesiæ, & fidei catholicæ seculo undecimo.*

## §. CXVI.

Status ecclesiæ in occidente & oriente confirmato schismate.

Sæculum hoc, ut sunt omnia humana vicissitudinibus perpetuo obnoxia, inter faustorum infaustorumque permutationes decurrit, hinc damna, illinc augmenta accepit ecclesia tam in occidente, quam oriente. Imperium, & sacerdotium inter se in occidente omnia commoverunt.

Tam Romana ecclesia, quam imperium optimos præsules, ac principes habuit, quemadmodum & cætera Europæ regna. At fuerunt etiam pravi, & ecclesiæ infesti. HENRICO primo imperatore, quocum iniit hoc sæculum, nihil sanctius, nihil religiosius, & erga ecclesiam devotius. Nec HENRICUS alter a pietate alienus fuit, schisma Romanum extinxit inter pontifices plures de Romana sede contendentes, inter proceres etiam imperii pacem restituit, habitis Constantiæ ad lacum Acronianum comitiis. Simoniacam labem, qua ipsa etiam Romana inficiebatur ecclesia, exterminare omnibus modis studuit: LEONIS præsertim IX. studia pro repurganda ecclesia, ejusque restituendo decore juvans. At

suc-

ſucceſſit HENRICUS IV. dictus inter reges, imperatorum hujus nominis tertius dicendus, ſi id mereretur: qui nunquam coronatus fuit a legitimo pontifice, ſed a GUIBERTO, quem ipſe antipapam conſtituit contra GREGORIUM VII.

Hic zelo reſtituendæ diſciplinæ ardens, imperatori ſeſe viriliter oppoſuit circa ſacra beneficia nundinanti, atque omnia venalia exponenti. Unde atrox iſtud inveſtiturarum bellum exarſit, quod diu divexavit eccleſiam. Erant Gregorio etiam domeſtica bella contra clericorum incontinentiam, Simoniam graſſantem, diſciplinamque corruptam. Hæc omnia reſtaurare magnis animis ſuſcepit, nullis deterritus malis, aut periculis capiti ſuo imminentibus, his præclaris verbis, in vita & poſt mortem clarus miraculis, immortuus: *Dilexi juſtitiam, & odi iniquitatem, propterea morior in exilio.* In aliis quidem Europæ regnis Gallico, Hiſpanico, Anglico proſper viſus eſt eccleſiæ ſtatus.

Orientalem eccleſiam præter invaſiones hoſtium extraneorum, ſchiſma internum demum conſumſit, & ab eccleſia penitus abſcidit, auctore Michaele CERULARIO. Qui neophytus ad patriarchale faſtigium elatus, non ſolum patriarchis reliquis Alexandrino, & Antiocheno ſuas prærogativas detraxit, ſed etiam novis animis in Romanam ſedem, eccleſiamque ſurrexit. Non tulit PETRUM patriarcham Antiochenum, communionis litteras ad Romanum pontificem dantem, eumque in ſacris diptychis commemorantem. Reliqui patriarchæ hucuſque communionem omnem cum Romanis pontificibus non ruperant. Putavit Petrus, cujus modo meminimus, *Cotel. T. II. monument. p. 145. &c.*

patriarcha Antiochenus responsione ad MICHAELEM, toleranda esse quædam in Romana ecclesia pacis caussa. *Ne, dum omnia requirimus*, sic finit epistolam, *omnia amittamus*. Male quidem eum habuit additio ad symbolum *Filioque*: cætera sanabilia, ac quædam dissimulanda putat. Nullum autem circa DEUM, aut fidem periculum esse existimat. At nihil profecit pacis hoc studium apud superbum CERULARII animum, nec etiam legati pontificii HUMBERTI, & aliorum. Nova prioribus adjecit, excogitavitque accusationum capita MICHAEL, atque schisma maxime cruentum confirmavit in æternum, abscisso ab ecclesia oriente.

Attamen ad finem hujus sæculi expeditione Gallorum, Italorum, Germanorum in Palæstinam novum regnum sub GODEFRIDO BULLIONEO captis, cum multis provinciis, Hierosolymis, instauratum est. Alibi etiam feliciter, cœpta propagandæ fidei studia, cesserunt apud Ungaros, Transylvanos, Wisigothos, Wandalos.

## §. CXVII.

Hæreses exortæ,

Hæresin novam excitavit hoc ævo BERENGARIUS circa præsentiam CHRISTI in eucharistia: alii veteres hæreses novis erroribus incrustarunt, circa pleraque christianæ doctrinæ capita.

Veteres BERINGERIUM dixerunt, a quo est Berengarianorum hæresis, a novatoribus resumta. Et quoniam sibi non constabat, initio

tio visus præsentiam realem omnino abnegasse, postea ab adversariis, atque argumentis eo deductus, ut tantum transsubstantiationem impeteret, utrorumque & Sacramentariorum, & Lutheranorum parens haberi potest. Nec mirum videri debet, eum versipellem in sententia cespitasse, qui non semel ejurato errore ad vomitum rediit: dicitur tamen demum sincere resipuisse. Nec sectam reliquit stabilem post se; atque ejus discipuli haud dubio ob magistri inconstantiam in varias abierunt sententias. *Berengariani*, inquit GUITMUNDUS, *omnes quidem in hoc conveniunt, quia panis, & vinum essentialiter non mutatur, sed ut extorquere a quibusdam potui, multum in hoc differunt, quod alii nihil omninino de corpore, & sanguine sacramentis istis inesse, sed tantummodo umbras hæc, & figuras esse dicunt. Alii vero, rectis ecclesiæ rationibus cedentes, nec tamen a stultitia recedentes, ut quasi nobiscum aliquo modo esse videantur. dicunt ibi corpus, & sanguinem Domini revera, sed latenter contineri, & ut sumi possint, quodammodo, ut ita dixerim, impanari. Et hanc ipsius BERENGARII subtiliorem esse sententiam ajunt.* Refert alios, qui BERENGARIO adversantes dicebant, ex parte panem, & vinum mutari, & ex parte remanere. Alii ex toto quidem mutari, sed cum indigni accedunt, iterum in panem, & vinum reverti.

*Lib. I. cont. Bereng.*

Altera hæresis circa eucharistiam ex consequenti doctrinæ prave sensit, Manichæorum nimirum propago, apud Aurelianos detecta, invecta per mulierem Italam, tum per LISOJUM, & HERIBERTUM propagata, postea ad rogum damnatos. Veritatem

Incarnationis, corporisque CHRISTI, & quæ per illud CHRISTUS gessit, negabant: baptismum, & euchatistiam rejiciebant: ejus loco cineribus infantis usi, qui in eorum abominandis conventibus promiscuo concubitu prognatus, ac in cineres redactus fuerat. Bona opera rejiciebant, cultum etiam sanctorum, ac sacra nostra.

Hi quidem in Galliis funditus sunt excisi; at sub finem hujus sæculi in oriente eadem aut similis secta sub Bogomilorum nomine erupit, ex Manichæorum, & Massilianorum abominationibus conflata: quam BASILIUS medicus quidam disseminavit. Eorum historiam refert ANNA COMNENA Alexaidos L. XV. errores EUTHYMIUS monachus in Panoplia recenset cum Gallorum Manichæorum convenientes erroribus, quibus circa sanctissimam Trinitatem Sabellianismum addebant, MICHAELEM verbum asserentes, quod pater æternus ex corde suo eructarit, qui descendens de cœlo per aurem V. MARIÆ dextram influens, carnem specietenus induerit.

*Panopl. tit. 23.*

In multis convenit cum his hæreticis (præsertim quatenus cum Messalianis faciunt Bogomili) GANGULPHUS Italus; sed ejus hæresis in diœcesi Cameracensi grassata est teste *Natali ALEX.* cujus sectarii justitiam quondam præseferentes, hac sola purificari homines asserebant, nullumque in sancta ecclesia aliud tolerabant sacramentum, nec sacrificium. Nullum cultum sanctis, aut imaginibus esse impendendum, nec pro defunctis orandum statuebant.

*Hist. sæc. XI.*

Errorem ROSCELLINI circa Trinitatem non eodem modo referunt auctores. DO-

DECHI.

DECHINUS in appendice *Mariani Scoti* dicit, eum agnovisse, in DEO tres personas esse tres res, ad invicem separatas, sicut sunt tres angeli, aut tres animæ, tresque deos vere posse dici, si usus admitteret. Quocum e diametro pugnare videtur error, quem de Incarnatione S. ANSELMUS singulari opere URBANO II. dedicato in ROSCELLINO damnat asserente, omnes tres personas fuisse incarnatas, cum Filius solus incarnari non potuerit propter unitatem essentiæ in tribus personis. ROSCELLINUS hic, in dialectica excellens, a multis parens theologiæ scholasticæ habetur. BULÆUS eum Nominalium institutorem dicit; fuit magister ABAELARDI, ambo autem corruptam Aristotelicam philosophiam cum theologia conjunxerunt, atque spinosis, inutilibusque quæstionibus theologiam onerarunt, ut suo loco dicemus. *Ad an. MXCIV.* *Hist. univ. Paris. ad annum MLVII.*

MICHAELI CERULARIO cum suis, qui schisma orientale resuscitavit, quæstione potissimum de azymo mota, errores gravissimi sunt imputati: Quod sicut Simoniaci donum DEI venderent: sicut Valesii hospites suos castrarent, & non solum ad clericatum, sed insuper ad episcopatum promoverent: sicut Ariani rebaptizarent in nomine SS. Trinitatis baptizatos, & maxime Latinos: sicut Donatistæ affirmarent, excepta Græcorum ecclesia, Ecclesiam CHRISTI, & verum sacrificium, atque baptismum ex toto mundo periisse &c. &c. *Spond. ad an. 1054.*

In occidente etiam varia hæresum nomina distribuebantur: Simoniaci sunt dicti, qui protectione antipapæ GUIBERTI freti prælaturas vendebant, ac alia beneficia. Reordinantes e contra appellabantur, qui Simonia-

cos pœnitentes recipere nolebant in gradibus nisi reordinatos. Novi Nicolaitæ dicti sunt clerici, qui fœminarum consortium presbyteris licitum esse volebant.

## §. CXVIII.

In conciliis damnatæ,

Conciliorum ingens numerus fuit celebratus præsertim a medio hoc sæculo: ubi vix annus elapsus est, quo non unum aut plura fuerunt habita, in causis ecclesiasticis omnis generis, præsertim contra ingruentes hæreses, & corruptionem christianismi.

*An.* 1017. Novi Manichæi detecti in Gallia in concilio Aurelianensi damnati sunt.

*An.* 1025. In concilio Atrebatensi GANDULPHI hæresis, christianismi præcipuam virtutem in sacramentorum efficacia pessumdans, est abjecta.

*An.* 1050. In causa Berengariana priora duo concilia celebrata sunt Romæ, & Vercellis, ubi LANFRANCUS est absolutus, quem nonnulli ejusdem erroris accusarunt, ac deteriorem etiam BERENGARIO habuerunt. Inde varia colloquia, & conventus habiti ob BERENGARIUM ad saniorem mentem revocandum sæpius admonitum. Parisios ad concilium vocatus non comparuit: in eo JOANNES SCOTUS damnatus. Postea Florentiæ, Rothomagi, & Turonis concilia celebrata sunt in eadem causa uno anno, quo in posteriore BERENGARIUS hæresin abjuravit:

vit: plerumque autem luculentæ fidei professiones sunt editæ, præsertim in Rothomagensibus duobus. Idem piissimi quique viri, ac episcopi præstiterunt, integritatem fidei publicis testimoniis contestati. In concilio Romano sub NICOLAO II. iterum solemniter BERENGARIUS hæresin abjuravit, formulam fidei conservavit nobis LANFRANCUS. Sed perfidus ille statim iterum datam fidem violavit. ALEXANDER II. biennio post iterum BERENGARIUM litteris ad officium revocare studuit, atque ad resipiscentiam. Postea in synodo Pictaviensi tanto animorum æstu ea causa est agitata, ut BERENGARIUS præsens vix non interemtus fuerit. Successerunt duo concilia Romana sub GREGORIO VII. in quibus singulis singulas fidei professiones emisit. Cum enim prior contra BERENGARII fraudes non sufficiens videretur, alia ei proposita est, quam quidem etiam sed non sincere subscripsit.

*An.* 1059. *An.* 1072.

Post mortem BERENGARII in synodo Placentina unacum aliis hæresibus etiam Berengariana est damnata. Ubi imperator ALEXIUS contra Saracenos auxilium petiit, & imperatrix PRAXEDIS querelas deposuit contra HENRICUM conjugem. Quod idem anno superiore eadem PRAXEDIS Constantiæ apud synodum fecit. Utrumque BERTHOLDUS Constantiensis testatur.

*An.* 1095.

Alia concilia non pauca sunt celebrata contra Simoniacos, incestuosos, id est, qui nuptias in quarto consanguinitatis gradu licitas existimabant, concubinarios, dictosque Nicolaitas, quæ singulæ, ecclesiæ refragariorum opinationes pro hæresibus sunt habitæ. Contra schismata item Romanæ ecclesiæ sunt

habi-

habita concilia. Quin etiam in concilio Barensi ad finem hujus sæculi cum Græcis de processione Spiritus S. disputatum est.

## §. CXIX.

Et a doctoribus fidei catholicæ vindicibus.

**Doctores illustres hoc etiam sæculo avitam doctrinam fidei ad posteros transtulerunt, & ab adversariis lacessitam propugnaverunt, in occidente potissimum, cum oriens schismate detineretur.**

P. I. §. 1.

MABILLONIUS in præfatione in sæculum sextum Benedictinum auctores collegit, a quibus hoc sæculo doctrina propagata est. Inter hos præter GERBERTUM Remensem, & NOTGERUM Leodicensem imprimis ABBONEM Floriacensem, & FULBERTUM Carnutensem commemorat. Uterque variis scriptis clarus, sed FULBERTUS imprimis theologicis rebus deditus fuit, a quibusdam accusatus, quod corpus CHRISTI ab indignis accipi non putaverit. Facile tunc fuit ante exortam hæresin BERENGARII, cujus magister fuit FULBERTUS, aliquid poni, quod postea in suspicionem venit. Sicut ipsi BRUNONI (qui cum REMIGIO Altisiodorensi a MABILLONIO inter præcipuos sanæ doctrinæ propagatores ponitur) & LANFRANCO accidit, cum BERENGARIO ejusdem hæresis primum accusatis, ille quod falso creditus fuerit BERENGARII discipulus; hic quod litteras ad BERENGARIUM adhuc non suspectum dederit, quo tamen nullus postea

ſtea fortior ejus adverſarius extitit. Ob methodum habetur etiam ſcholaſticorum anteſignanus. Ejus opera LUCAS DACHERIUS edidit, unacum aliis quibusdam ſcriptis ejus ævi de euchariſtiæ ſacramento. MABILLONIUS, loco a me laudato, refert auctores, qui contra BERENGARIUM ſcripſerunt, HUGONEM Lingonenſem, GUITMUNDUM, DURANDUM, ALBERICUM, ALGERUM, JORSALDUM Cluniacenſem &c. *Ib. §. 4.*

Contra Græcos ante omnes commemorandus eſt HUMBERTUS legatus Cpolin, qui de azymis, jejunio, ac alia contra Græcos ſcripſit. Hi contra Latinos acriter hoc tempore ſcripſerunt, MICHAEL CERULARIUS, NILUS de majorum patriarcharum ſedibus, NICETAS PECTORATUS de azymis. Fuerunt tamen etiam, qui in ſcripturas egregios commentarios dederunt THEOPHYLACTUS, NICETAS Heraclienſis.

Hiſtoricorum apud orientales, & occidentales magnus eſt numerus, inter illos excellit GEORGIUS CEDRENUS, inter hos HERMANNUS CONTRACTUS, GLABER RUDOLPHUS, MARIANUS SCOTUS, BERTHOLDUS CONSTANTIENSIS &c.

Qui autem theologica omnis generis tractavit præter alia PETRUS DAMIANI eſt, cujus opera pluribus tomis ſæpe ſunt edita. Nec tacendus hic eſt IVO CARNOTENSIS, licet enim jus canonicum præcipue tractarit, promtuarium eccleſiaſticæ diſciplinæ, in plurimis tamen doctrinam ſacram illuſtrat.

# CAPUT VI.

## *Fidei christianæ ratio, & conservatio sæculo duodecimo.*

## §. CXX.

Spes redintegrandæ ecclesiæ collapsa.

Novæ sæculo XII. sacerdotium inter, & imperium simultates, & bella gravia ecclesiæ fuerunt. Varia etiam fuit expeditionis in Palæstinam fortuna. Ecclesia quidem accessiones alicubi accepit, sed schisma orientale redintegrari non potuit.

Sæculo ineunte omnia prospera apparebant, Hierosolymitanum regnum fuit stabilitum. Armeniæ, & Syriæ legati Romam advenientes ecclesiæ reconciliari petierunt. Armeni cum suo *Catholico* episcopos mille numerabant: Syria Antiochenum patriarchatum reducebat. Affulgebat etiam spes integrum orientem ecclesiæ reuniendi, ac stabili pace consociandi. Misit eum in finem ADRIANUS legatos ad MANUELEM imperatorem Cpolitanum, nec difficiles videbantur pacis conditiones. BASILIUS ACRIDANUS tum magni nominis apud orientales archiepiscopus Thessalonicensis, ad quem legati etiam litteras pontificis ferebant, in sua responsione agnoscit, nullam esse de summa fidei dissensionem, sed de ritibus quibusdam tantum discrepantiam.

Promo-

Promovere poterant unionem expeditiones in orientem, quas pontifices apud principes occidentis totis viribus urgebant, at ſecus accidit. Imperatores Cpolitani gloriam, & imperium invidebant, nec parum conferebant, quo minus proſpere ſemper expeditiones ſacræ ſuccederent. Impedimenta etiam ſunt in occidente injecta.

Lites inter ſacerdotium, & imperium cum HENRICO IV. non exſpirarunt, in Anglia etiam, & Galliis fovebantur. Acrius autem quam unquam ante ſub FRIDERICO exarſerunt: unde nova ſchiſmata ipſam Romanam ſedem diſcerpſerunt, nec pax reddita firma fuit, nec pacis conditio, expeditio in orientem, felix: ac capta demum a SALADINO Hieroſolyma, unacum rege regnum illud diſſipatum eſt.

ALEXANDER III. alibi etiam apud extremam Indiam eccleſiæ inſtaurationem quæſivit, miſſa legatione ad PRESBYTERUM JOANNEM regem ſimul Indiarum, & Presbyterum Neſtorianum; quam veram eſſe ejus nominis explicationem ex ODDONE Friſingenſi ſynchrono diſcimus, quidquid alii contra ſenſerint. *Lib. VII c. 33.* Septentrionales etiam gentes Livones, Norwegi, Finlandi, Pomerani ad fidem chriſtianam adducti.

## §. CXXI.

Hæreſes deterrimæ aut recens exortæ, aut ab antiquis temporibus ſeminatæ novis moliminibus, noviſque erroribus auctæ eccleſiam infeſtarunt. Hæreſes veteres, & novæ

Adamitæ

Adamitarum TANCHELINUS auctor præterquam quod ministerium ecclesiasticum pro inani, ac perceptionem eucharistiæ pro nihilo habuerit, impudentissimus publicas constuprationes pro re spirituali venditavit, persuasitque. Tantæ auctoritatis Antwerpiæ fuit, ut aquam, qua corpus laverat, biberent, & pro sacris reliquiis haberent. Incedebat stipatoribus ter mille circumdatus, magnifico vestitu.

PETRUS ABAELARDUS ab aliis pro pessimo hæretico habetur, ab aliis excusatur. Judicio S. BERNARDI de Trinitate ut ARIUS, de gratia ut PELAGIUS, de Incarnatione ut NESTORIUS locutus est. Putat tamen DU-PINIUS, plerasque sententias ABAELARDI, in quibus errores hostes ejus denunciarunt, æquum censorem posse in commodiorem partem interpretari. Sed difficile sit contra tantorum virorum, conciliorum, & pontificum auctoritatem defensionem suscipere hominis ratione, & philosophia abutentis, qui omnia mysteria pervestigare, & suis philosophematibus incrustare, atque humanis conceptibus adaptare conatus est. *Est penes nos*, inquit P. MARTENIUS, *ejusdem ABAELARDI liber, in quo genio suo indulgens, omnia christianæ religionis mysteria in utramque partem versat, negans, quod asseruerat, & asserens, quod negaverat, quod opus aliquando publici juris facere cogitaverat noster ACHERIUS, verum serio examinatum æternis tenebris potius, quam luce dignum de virorum eruditorum consilio existimavit.* Qui in partes ABAELARDI inclinant, legant, quæ laudatus MARTENIUS de eo habet tum in hac præfatione, cum in observationibus præviis in ejus

*Bibl. T. IX. c. 7.*

*Præfat. T. V. Anecd.*

ejus theologiam christianam primum editam: unde novo argumento patet, an parens theologiæ scholasticæ habendus sit, nec ne?

Discipulum habuit ARNALDUM DE BRIXIA, qui canino dente famam omnium laceravit cleri, ac monachorum, eosque bonis omnibus spoliatos voluisset. *Præter hæc*, inquit OTTO Frisingensis, *de sacramento Altaris, & baptismo parvulorum non recte dicitur sensisse.* *L. II. c. 20.*

Idem OTTO errores GILBERTO PORRETANO (quos etiam sunt, qui excusare nitantur) objectos refert 1.) Quod assereret divinam essentiam non esse DEUM. 2.) Quod proprietates personarum non essent ipsæ personæ. 3.) Quod theologicæ personæ in nulla prædicarentur propositione. 4.) Quod divina natura non esset incarnata. 5.) Quod meritum humanum attenuando nullum mereri diceret præter CHRISTUM. 6.) Quod, ecclesiæ sacramenta evacuando, diceret, nullum baptizari, nisi salvandum. Palmaris vero error erat, quod divinitatem, DEIque proprietates, cum absolutas, tum relativas, DEUM non esse propugnabat, sed divinitatem esse formam, qua DEUS est; magnitudinem qua magnus, bonitatem qua bonus, paternitatem qua pater. Hæc ex S. BERNARDO discimus, qui eum fortiter impugnavit: scriptorum enim ejus nullum nobis suppetit, præter epistolam de eucharistia, quam DACHERIUS edidit, in qua luculenter asserit, corpus CHRISTI totum esse sub unaquaque specie, itemque corpus, & sanguinem CHRISTI esse sub specie panis, etiamsi vinum consecratum non adsit. *L. I. 50. de gestis Friderici.*

Venimus ad hæreses deterrimas ex antiquis deliramentis plerumque progerminatas.

EUDO seu EON DE STELLA, capta ta vanitate ex nomine suo Valentinianis usitato, ad suas emanationes designandas, nescio quid divinum se, ac discipulos suos venditavit *judicem vivorum*, *& mortuorum &c.* Quosdam discipulorum suorum angelos, alios apostolos; hunc sapientiam, illum judicium appellabat.

Petrobrussiani a PETRO de BRUIS sunt dicti; sicut ab ejus discipulo HENRICO etiam Henriciani vocantur. Parum abest, quin DU-PINIUS PETRUM de BRUIS hæreticorum omnium tunc perversas doctrinas invehentium habeat primipilum: tribuit autem ei, quod baptismum infantum rejecerit, adultos solos baptizandos voluerit, templa, & altaria destruenda, non adorandam crucem, nec celebrandam missam, aut eleemosynas, nec preces pro mortuis fundendas. Cæteri plerique hæretici tunc sacramenta, ritusque ecclesiæ damnabant. Nec alienus fuit a Manichaismo PETRUS de BRUIS, qui tunc iterum invalescebat, ut PETRUS CLUNIACENSIS testatur, qui recensionem errorum illius episcoporum judicio obtulit.

*T. IX. c. 6.*

Manichæi autem hoc ævo sub nomine Catharorum apostolicorum, & Albigensium grassabantur. Catharos dictos putat HENSCHENIUS a voce Germanica *Cater*, quæ felem masculum designat, quia nocte convenire soliti sunt. Quod verisimile haud sit, potiusque a singulari puritate, quam affectabant exterius, sic dictos puto, nomine haud insueto, nec Manichæis hoc primum sæculo indito, quamvis sese nunc maxime prodiderint, atque varias Italiæ, Galliarumque provincias invaserint. Unde iterum varias in sectas

*Ad diem 18. April. in notis ad vitam GALDINI.*

ctas abierunt, variaque nomina sunt indepti. Præterquam quod sacramenta rejecerunt, ac ritus ecclesiæ, cultumque imaginum, diabolum hujus mundi conditorem finxerunt, matrimonium damnarunt turpissimis libidinibus dediti, resurrectionem corporum, esum carnis, ovorum, & casei tanquam maximum scelus aliis criminibus, fraudibus, latrociniis &c. infames teste Aug. RICCINIO, qui nuperrime editis Ven. MONETÆ adversus *Romæ* Catharos, & Waldenses libris quinque, multa 1743. collegit ex antiquis monumentis, ad has hæreses spectantia, erroresque omnes indagavit.

Quoad Cathoros quin iidem sint cum Albigensibus vix dubium superest. Incertum autem est, an de Waldensibus idem dicendum, de quorum nequidem ortu nominis constat, an a vallibus, ac sylvis, germanice Wald, an a PETRO VALDO cive Lugdunensi: unde etiam pauperes de Lugduno sunt dicti, Leonistæ, item Sabatati, Insabatati: alii a sabbato, quod nullas præter Dominicum diem ferias admiserint; alii a Sabots calcei lignei genere sic dictos existimant. In clerum debachantes proprios habuerunt sacerdotes *barbas*, seu Barbatos dictos. Nec penes pontificem, aut ecclesiæ sacerdotes facultatem conficiendi corpus CHRISTI, atque absolvendi a peccatis existimabant, quod eorum vita ad apostolorum exemplum, & sanctimoniam minime exacta esset. Alia etiam pleraque eis communia erant quoad sacramenta, & ritus ecclesiæ cum Albigensibus, haud secus ac apostolicis, baptismum, purgatorium, & invocationem sanctorum rejicientibus, unacum matrimoniis, unde propius cum Albigensibus conveniunt: certiusque constat, eos Manichæorum erroribus participasse,

cipaſſe, qui matrimonium ceu rem malam abjiciebant (quod de *Durando de Valdach* etiam PRATEOLUS dicit) licet horrendis libidinibus in ſuis conventibus ſacris dediti eſſent. Quod etiam de ſectis hujus, & ſuperioris ſæculi dicitur, ut jam meminimus, in urbe Aurelianenſi primum detectis. Quare mirum non eſt, ob tanta flagitia igne, ac enſe ſeverius in hos fuiſſe animadverſum.

## §. CXXII.

Concilia. **Concilia generalia tria hoc ſæculo fuerunt habita Romæ in Laterano: pro publicis eccleſiæ negotiis, quibusdam etiam hæreticis damnandis, ac reſtauranda diſciplina eccleſiaſtica; quales cauſæ etiam in variis conciliis particularibus ſunt tranſactæ.**

Jam anno MCXII. Lateranenſia concilia duo pro libertate eccleſiæ contra HENRICUM imperatorem fuerunt celebrata, ubi privilegium circa inveſtituras fuit antiquatum: *Non a papa*, ut habet manuſcriptum coævum a BINIO prolatum, *quia juraverat ſe nunquam hoc facturum, ſed ab eccleſia injuriam ſui patris vindicante.* Alia paſſim in ea cauſa fuerunt celebrata concilia. Viſum nihilominus eſt, generale congregandum eſſe concilium, tum ut confirmaretur abrogatio inveſtiturarum ſecundum pacta inter CALLISTUM & HENRICUM jam inita; cum ut ſuccurreretur Palæſtinæ, & Hiſpaniæ, ſub infidelium tyrannide gementibus, atque diſciplinæ eccleſiaſti-

ſiaſticæ, quæ per clericorum Simoniam, & luxuriam corrupta erat, conſuleretur. Dicitur hoc generale IX. Lateranenſe I. celebratum anno 1122.

Huic anno 1139. ſucceſſit II. Later. generale X. ob ſchiſma PETRI LEONIS dicti ANACLETI: cujus acta reſciſſa ſunt, & ordinationes miſſæ in irritum. Jam is deceſſerat, & ejus ſucceſſor GREGORIUS cardinalis, VICTOR vocatus, faſces depoſuerat, inita cum INNOCENTIO II. concordia: opus autem viſum eſt, ad firmandam concordiam, concilio generali, ubi etiam hæreſis Petrobruſſianorum, & ARNALDI de Brixia damnata eſt, atque reſtauratio diſciplinæ eccleſiaſticæ ſuſcepta viginti ſex canonibus.

Concilium generale XI. Lateranenſe III. habitum eſt an. 1179. ut inita inter ALEXANDRUM III. & FRIDERICUM I. poſt diuturnum ſchiſma firmaretur concordia: errores Waldenſium, & Albigenſium damnarentur: reformarentur mores, uſura, Simonia, aliisque vitiis corrupti.

Eædem cauſæ in aliis paſſim conciliis ſunt actæ etiam fidei; ſed præſentibus plerumque ipſis Rom. pontificibus, quos tunc temporis cauſæ ſuæ alibi perſæpe quam Romæ eſſe compulerunt. Sic EUGENIUS III. interfuit concilio Pariſienſi, ubi GILBERTI PORRETANI doctrina eſt examinata. Treviros poſtea divertens, ac præſens in concilio S. HILDEGARDIS ſcripta, ac viſiones examinat. Idem EUGENIUS poſteà in concilio Remenſi EUDONEM ſeu EONEM damnavit, & finito concilio cauſam GILBERTI PORRETANI examinavit, ſymbolum

que S. BERNARDI contra illius errores unanimi consensu approbatum est. Waldenses etiam, & Albigenses in nonnullis particularibus conciliis sunt damnati Turonensi, Lumbariensi.

An. 1174. An. 1176. Non solum in occidente, sed etiam in oriente a nostris, præsertim pro unione imperii, & sacerdotii, tollendis schismatibus, quæ ab illis discidiis potissimum ortum traxerant proque reformatione morum, & disciplina restauranda concilia multa sunt habita.

## §. CXXIII.

Doctores illustres.

Doctores, qui dogmata christiana litteris concepta ad posteros transmiserunt, atque contra emergentes hæreses defenderunt, complures fuerunt: nec in oriente etiam defuerunt, qui fidei traducem integram posteritati transferre studuerunt.

S. HILDEBERTUS primum Cenomanensis, post Turonensis episcopus doctrinam christianam variis scriptis prosa, & metro commissam reliquit: cujus, quæ reperiri potuerunt, opera unacum opusculis MARBODI Redonensis episcopi HILDEBERTO supparis P. ANT. BEAUGENDRE e congr. S. MAURI Parisiis collecta edidit.

S. ANSELMUS Cantuariensis, a Laudunensi probe discernendus, glossa ordinaria, & comentariis in scripturam celebri, judice MABILLONIO primus ex scriptoribus Latinis argu-

*De stud. monast. L. II. c. 7.*

argumenta theologica methodo ſyſtematica tractavit. Quod tamen fecit ſparſim ſolummodo, pleraque theologica argumenta pertractans, quæ ordine collocata, ut ſyſtema aliquod theologicum referant, habentur in noviſſima editione P. GERBERONII.

Hoc tamen ipſo ſæculo PETRUS LOMBARDUS libris quatuor ſententiarum, quæ ante ipſum doctores ſparſim egerunt, ad conſummandam theologiam ſyſtematicam, unus præſtitit ac digeſſit materias theologicas. S. AUGUSTINO quoad doctrinam, & quoad methodum maxime eſt innixus, a quo & ordinem, ac totius operis diviſionem accepit ſecundum *res*, & *ſigna*, rebus iterum diſcriminatis in eas, quibus frui licet, & in eas, quibus uti tantum licet, h. e. rebus creatis. De rebus autem tractat prioribus tribus libris, quarto autem de ſignis, ac noviſſimis. In ſpinoſis quæſtionibus agitandis jam etiam ſuis exemplum præivit, non ſemper, ſibi hærendum ducens in neceſſariis religionis quæſtionibus, ad adiaphora divertens.

Sunt, qui GRATIANUM, ac PETRUM COMESTOREM geminos fratres PETRI LOMBARDI dicant indigno commento. Hoc commune habuerunt, quod optimis ſtudiis innutriti egregia ingenii monumenta reliquerint, hic in hiſtoriæ eccleſiaſticæ libris XVI. quibus rem ſacram a primordio mundi digeſſit: ille adhuc multo magis in decretorum canonicorum collectaneis, ſeu concordantia diſcordantium canonum: quo opere idem præſtitit in juris prudentia ſacra, quod PETRUS LOMBARDUS in theologia, unde *magiſter* κατ᾽ ἐξοχὴν dictus, quemadmodum ille *magiſter ſententiarum*: & longe

majorem operis sui gloriam usque in præsentem diem est adeptus, quam LOMBARDUS.

ROBERTUS BULLUS non est sejungendus a PETRO LOMBARDO, ac ei etiam præmittendus, qui itidem relicta patria Anglia ob civiles motus Parisiis, & postea reversus in patriam Oxoniæ cum magna celebritate publica in academia docuit, cujus extant libri sententiarum octo systematice digesti, nec, ut PETRI LOMBARDI libri, subtilibus, ac metaphysicis quæstionibus distenti, solida tractant, ac gravia argumenta. Edidit nuper cum PETRI Pictaviensis libro sententiarum P. CLAUDIUS MATHOUDIUS e congreg. S. MAURI.

Qui sanctorum patrum more non ita scrupulose methodum consectati, res christianas pertractarunt, fuerunt non pauci: ac primum RUPERTUS TUITIENSIS, cujus opera singulatim edita (præter doctissimos in sacram scripturam commentarios, cujus notitiam dicitur a B. V. M. hausisse) argumenta theologica pleraque complectuntur, ac dogmata præcipua christianæ religionis explicant sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis. BELLARMINUM secuti quidam ei gravissimum errorem imputarunt, quasi unionem hypostaticam agnosceret in eucharistia, sed inter alios eum defendit *Natalis ALEX.*

*Hist. eccl. sæc. XI. & XII. c. VII. art. 8.*

S. BERNARDUS abbas Clarevallensis nemini sanctorum patrum antiquorum, quando maxime floruit ecclesia, postponendus, infinita pro ecclesia gessit, ac scripsit. In omnibus negotiis ecclesiæ difficillimis, in propaganda fide, ac infidelitate extirpanda, in sedandis motibus, extinguendis schismatibus, propulsandis erroribus, celebrandis conciliis ipse suo tempore præcipuas semper curas gessit,

sit, atque summis pontificibus, totique ecclesiæ insignem navavit operam. Exegetica, homiletica, & dogmatica plurima scripsit, quæ in omnium manibus versantur, unctione S. Spiritus refertissima.

Ei amicitia conjunctus HUGO a S. VICTORE, alter AUGUSTINUS dictus, in scripturæ libros fere omnes est comentatus: & præter ascetica de plerisque theologicis argumentis profundissime scripsit.

Huic, & HUGONI de S. VICTORE familiaritate junctus RICHARDUS de S. VICTORE, id est, monachus S. VICTORIS prope muros Parisienses, in dogmaticis pariter, scriptis præcipue libris de Trinitate, & Incarnatione pluribus, ac in mysticis excelluit.

PETRI duo, alter CLUNIACENSIS dictus Venerabilis, alter BLESENSIS a loco natali dictus, in theologia insignes. Uterque contra hæreses varias, & infideles, Saracenos, & Judæos scripsit complura, suntque amborum opera non semel edita, & lectu dignissima.

Historici hujus ætatis SIGEBERTUS GEMBLACENSIS, GUILIELMUS MALMESBURIENSIS, OTTO FRISINGENSIS, ejusque continuator OTTO de S. BLASIO, ut alios taceam, etiam plurima insperserunt suis scriptis, quæ ad rem theologicam, ac dogmaticam spectant, negotiis publicis ecclesiæ implicata ac connexa.

Nec Græci sive in dogmaticis, sive in historicis muti fuerunt: ex quibus EUSTRATIUS metropolita Nicænus in philosophicis, & theologicis insignis perhibetur a LEONE ALLATIO. *De consensu L. II. c. 10.*

EUTHYMII jam mentionem injecimus,

X 5 qui

qui præter Panopliam adversus omnes hæreses, varios commentarios in sacram scripturam elucubravit.

Similiter CONSTANTINUS HARMENOPULUS dedit librum de sectis hæreticis præter promtuarium, & epitomen sacrorum canonum.

Jo. ZONARAS commentarios reliquit in canones apostolicos, & ecclesiasticos: condiditque annales ab orbe condito usque ad an. 1118.

MICHAEL GLYCAS pariter theologicis, & historicis fuit occupatus, quemadmodum alii strenue historiam Byzantinam sunt prosecuti.

Contra Latinos scripsit varia GEORGIUS metropolita Corcyrensis.

NICÆTAS Byzantinus pro concilio Chalcedonensi adhucdum decertandum habuit.

Inter omnes fere illustrissimus THEODORUS BALSAMON habetur commentariis in epistolas canonicas, & canones sacros.

---

# CAPUT VII.

## *Religionis christianæ facies sæculo decimo tertio.*

### §. CXXIV.

Fidei incrementa exigua.

Ecclesia sæculo decimo tertio bellis in oriente, & occidente cum apertis hostibus infidelibus, & hæreticis,

ticis, ac ſimultatibus inter ſacerdotium, & imperium perturbata, vix unquam reſpiravit; incrementa quidem quædam ſumſit, ſed plerumque inſtabilia fuerunt.

Omnia perſonabant claſſicis hoc ſæculo ad Saracenos in oriente, & Hiſpania expugnandos, late graſſantes. In imperio orientis factis diſcidiis commode uſi ſunt occidentales; a Francis, Venetisque Cpolis expugnata eſt duce BALDUINO, qui etiam poſtea, dum ISAACIUS a rebellibus occiditur, imperator eſt renunciatus, ſed a Saracenis captus miſere periit.

Nihil ea res ad ſchiſma orientem inter, & occidentem tollendum conferre potuit, nec legationes variæ, ac concilia, quam etiam pax, & unio jam firmata videretur inita a MICHAELE PALÆOLOGO, ſubditis detrectantibus.

Simultates inter FRIDERICUM II. & pontifices obſtaculo fuerunt, proſperis contra Saracenos in oriente ſucceſſibus: cum imperarator ad exolvenda vota contra illos incitatus ſimulate tantum ageret, & remiſſe, cum maxime ſpes affulgeret, & ipſi hoſtes de ruina timerent. Teſte monacho Kirskartenſe ad an. 1247. in comitiis epiſcoporum ad Rhenum decretum fuit, ut ii, qui WILHELMUM electum Romanorum regem ſectarentur *timentes DEUM* appellarentur, ii autem, qui FRIDERICUM ejus filium & familiam ſequerentur *non timentes DEUM* dicerentur, qui ſummum pontificem totis conatibus inſectabantur, ejusque auctoritatem imminutum ibant.

S. LUDOVICUS Galliarum rex in oriente christianam rem totis viribus agebat, sed successus non respondit. Tandem omnes terræ illæ in hostium potestatem iterum redactæ fuerunt; in Hispaniis autem repulsi quidem, sed expulsi penitus non sunt.

Nec etiam stabiles fuerunt conversiones Armenorum, Tartarorum, patriarchæ Jacobitarum illarum partium.

Erant in Galliis hostes interni Waldenses, & Albigenses, contra quos etiam sacrum bellum indictum, cum viderentur non minus damni illaturi ecclesiæ, quam Turcæ, ac Saraceni, nisi coercerentur. Palam ecclesiam Romanam a CHRISTO defecisse, & diaboli sponsam, scholamque dicebant, & clerum omnem calumniabantur. Primo quidem missi sunt, qui persuasionibus uterentur. Disputationes etiam, & colloquia mutua instituta; nihilque residui fuit, quod ad eos revocandos conferri potuit, opera præsertim S. DOMINICI, nec frustranea: utpote qui ad centum millia eorum convertisse dicitur.

Orta hinc est institutio ordinis Prædicatorum & tribunal inquisitionis hæreticæ pravitatis. Cui cum obsisteret comes Tolosanus RAYMUNDUS, e medio etiam sublato PETRO de CASTRO-NOVO pontificio legato, reconciliatus autem, conditionibus stare detrectaret, ad extirpandos hæreticos, contra eum sunt arma sacra conversa a SIMONE comite MONTFORTIO, cujus præcipue zelus in debellandis hæreticis enituit. In Allemania etiam tota, refert auctor gestorum archiepp. Moguntinorum, hoc sæculo contra hæreticos ortam esse persecutionem, plurimosque eorum exustos esse per integrum triennium.

*Apud Marten. collect. ampliss. T. IV. p. 240.*

§. CXXV.

## §. CXXV.

Hæreses variæ, & superstitiones abominandæ & publice grassabantur, & occulte serpebant: quibus detegendis, ac eliminandis studium præsertim Romanorum pontificum invigilabat, quibuscunque demum expugnandi forent armis. Hæreses deterrimæ.

Qui Albigenses ex Waldensibus ortos esse statuunt, illos ad hoc sæculum rejiciunt, in quo certum est eos maxime grassatos esse, & sub nomine Albigensium innotuisse Manichæorum propaginem, de qua sub variis Pauliciniorum, Catharorum &c. nominibus in superioribus diximus. Cum nominibus autem plerumque quasdam mutationes, additionesque in doctrina faciebant. Omnia eorum deliramenta afferre tædiosum foret. Hoc sæculo singularem ostentarunt maledicentiam in ecclesiam, quam apostatasse prorsus dicebant. *Vid. Nat. Alex. hist. eccl. sæc. XIII. &c. c. 3. art. I. §. 1. &c.*

Merito quis ambigat, an cum his copulandi sint, Gallias potissimum infestantes, alii in Germania passim deprehensi, de quibus in gestis Trevirensium archiepiscoporum dicitur, fuisse Treviris hoc sæculo tres hæreticorum scholas. *Nam*, ut habent gesta illa, *exusta est ibi fœmina quædam LUCHARDIS, quæ sanctissimæ vitæ putabatur, quæ incredibili lamentatione lugebat luciferum injuste de cœlo detrusum, quem volebat denuo reptorare in cœlum. Neque mirum fuit de aliis civitatibus, cum in ipsa Roma nonnullos infectos fuisse in suis litte-* *Apud Marten. collect. amplis. T. IV. p. 243.*

ris

*ris papa pronunciaverit. Et plures erant sectæ, & multi eorum instructi erant Scripturis sanctis, quas habebant in Teutonico scriptas, vel translatas. Et alii eisdem baptisma iterabant, alii corpus Domini non credebant, alii corpus Domini a malis sacerdotibus non posse confici dicebant, alii indifferenter corpus Domini a viro, & muliere, ordinato, & non ordinato, in scutella, & calice, & ubique locorum posse confici dicebant; alii confirmationem, & inunctionem superfluam judicabant; alii summo pontifici, clero, & religioni derogabant; alii defunctis suffragia ecclesiæ prodesse negabant; alii matres proprias, redimentes consanguinitatem, quæ ibi erat, per* 18. *denarios, in conjugium sumebant; alii pallidum hominem, vel etiam cattum osculabantur, & adhuc pejora faciebant; alii dies omnes æquipendentes feriari, aut jejunare nolebant, unde & diebus festis operabantur.* Hæc auctor ille quisquis est, qui tamen non omnes, sed præcipuos tantum articulos recensuisse se dicit. Eosdem, ac alios refert TRITHEMIUS sub nomine Lollardorum in chr. Hirsaug. ad an. 1315. iisdem fere verbis.

*Apud Marten. anecd. T. I. p.* 950.

GREGORIUS IX. epistola ad HENRICUM FRIDERICI imperatoris filium recenset abominandæ sectæ in Allemannia grassantis errores, & superstitones diabolicas, quæ eadem haud dubie est ac Fratricellorum, & in multis cum superioribus convenit. Quædam ex pontificis epistola nunc primum edita, quantum pudor sinit, referre libet:

*P.* 551.

*Hujus pestis initia talia perferuntur. Nam dum novitius in ea quisquam recipitur, & prædictorum primitus scholas intrat, apparet ei quædam species ranæ, quam bufonem consueve-*

*ſueverunt aliqui nominare. Hanc quidam in poſterioribus, & quidam in ore damnabiliter oſculantes, linguam beſtiæ infra ora ſua recipiunt, & ſalivam. Hæc apparet interdum in debita quantitate, & quandoque in modum anſeris, vel anatis; plerumque etiam furni quantitatem aſſumit. Deinde novitio procedenti occurrit miri palloris homo, nigerrimos habens oculos, adeo extenuatus, & macer, quod conſumtis carnibus ſola cutis relicta videtur oſſibus ſuperducta. Hunc novitius oſculatur, & ſentit frigidum ſicut glaciem; & poſt oſculum catholicæ fidei memoria evaneſcit de ipſius corde totaliter. Ad convivium poſtmodum diſcumbentibus, & ſurgentibus, completo ipſo convivio, per quandam ſtatuam, quæ in ſcholis hujus eſſe ſolet, deſcendit retrorſum ad modum canis mediocris catus niger retorta cauda; quem a poſterioribus primo novitius, poſt magiſter, deinde per ordinem ſinguli oſculantur, qui tamen digni ſunt, & perfecti.... Et his ita peractis extinguuntur candelæ, & proceditur ad fœdiſſimum opus luxuriæ &c.* P. 552.
Refert ibidem pontifex, eos corpus Domini ſingulis annis in paſcha de manu ſacerdotis recipere, & illud ad domos ſuas ore portantes, in latrinam projicere: dicunt etiam, violenter, & doloſe contra juſtitiam DEUM LUCIFERUM in inferos detruſiſſe. In hunc, L. c.
verba habent epiſtolæ, *credunt etiam miſeri, & ipſum affirmant cœleſtium conditorem, & adhuc ad ſuam gloriam, præcipitato Domino, rediturum, per quem, cum eodem, & non ante ipſum, ſe ſperant æternam beatitudinem habituros.*

Hæc horrenda ſunt, quæ nōn audeo Beguardis, & Beguinis imputare, quos, ſunt,

qui cum Fratricellis conjungunt: *Qui*, ut de illis habet concilium Biterrense can. IV. *conventualia probibita facientes*, *&* *frequentes de nocte officium prædicationis verbi DEI temere usurparunt &c.* Illi sibi de consummata perfectione in hac vita blandiebantur quidem; at non constat tales perfectos habitos apud eos fuisse, de quibus pontifex loquitur.

*Apud Marten. anecd. T. IV. p. 226.*

Forte ex his orta est Flagellantium secta, quæ hoc sæculo varios motus excitavit, quos etiam Beguardos, item Plagiferos, Cruciferos, Crucifigeros, Crucifratres, Circumcelliones, Fratres in albis &c. vocabant, distinguendi a Flegelorum, & Benglerorum nominibus, qui hoc tempore tumultus excitantes, in alios potius, quam se ipsos sæviebant. Flagellantes exorti sunt a RAINERIO quodam monacho, primum in Italia ad immanem hanc pœnitentiam hortante, Gallias, & Germaniam pervadente, qua breviter superstitione ex omni genere, sexu, & ætate abrepti sunt homines, qui sub religionis specie varia crimina committebant, atque in flagellatione totum christianismi mysterium reponebant, quasi baptismus hic sanguinis succedat baptismo aquæ. Bini ac bini procedebant, habitu lugubri, & cantu.

CÆSARIUS Heisterstettensis in suis dialogis refert errores cujusdam MAURI, qui dicebat, si ADAM non peccasset, sexus distinctionem non futuram fuisse: ac beatos DEUM non visuros nisi per creaturas. Negabat etiam resurrectionem corporum, & transsubstantiationem. His addebat DAVID de Dinan, DEUM esse materiam primam.

Circa institutum religiosorum, ac mendicantium, varii hoc sæculo exorti sunt errores. Ordini-

Ordinibus mendicantibus maxime se infestum præbuit GUILIELMUS de S. AMORE habitualem non actualem paupertatem eligendam esse dictitans: plures alios errores ex ejus libris excerptos Romano pontifici damnandos offerebant Dominicani, præsertim ex illo, quod de periculis ultimorum temporum scripsit.

Eum tamen sunt, qui excusent, haud secus ac JOACHIMUM abbatem, qui magistrum sententiarum erroris petens circa Trinitatem, quasi quaternitatem induceret, essentia divina a personis distincta, ipse accusatus est, & ejus liber damnatus. Eidem a quibusdam liber attribuitur inscriptus: *Evangelium æternum*, in quo tum alii, tum hic palmaris error deprehendebatur, legem CHRISTI imperfectam esse, perfectiorem autem longe successuram Spiritus sancti: certe propugnatores hujus libri Joachitæ, vel potius Joachimitæ sunt dicti. *Vid. Nat. Alex. hist. sæc. XIII. c. 3. art. 3. & 7.*

GERARDUS SAGARELIUS ob suos errores combustus vota vituperabat, atque conjugium posse dissolvi a sectam suam sequentibus dicebat. Nihil esse in crastinum servandum, omnia in commune esse habenda, etiam uxores, ut apostoli fecerint; decimas non esse solvendas; ecclesias esse inutiles &c. quos errores late disseminavit DULCINUS.

ALMARICUS, qui ob librum pantheisticum, cui nomen *Pisum*, Parisiis combustus fuit, docuit, quemlibet christianum ceu fidei articulum credere debere, se esse membrum JESU CHRISTI. Ejus discipuli alios adhuc addebant errores, quos inter sunt, quod præsentiam CHRISTI in eucharistia negarint, asseruerintque per OVIDIUM DEUM æque locutum esse, ac per AUGUSTINUM *Du-Pin. Bibl. T. X. c. 8.*

quod Romanum pontificem antichristum, Romam Babylonem &c. appellarint.

Scripta ARISTOTELIS varia hoc tempore apud christianos subierunt fata: nec non scripta RAYMUNDI LULLI.

Hoc etiam sæculo famosus *de tribus impostoribus* liber in lucem prolatus fertur, cujus auctorem ipsum FRIDERICUM imp. faciebant, qui saltem eum scribi curarit per AVEROEN quem alias pantheistam fuisse volunt.

## §. CXXVI.

Concilia celebria.

Concilia generalia tria hoc sæculo fuerunt habita, Lateranense IV. quod etiam absolute Lateranense solet dici, Lugdunensia duo, I. & II. in causis gravissimis ecclesiæ, fidei propagandæ, hæresum extirpandarum, unionis, & pacis ecclesiasticæ restituendæ, morum ac disciplinæ reformandæ. Quæ ipsa in conciliis etiam particularibus sunt agitata.

*An.* 1215. Concilium generale XII. congregavit INNOCENTIUS III. celeberrimum, celebratumque est in Basilica Lateranensi a patribus plusquam quadringentis. Mox capitulo primo habetur confessio fidei de SS. Trinitate, de rerum omnium creatione, Verbi divini Incarnatione, reali præsentia in eucharistia, definita transubstantiatione, contra Albigenses, aliosque hæreticos, qui in his articulis a vera fide aberrarunt.

Capi-

Capitulo ſecundo damnatur libellus JOACHIMI abbatis, PETRO LOMBARDO hæreſin imputantis, quod docuiſſet, eſſe quamdam ſummam rem, quæ nec generaret, nec eſſet genita, nec procedens. ALMARICI etiam doctrina ut inſana, & hæretica eſt reprobata &c.

Expeditio in terram ſanctam cum neceſſariis ſubſidiis decreta eſt, atque contra Simoniam, circa formam judiciorum eccleſiaſticorum &c. ſexaginta novem canonibus varia ſunt ſancita pleraque in decretales GREGORII IX. relata. Hinc, quando in jure canonico Lateranenſe concilium præciſe citatur, hoc quartum eſt intelligendum.

Concilium generale XIII. Lugdunum eſt convocatum ab INNOCENTIO IV. In eo de mediis eſt deliberatum adhibendis contra hoſtes chriſtiani nominis Saracenos, qui iterum terram ſanctam occupaverant; Tartaros qui Poloniam, Hungariam, & finitimas regiones infeſtabant; item circa unionem eccleſiæ Græcæ, ſchiſmate indies invaleſcente. Potiſſimum autem contra FRIDERICUM II. ejusque in eccleſiam tyrannidem, & contemtum querimoniæ ſunt motæ &c. item de corruptæ diſciplinæ, ac morum ſtatu &c. *An.* 1245.

Concilium generale XIV. iterum Lugduni fuit habitum ſub GREGORIO X. feliciore in plerisque ſucceſſu, quam ſuperius. Eo durante non ſolum RUDOLPHUS HABSPURGICUS imperator cancellarium ſuum ad pontificem miſit, ut ſuo nomine obedientiam, & fidelitatem promitteret; verum etiam ſeſſione III. legati Græcorum Lugdunum adventantes, in ſinum & unitatem eccleſiæ ſunt *An.* 1274.

recepti. Sessione IV. annihilavit pontifex litteras ad imperatorem adversus Græcos scriptas, quos se submissuros esse non crediderat.

Prælectæ etiam sunt regis sive Chami Tartarorum litteræ, qui legatos pontificis ad se invitaverat, eosque postea missos honorifice excepit.

In solemni missa, quam pontifex celebravit, in symbolo Græce, & Latine decantato ter verba illa a Græcis repetita sunt, *qui a Patre, Filioque procedit*, schisma ejuratum, Romanæ ecclesiæ fides suscepta, Romani pontificis primatus agnitus, &c. Fides catholica definita est de processione Spiritus S. a Patre, & Filio, tanquam uno & non tanquam duobus principiis, edito canone, cum aliis multis ad disciplinam spectantibus, sed Græci eam non susceperunt, nec imperator MICHAEL PALÆOLOGUS in ea permansit, licet ab eo nunquam discessurum jurisjurandi religione se obstrinxerit: quare postea a MARTINO IV. excommunicatus est.

Concilia particularia non pauca sunt celebrata non solum pro disciplinæ, & morum reformatione ob late grassantem Simoniam, & concubinatum, ac alia disciplinæ capita circa bona, & judicia ecclesiæ; verum etiam in caussis fidei contra hæreticos, & infideles, ut coercerentur, atque ecclesiæ per eos illata sarcirentur damna.

## §. CXXVII.

Ac doctores insignes.

Doctores hoc sæculo præstantissimi fuerunt, qui doctrinam christianam integram conservarunt, & contra

tra adversarios defenderunt, theologia systematice pertractata juxta *Petri* LOMBARDI, & D. THOMÆ ductum, quin necessariis omissis in solis adiaphoris hærerent.

Post PETRUM LOMBARDUM jam præcipuum studium fuit theologorum in systema redigendi artem suam, ac ordine materias tractandi, qualem a magistro suo sententiarum adumbratum invenerunt, in quem plerumque commentati sunt. Inter hos ALEXANDER DE ALES, doctor irrefragabilis dictus, jussu INNOCENTII IV. quatuor in libros sententiarum commentarium scripsisse dicitur; seu summam theologiæ in quatuor partes distributam: quem deinceps hoc sæculo plures sunt secuti ALBERTUS M. S. BONAVENTURA, HENRICUS Gandavensis, RICHARDUS de media villa, usque ad S. THOMAM.

Deinceps secuti sunt magistrum plerumque doctorem hunc Aquinatem D. THOMAM scholastici. Qui præter commentarios in magistrum sententiarum, summam scripsit præstantissimam, in qua optimo ordine materiæ theologicæ omnes sunt digestæ. Superiore quidem ævo eam D. THOMÆ abjudicare voluit Jo. LAUNOJUS, quod CLEMENS IV. ejus opera recensens summæ non meminerit, & in VINCENTIO Bellovacensi, qui quadruplex hoc ævo *speculum doctrinale, historiale, naturale, morale* scripsit, pleraque reperiantur, quæ in secunda secundæ habentur. Qua in re tamen causam D. THOMÆ multi egerunt, inter quos NATALIS ALEXANDER LAUNOJO opposuit disserta-

tationem, quæ ejus hiſtoriæ eccleſiaſticæ eſt inſerta. S. THOMAS, licet contra gentes ſummam ſuam ſcripſerit, ubi ratione agendum fuit, veros tamen fontes non negligit, & in ſcripturam ſacram varios commentarios edidit.

Alii etiam ſimul plerumque in ſcripturas ſunt commentati, aut ſingulares tractatus theologicos ediderunt. Multique fuerunt doctores hoc ævo, qui ſacram doctrinam miſſo PETRO LOMBARDO multis in argumentis illuſtrarunt. Inter hos ſunt STEPHANUS LANGTONUS, ALEXANDER NECKAM, quorum commentarii in pleroſque ſac. ſcripturæ libros in variis bibliothecis Angliæ, ubi ſcripſerunt, manuſcripti extant cum aliis operibus. ALANUS de INSULIS, JACOBUS de VITRIACO, quorum haud vulgaria edita ſunt opera.

S. ANTONIUS de Padua in converſione infidelium, & hæreticorum illuſtris, cujus opera omnia unacum operibus S. FRANCISCI Aſſiſinatis junctim ſæpius ſunt edita, quemadmoodum etiam S. BONAVENTURÆ opera pluribus tomis proſtant, quibus omnem materiam theologicam exhauſit.

GUILIELMUS Pariſienſis probe diſtinguendus a GUILIELMO de S. AMORE, plurima ſcripſit dogmatica, partim conjunctim, partim ſeparatim in lucem edita.

Quemadmodum vero ſuperiore ſæculo quod in theologia PETRUS LOMBARDUS, id GRATIANUS in ſacris canonibus colligendis parte inſigni theologiæ præſtitit; idem hoc tempore RAYMUNDUS de PENNAFORT egit in decretalibus pontificum Romanorum: cui jungendus eſt JO. SEMECA

lux

lux decretorum; HENRICUS de SEGUSIO dictus splendor, & fons juris.

Multi pro defensione fidei contra hæreticos, & infideles scripserunt: inter hos celebris est RAYMUNDI MARTINI *Pugio fidei*; quo deinceps auctores plurimum sunt usi,

Multi item ex bibliothecis nostro ævo extracti, ac editi sunt libri contra Waldenses, Albigenses, & alios ejus ætatis hæreticos.

Inter Græcos fuerunt, qui pro Latinis scripserunt, ex quibus præcipuus JOANNES BECCUS seu VECCUS Cpolitanus patriarcha unionis studiosissimus factus, lectis NICEPHORI BLEMMIDÆ in eodem argumento scriptis. Cujus rei causa postea relegatus fuit cum CONSTANTINO MELITENIOTA, GEORGIO METOCHITA.

Non sunt penitus omittendi historici, qui solent miscere etiam dogmatica. Inter quos JACOBUS de Vitriaco, MATTHÆUS Paris. MARTINUS Polonus &c. ex Græcis NICÆTAS Acomiatus, GEORGII duo Acropolita, & Pachymeres.

---

# CAPUT VIII.

## *Ecclesiæ, & doctrinæ christianæ, theologiæque ratio sæculo decimo quarto.*

## §. CXXVIII.

Gravissimis malis pressa detinebatur sæculo XIV. ecclesia semper magis

Turbatus ecclesiæ status ma-

maxime ob schisma magnum.

magis magisque, dum, inveterato schismate orientali, labente sæculo magnum illud occidentale accessit inter pontifices Romanos, nullo quidem fidei, pacis autem, ac floris, vigorisque ecclesiastici maximo detrimento.

In oriente christiani schismatici cervicibus suis incumbentes Mahumedanos patiebantur, ex quibus Ottomanidæ caput extulerunt, longe lateque dominatu protenso. Intestina quidem eorum dissidia spem erexerant, atque ad bella sacra occidentem etiam non semel excitaverant, sed nullo, aut frustraneo successu. Unum solatium attulit prosper successus missionis JOANNIS de MONTE CORVINO Minoritæ, in Æthiopia, Persia, India, & Tartaria multis millibus CHRISTO nomen dantibus, & baptizatis: rege etiam quodam ex secta Nestorianorum, qui erat de illustri genere regis magni presbyteri JOANNIS, ad catholicæ ecclesiæ gremium redeunte.

Pontifices ab ineunte sæculo classicum canebant ad bellum sacrum, reges & principes per litteras, & nuncios hortantes. Spes etiam, & desiderium injectum imperii Cpolitani, sed frustranea. Aliquando quidem reges Franciæ, Cypri, & Daciæ contra Turcas cruce a pontifice sunt signati, sed mors inopina duorum præcipuorum frustravit eventum.

Maximum autem impedimentum injecerunt propiores curæ, & intestina mala, simultates pontificum cum principibus. A fine superioris sæculi inter BONIFACIUM VIII. & PHILIPPUM PULCHRUM acerrimæ fervebant

bant lites, ob fines potestatis sacræ, & profanæ, quos excedere pontifices videbantur. Eadem causa fuit mali adhuc majoris, contentionumque inter JOANNEM XXII. & LUDOVICUM BAVARUM: dum ille hunc imperii, hic illum ecclesiæ regimine, hæresis etiam petitum, privare conatus est, constituto antipapa, qui tamen pœnitentia ductus, deposuit tiaram, veniam deprecatus.

Aliæ intestinæ non defuerunt turbæ ex opinionum variarum novitate, aut etiam sectarum jam antiquatarum novis moliminibus, Flagellantium inter alios, passim per Germaniam, Galliam, Ungariam circuientium.

Sed omnium deterrimum successit malum, ac tempora funestissima, schismatis magni occidentalis: de quibus, teste PHILIPPO BRIETIO in Annalibus, Card. BARONIUS JACOBO SIRMONDO moriturus significavit, nihil se æque formidasse, quam pertingere tempus schismatis illius, de quo quid statuendum, non esset libere pronunciaturus. Nec hoc adhuc tempore inter tot contendentes pontifices, quis verus, ac unicum ecclesiæ semper caput fuerit, facile decernere licet, inter URBANUM VI. BONIFACIUM IX. INNOCENTIUM VII. GREGORIUM XII. GREGORII XI. successores Romæ, CLEMENTEM VII. & BENEDICTUM XIII. Avenione sedentes: dum postea in concilio Pisano utroque GREGORIO XII. & BENEDICTO XIII. deturbatis, ALEXANDER V. electus, ejus autem successor JOANNES XXIII. in concilio Constantiensi sequenti demum sæculo exauctoratus est.

Schisma hoc totam ecclesiam in partes distraxit, dicitur etiam Avenionense, quod inde causa schismatis nata esset, ibique ipsum schisma diu foveretur. A CLEMENTE V. usque ad GREGORIUM XI. plures pontifices Avenione sedem suam fixerant. Post mortem GREGORII XI. qui Romam hortatu præsertim S. Catharinæ Senensis sedem restituit, Romani formidantes, ne idem contingat, si alius quam Italus in pontificem assumeretur, electionem turbarunt, vique cardinales (qui Gallum alias designaturi erant, utpote quorum major erat ex cardinalibus pars) adegerunt, ut BARTHOLOMÆUM BRIGNANO, subito inter tumultus pontificem proclamarent, hominem insignibus virtutibus ornatum, & juris consultissimum, quem sperarant probe agniturum, quæ per vim facta sint, robur non habere. At BARTHOLOMÆUS aliud nomen URBANI VI. assumens, totus mutatus subito, truculentia cardinales irritavit, ut conspiratione adversus eum facta, Roma excederent, palamque pronunciarent, verum papam eum non esse, electum a vim passis. In ejus locum elegerunt CLEMENTEM VII. dictum. At dum uterque regna quædam christiana sub obedientia haberet, ingravescit schisma. Paulatim atrox URBANUS partem suam diminuerat, deficiente etiam Gallia, ac CLEMENTEM VII. suscipiente. Variæ propositæ sunt viæ ad extinguendum schisma per cessionem, compromissum, aut concilium. Optimum fuisset consilium, mortuo uno contendentium alterum non eligere; at secus factum, CLEMENTI VII. subrogatus BENEDICTUS XIII. URBANO VI. BONIFACIUS IX.

IX. & alii consequenter. Sicque schisma continuatum proximum adhuc afflixit sæculum, ut videbimus.

## §. CXXIX.

Præter detestandas sectas, & superstitiones, quæ ex superiore sæculo residuæ late serpebant, alii etiam errores, & hæreses sunt exortæ, inter quas Wicleffistica novatoribus nostris in concutiendo integro ecclesiæ statu prælusit. Et hæreses.

Fratricellorum, Beguardorum, & Beguinarum, Dulcinistarum abominationes sub specie pietatis hoc sæculo passim obtinebant. Quod si vera sunt, de quibus accusabantur Templarii, ordo equitum templi Hierosolymitani, omnium nequissimi fuerunt, CHRISTUM abnegantes, crucem conspuentes, christianismum Saracenis prodentes, homicidæ crudeles, & sacrilegi, qui novitios, eorum ordinem deserere volentes, item infantes ex meretricibus natos trucidarent, Fratricellorum erroribus imbuti &c. *Vid. Ann. Hirsaug. ad annum* 1306.

DU-PINIUS plerosque hujus sæculi hæreticos in errores abductos vult, quod plurimi monachi superiorum imperium detrectantes, majorem perfectionem, vitamque puriorem obtendentes, ex monasteriis abeuntes, suis cupiditatibus indulserint: auctores præcipuos facit *Petrum de Macerata*, & *Petrum de Foro Sempronio* (quibus addi debet *Jo. Petrus* *Bibl. T. XI. c. 8.*

Olivi

*Olivi*) qui COELESTINUM V. circumvenerunt, ut eis vitam solitariam agere concederet. Sed semper magis magisque præcipites sunt dati, nullo virtutibus statuto pretio, pro nihilo habentes sacramentorum usum, perfectionem tamen summam jactabant.

*Apud Marten. collect. ampliss. T. IV. p. 581. &c.*

Lollardorum errores, blasphemias, & abominandas turpitudines TRITHEMIUS refert, ut jam memini, conformiter omnino illis, quæ annales Novesienses ad an. 1315. de detectis in civitate Cremensi Pataviensis diœcesis in ducatu Austriæ referunt. In antiquis synodalibus diœcesis Constantiensis singulari titulo leviora de Lollardis referuntur. *Qui missas vanitatem esse dicebant*, verba annalium describo eadem omnino, quæ TRITHEMIUS habet, *& nullius reverentiæ, vel utilitatis. Secundus articulus fuit, luciferum cum dæmonibus suis cœlo injuria pulsum dicebant, tandemque beatitudini cum omnibus suis restituendum, MICHAELEM, & angelos omnes æternis cruciatibus deputandos, hominesque ab eorum secta alienos similiter esse damnandos. Unde cum se mutuo salutarent, dicebant: salutet te injuriam passus lucifer. Tertius articulus iste nefandissimus fuit, dicebant enim, MARIA, si virgo mansit post partum, non hominem sed angelum peperit, virgo post partum non fuit. Item dicebant, se habere 12. apostolos, qui totum imperium singulis annis perlustrarent: & duos ex iis ordine, & professione seniores singulis annis paradisum intrare, ac potestatem ab HELIA, & ENOCH ligandi & solvendi accipere, quam aliis communicabant in eadem secta constitutis. Sacramentum baptismi irridebant, dicentes: Si baptismus est sacra-*

*sacramentum, & per consequens quilibet balneator est DEUS. Sacramentum pœnitentiæ turpiter vitiabant, confitentes non sacerdotibus, sed laicis in genere, peccata sua in specie exprimentes; sperantes se ex confessione omnium peccatorum a pœna & a culpa remissionem plenariam recepturos. Sacramentum dominici corporis non credebant hostiam consecratam, DEUM fictitium appellantes. Sacramentum quoque matrimonii juratum meretricium in vulgari nuncupabant. Sacramentum extremæ unctionis irridebant, & interrogati super eo quid sentirent, unanimiter responderunt: Nos credimus, quod olera, quanto fuerint oleo plus condita, tanto esse meliora. Consecrationes ecclesiarum, cœmeteriorumque, & benedictiones palmarum, salis, aquæ, & cæterorum, quæ in ecclesia fiunt, nihil esse dicebant. Item dicebant: DEUM nec scire, nec punire mala, quæ sub terra fierent: unde in spelunca, & cavernis subterraneis convenientes pater cum filia, frater cum sorore, ac filius cum matre indifferenter turpitudinem carnis suæ exercebant. Romanam ecclesiam non CHRISTI, sed gentium infidelium esse dicebant, omniaque statuta ecclesiæ cum prælatis, & ministris contemnebant. Jejunia irridebant, carnibus omni tempore, etiam in sexta feria parasceves vescebantur. Dies festos non servabant, sed in die paschæ laborabant. Perjurium dicebant non esse peccatum. Merita, & intercessiones quorumlibet sanctorum posse hominibus apud DEUM præstare suffragia negabant.* Dicit Annalista, adhuc alios esse errores horum hæreticorum, quorum magnus numerus fuerit in Austria, Bohemia, & terris vicinis: confessumque ad rogum damnatum quem-

*Trithemius habet*: Tantum in genere, & nihil penitus in specie, ac per hanc sperantes confessionem omnium se delictorum &c.

quemdam eorum magiſtrum in memoratis terris, plusquam octoginta millia hominum juraſſe in eam ſectam præter eos, qui in aliis terris erant. Hæc autem exſcribere volui, ut videant novatores, cum qualibus hominibus multa communia dogmata, contra veterem doctrinam eccleſiæ, receperint.

Certe ab illis, quorum errores protulimus, etiam profecit Jo. WICLEFFUS, qui ſæculo decimo quarto ſtatum eccleſiæ ſubvertere conatus eſt., quemque anteſignanum ſuum Lutherani, & Calviniſtæ jactant. Qui in monachos, & clerum, univerſumque ſtatum hierarchicum Romanæ eccleſiæ concepto odio, ad illius ſubverſionem nihil non molitus eſt. In illius vita nuper JOANNES LEWIS articulos duodecim retulit, quos fratribus objecit ex Trialogi ejus lib. IV. c. 34. 35. I. *Quod in ſacramento altaris ſtultificent eccleſiam.* II. *Quod imponant in CHRISTUM, quod mendicavit notabiliter ab homine.* III. *Litteras fraternitatis, quibus alios meritorum ſuorum participes reddunt.* IV. *Excellentiam ſupra CHRISTUM.* V. *Quod mentiantur ſe CHRISTO ſimillimos in pauperie, & quorumcunque temporalium poſſeſſione.* VI. *Simoniacam collectionem temporalium per officium ſimulatorie prædicandi.* VII. *Quod contra CHRISTUM, & ſuum apoſtolum ſint fidelibus oneroſi.* VIII. *Quod in contractis, quas habitent, contemnentes PAULI laboricium, otientur.* IX. *Quod poſtponentes legem, & ordinationem CHRISTI cum ſua ſententia adinventiones fratrum frivolas anteponant.* X. *Quod deſerant executionem legis evangelicæ de correptione fratrum.* XI. *Quod, omnino ſubvertentes ordinem charitatis*

*ritatis*, *plus ament honores*, *& lucra mundana*, *quam ipsos homines.* XII. *Quod simulent se confessos suos purgare*, *& omnino facere mundos ab omni macula quoad DEUM*, *ex præsumta antichristi potentia*, *lege*, *& satisfactione.* Quoad statum vero ecclesiasticum, & auctoritatem papæ, docuit ecclesiam Romanam non esse caput aliarum ecclesiarum: nec papam, archiepiscopos, aut episcopos presbyteris esse superiores: clerum, & monachos juxta legem divinam non posse ulla possidere bona temporalia, CONSTANTINUMque, & SILVESTRUM hanc legem violasse. Presbyteros, & prælatos amittere omnem potestatem spiritualem, & temporalem, si in peccato mortali sunt: quod nihil eis debeatur, nisi eleemosynæ, ut cæteris pauperibus: quod male viventibus illis tuta conscientia nihil dari possit, nec decimæ quidem, quas exigendi nullum jus habeant: principes autem, & domini temporales sint obligati sub pœna damnationis eos spoliandi bonis, quæ possident &c. Sic sæculares in suas partes pertrahere WICLEFFUS conabatur cum suis discipulis, qui vitam apostolicam simulantes nudis pedibus incedebant vili vestitu. At idem ei quod LUTHERO accidit, qui suis principiis subditos etiam in principes armavit, quod motus civiles in Anglia duce presbytero Wicleffita testantur.

*Maimb. hist. du grand schisme d' occident L. II p. 295.*

Mox quidem GREGORIUS XI. eis se opposuit, datis ad academiam Oxoniensem litteris; at tantus erat Wicleffitarum Oxonii numerus, ut nec proferre auderent litteras. Nihil optatius WICLEFFO fuit quam exortum postea schisma, unde occasionem sumsit magis ecclesiæ Romanæ insultandi, atque statum ecclesiæ evertendi si posset, vivendum

jam

jam more Græcorum post URBANUM VI. sine papa vociferans. Jamque palam impugnabat omnes sacras cæremonias, hierarchicos ordines, vota monastica, cultum sanctorum, reliquiarum, imaginum. Rejiciebat porro quidquid in scripturis clare expressum non est, traditione, ac auctoritate ecclesiæ rejecta. Fatum etiam induxit negata libertate arbitrii, & quidem se S. AUGUSTINUM sequi jactans, a discipulis compellatus Jo. AUGUSTINUS WICLEFFUS. Circa eucharistiam sibi non constabat, possuntque eum Lutherani, & Calvinistæ suum esse dicere, ut qui modo realem, modo figurativam, & spiritualem præsentiam admittit, negata transsubstantiatione. Contritis autem confessionem peccatorum necessariam esse non putavit.

*Vid. Jo. Lewis vita Wicleffi, p. 331. &c.*

Alii diversi fuerunt errores propugnati hoc sæculo, sed sectas non fecerunt, plerumque retractati. Cujusmodi plures apud *Natalem ALEXANDRUM* leges in hist. eccl. hujus sæculi. In oriente Palamitæ fuerunt, qui & Hesychistæ, seu Quietistæ; orationi cum Messalianis vim singularem tribuentes, in qua certo corporis habitu constituti gloriam DEI increatam, seu lumen Thaboriticum videre dicebant a Deitate distinctum: ab ea enim ἐνεργείας seu operationes divinas distinguebant.

*C. III. articulis posterioribus.*

## §. CXXX.

Concilia.

Concilium generale XV. quod est Viennense, hoc sæculo celebratum est contra Templarios, aliasque ob gravissimas fidei, & disciplinæ causas.

ſas. Quales etiam in aliis conciliis particularibus ſunt tractatæ.

A quo tempore indictum eſt concilium generale Viennenſe a CLEMENTE V. anno 1307. uſque ad annum 1311. quo calendis Octobris demum inchoatum eſt, Ravennæ bis provinciale concilium fuit congregatum in Templariorum cauſa: quod etiam Salisburgi jam ſuperiore ſæculo fuit factum: & Moguntiæ congregato concilio præſentarunt ſe Templarii armata manu, atque cauſam ſuam ita egerunt, ut nihil contra eos tunc decerneretur: ſecus poſtea factum in concilio generali XV. conſpirantibus adverſus eos pontifice, & rege Gallorum, ſententiaque lata, ordo penitus eſt extinctus: *Propter magiſtrum, & fratres*, ita habet pontificis ſententia, *ſacro approbante concilio, cæteraſque perſonas dicti ordinis in quibuslibet mundi partibus conſiſtentes variis & diverſis non tam nefandis quam infandis, proh dolor! errorum, & ſcelerum obſcænitatibus, pravitatibus, maculis, & labe reſperſos.*

Ex Clementina 1. *de fide catholica* diſcimus, ibidem eſſe damnatos errores tres PETRI JOANNIS OLIVI Minoritæ: primum, quo aſſeruit, CHRISTI adhuc viventis latus lancea perfoſſum fuiſſe: alterum, quo animam rationalem formam eſſe corporis inficiatus eſt: tertium, quo habitus fidei, & virtutum parvulis infundi negavit.

Beguardorum, & Beguinarum errores in hoc concilio damnatos a CLEMENTE V. diſcimus ex capitulo *Ad noſtram. De hæreticis.* Primus erat, quod homo in hac vita tantum ac talem perfectionis gradum poſſit acquirere,

ut reddatur impeccabilis, & amplius proficere non possit: secundus, quod jejunare non oporteat hominem, nec orare, postquam hujusmodi perfectionis gradum assecutus est, quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui, & rationi subjecta, ut homo possit libere corpori concedere, quidquid placet. Tertius, quod, qui sunt in isto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sint subjecti humanæ obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligentur. Quartus, quod homo possit ita finalem beatitudinem in præsenti vita assequi, sicut assequetur in futura. Quintus, quod quælibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter sit beata, nec anima indigeat lumine gloriæ ipsam elevante ad DEUM videndum. Sextus, quod se in actibus virtutum exercere sit hominis imperfecti.

*An.* 1382. 1396. WICLEFFI heresis in duobus Londinensibus conciliis est damnata. Cum enim post primam damnationem non cessaret pravam doctrinam spargere, & post ejus mortem idem ejus discipuli facerent, opus visum est, altero judicio rem decernere; quo etiam pestis hæc Anglia pulsa exulavit.

Memorabile fuit hoc sæculo concilium Vavrense provinciæ Narbonensis, ubi primo inter 133. capitula fides catholica, ac integra fere theologia luculenter explicata est.

De synodo Cpolitana non est quod memorem, in qua hæresis GRGORII PALAMÆ est approbata, BARLAAM, & ACYNDINUS ejus impugnatores condemnati.

§. CXXXI.

## §. CXXXI.

Licet magis magisque quæstiones agerentur ad substantiam religionis, ac dogmata nihil attinentes, atque hinc etiam sectæ orirentur secum in plurimis dissentientes, digladiantesque, substantiam tamen fidei integram ad posteros transmiserunt doctores catholici.

Et doctores, sed plerique scholastici.

Jam superiore sæculo necesse est habuisse D. THOMAM adversarios, cum ÆGIDIUS de COLUMNA, seu ROMANUS, ac etiam juxta quosdam JOANNES PARISIENSIS ejus defensionem susceperint: illius extat *defensorium sanctum correctorium librorum S. THOMÆ*; item GUILIELMI LAMERENSIS, THOMÆ Mastygis corruptorium.

Sed sæculo XIV. Jo. DUNS Scotus doctor subtilis, qui juxta ductum PETRI LOMBARDI, & philosophiam ARISTOTELIS in schola Parisiensi theologiam scholasticam docuit D. THOMÆ, & BONAVENTURÆ placita ad limam revocavit. Cumque utrinque essent hyperaspistæ, exortæ sunt sectæ Thomistarum, & Scotistarum. Ac Dominicani quidem secuti sunt ducem D. THOMAM, ANDREAS Novocastrens. HERVÆUS NATALIS, JOAN. de Neapoli, DURANDUS de S. FLORIANO doctor resolutissimus, cujus insigne refert testimonium NAT. ALEXANDER de distinctione quæstionum fidei, & scholasticarum, PETRUS PALUDANUS, ROBERTUS HOL-

*Hist. eccl. sæc. XIII. &c. c. 5. art. 3.*

KOT. Ex Augustinianis D. THOMAM sequebantur HENR. de Frimaria: THOMAS de Argentina: GREGORIUS de Arimino: ALPHONSUS VARGAS. Ex ordine Minoritarum *Scotum* sequebantur ANTONIUS ANDREAS, FRANCISCUS MAYRONIUS, ob alia etiam scripta clarus: BERTRANDUS *de Turre*, PETRUS AUREOLUS, JO. BASSOLIS, & BACONUS.

GUALT. BURLÆUS tamen sese *Scoto* opposuit, & adhuc magis GUILIELMUS OCCANUS primo *venerabilis inceptor*, dein *doctor singularis*, demum *invincibilis* dictus, qui novam sectam instituit, seu restauravit potius, nominalium: quos inter, & *reales* graves contentiones viguerunt, &, si AVENTINO credimus, etiam usque ad verbera pervenerunt.

Inter Thomistas autem, & Scotistas præcipua de immaculata conceptione B. M. V. est disceptatio, quam si D. THOMAS non admisit, pietate inductus id fecit, Virginem Deiparam ne alienam a meritis CHRISTI redderet. Eam autem ferunt, *Scotum* in publico eruditorum confluxu Parisiis tanto ingenii acumine defendisse, ut non tantum non adesset, qui dissentire auderet, sed ut publico quoque academiæ decreto omnibus hæc sententia commendaretur; sed hoc decretum, alii asserunt, factum demum esse post concilium Basileense. Observatque DU-PINIUS, *Scotum* ita de illa quæstione suam proponere sententiam, ut quidem diserte non affirmet B. Virginem sine labe conceptam esse, concedat vero id fieri potuisse; se ad illud credendum promtum declarans, quod magis honori B. V. sit honorificum.

*Vid. Nat. Alex. l. c. art. 1.*

GUIL.

GUIL. OCCANUS implicitus fuit schismati LUDOVICI BAVARI, atque pro illius causa scripsit contra pontificiam potestatem in bona, & jura principum, cum aliis multis MICHAELE CÆSENA, MARSILIO PATAVINO, JO. de JANDUNO, LUPOLDO BEBENBURGIO.

Præter hanc quæstionem JOANNI XXII. a LUDOVICO etiam crimen hæreseos est impactum, quod factum esse putat DU-PINIUS ob celebrem tunc controversiam de paupertate CHRISTI, in qua contra Fratres minores acriter repugnantes negaverit, inter res proprias, quas homini paupertatem professo possidere nefas sit, eas etiam referendas esse, quæ usu ipso consumuntur. *Bibl. T. XI. c. 3*

Singularis etiam fuit hujus pontificis doctrina, quam in privatis quibusdam scriptis defendit, nimirum animas beate defunctorum non statim post mortem SS. Trinitatem videre, sed tantum CHRISTUM ut hominem, nisi tandem post resurrectionem. Quam tamen sententiam demum deposuit: & ejus successor BENEDICTUS XII. omnibus rite expensis definivit, animas rite purgatas statim ad intuitivam DEI, adeoque SS. Trinitatis visionem pervenire.

Notatur etiam JOANNIS Parisiensis error circa eucharistiam, qui tamen in hæresin non prorupit, cum rem ad pontificem deferens, antequam responsio emanarit, mortuus sit: docuit autem, panem in eucharistia uniri verbo, mediante corpore CHRISTI, & ita fieri corpus CHRISTI.

Fuerunt hoc tempore parochi urbis Valentinæ, qui fidelibus porrigendo sacram eucharistiam interrogabant: *Credis quod hæc sacra*

*eucharistia, quam præ manibus habeo, est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus?* contra quos scripsit NICOLAUS EYMERICUS, aliis etiam operibus dogmaticis, & exegeticis insignis.

Nec alii defuerunt doctores exegetici, & dogmatici NICOLAUS de LYRA, THOMAS BRADWARDINUS, BARTHOLOMÆUS ALBITIUS, PETRUS BERTRANDUS. Mystici porro clarissimi fuerunt JO. TAULERUS & RUYSBROCHIUS, sed ambo censuram incurrerunt doctorum.

Græci doctores, etiam qui contra Latinos scripserunt, in multis testes sunt veritatis catholicæ NILUS, & NICOLAUS CABASILAS, DEMETRIUS CYDONIUS. Fuerunt tamen qui pro Latinis scriberent MANUEL CALECAS, MAXIMUS: multi etiam contra errorem Palamitarum scripserunt. De quibus omnibus consuli potest inter alia appendix ad historiam litterariam GUIL. CAVE.

---

# CAPUT IX.

## *Ecclesiæ uniendæ, & fidei conservandæ studia sæculo decimo quinto.*

### §. CXXXII.

Fata ecclesiæ, religionisque christianæ.

Ineunte hoc sæculo adhuc in pejus ruebant res tam in oriente, quam occidente: utrinque autem restauratus videri potuit in concilio Constan-

ſtantienſi pro occidente, pro oriente in concilio Florentino eccleſiæ ſtatus. At firma non fuit pax, & unitas, in occidente levius turbata rebus iterum reſtitutis, in oriente autem cum imperio eccleſia, ac chriſtianiſmus penitus collapſus eſt.

Oriens ſchiſmate detinebatur, & indies magis infeſtabatur a Turcis: in occidente ſchiſma omnia turbabat, vacillabant mentes, & regna, nec ad unitatem capitis reduci potuit eccleſia. Romæ poſt BONIFACII mortem adduci cardinales non potuerunt, quin alium eligerent pontificem, idque fecerunt juramento quidem adſtricto electo ad viam ceſſionis, ſi neceſſitas id flagitaret, qua eadem religione obſtrictus BENEDICTUS in Gallia tenebatur. Dum cardinales malum tollere allaborant, depoſitis duobus tertium eligendo, auctum potius eſt malum, jamque triceps fuit eccleſia: quodvis caput ſuum habebat corpus, & membra, in tres partes diſciſſa eccleſia. In concilio Conſtantienſi quartus electus pontifex, cui duo ſe ſubmiſerunt JOANNES, & GREGORIUS, BENEDICTI autem paulatim diminuta fuit factio. Nec tamen niſi diu poſt unitas eſt reſtituta, & paulo poſtea iterum rupta, ſchiſmaque per FELICEM V. inductum, non atrox tamen adeo, ut non tandem optata, & ultra ſæculum ab occidente exulans pax, & unitas redintegrata ſit.

Potuiſſet ſibi tunc gratulari eccleſia, & felicem deprædicare, ſi ſtabilis etiam permanſiſſet unio cum oriente pacta: conjunctis viribus oriens, occidensque incumbentem chriſtianæ

religionis hostem Turcam repellere valuisset. At unitatem cito violantes Græci, viribus destituti conciderunt cum imperio orientali, capta Cpoli.

Voluit benignum Numen alteri orbis parti hactenus ignotæ viam ad veritatem aperire detecto novo orbe, sed lente hucusque res procedit; orientalis interim ecclesiæ reliquiæ sub immani Turcarum jugo depressæ jacent. Cœpit jam tunc, & hactenus Turca pergit occidentem invadere: opusque fuit sæculo illo decimo quinto christianos contra eos armare, Ungariam aggressos. Insignem operam hic præstitit Jo. CAPISTRANUS.

Intestina etiam fuerunt contra hæreticos bella in Anglia & Scotia contra Wicleffitas, in Gallia adversus Waldensium reliquias: in Germania, & Bohemia contra Hussitas, Calixtinos, qui sub ZISCA duce, ac deinceps non unam catholicis intulerunt cladem; sed tandem illæ etiam quieverunt turbæ, potuissetque videri ecclesia jam tranquillitate post tot bella, & tumultus fruitura, nisi deteriora in proximo fuissent mala, atque magna occidentis imminuisset defectio.

## §. CXXXIII.

Hæreses.

Sectæ, quæ hoc sæculo sunt grassatæ, pleræque ex prioribus sunt ortæ, in Bohemia inducti præsertim errores WICLEFFI per *Jo.* HUSS, & JACOBELLUM, qui turbas ob usum calicis excitavit. Particulares quidam errores statim ut damnati sunt, aboliti manserunt.

Ada-

Adamitæ hujus ſæculi, auctore quodam Picardo, qui ſe ADAMUM dicebat, pejores erant, quam antiqua hujus nominis ſecta: nudi incedebant, connubia promiſcua probantes.

Libri WICLEFFI in Bohemiam allati non paucos in errorem abducebant, imprimis Jo. HUSS. Non tamen in omnibus Huss Wicleffi errores ſuſcepit, ſacramentis retentis, agnitaque præſentia reali, & transſubſtantiatione: dumque eſſet reginæ Bohemiæ confeſſarius, confeſſionem noluit abolere.

Duobus præſertim uſus eſt ad ſuſtinendos errores ſociis HIERONYMO de Praga, & JACOBELLO, qui ſub prætextu pietatis obligationem omnium fidelium communicandi ſub utraque ſpecie contentioſius defendere cœpit. Refert tamen Jac. LENFANT in hiſtoria concilii Conſtantienſis, fuiſſe ad finem ſæculi decimi quarti MATTHIAM quemdam ſacerdotem Pragenſem publice in ſubtractionem calicis invectum, & ſacram cœnam ſub utraque ſpecie adminiſtrare auſum, ſed ſententiam ſuam retractare coactum, diu nihil amplius circa hanc rem motum eſſe, nec etiam Jo. Huss hic aliquid novaſſe, ſed poſt ejus diſceſſum ad concilium Conſtantienſe, Jacobellum. Adeo turbæ in Bohemia excitatæ ante illud concilium non fuerunt ob contentionem de communionis ſub utraque ſpecie neceſſitate. Wicleffus de eo quæſtionem non movit, quo potiſſimum auctore Jo. Huss utebatur: ſimiliter ac ille, ad ineſcandam plebem, ſcripturas in vernaculam convertendo, & libros Wicleffi ubique diſſeminando. P. 271.

Favore fretus reginæ, & poſtea deſidia ALBICI archiepiſcopi Pragenſis, Jo. Huss oppo-

oppoſuit ſe expeditioni cruciatæ contra LADISLAUM a JOANNE XXII. indictæ, papam publice auſus antichriſtum appellare, in clerum omnem vehementiſſime debachatus. Hanc rationem damnati ad rogum Conſtantiæ Jo. HUSS unicam fere ponit LENFANT: putatque eum alioquin eadem cum eccleſia Romana docuiſſe, non ſolum de euchariſtia, & reliquis ſacramentis, ſed etiam cultu imaginum, invocatione ſanctorum, purgatorio; de traditionibus, WICLEFFUM in eo probans quatenus notabat vitia, & abuſus clericorum, in quæ publicis concionibus ſuis debachatus HUSS multum contulit ad turbas Bohemicas.

*Hiſt. conc. Conſt. L. III. §. 52. &c.*

Eadem certe maledicentia Conſtantiæ contra concilium ipſum eſt uſus, appellans ſynagogam ſatanæ, nec adduci potuit ad errores WICLEFFI damnandos, præſertim hos tres: quod SILVESTER, & CONSTANTINUS errarint eccleſiæ benefaciendo: quod ſacerdotes in ſtatu peccati mortalis ſacramenta non conferant: quod decimæ non debeantur clericis niſi per modum eleemoſynæ: de cætero nullius ſibi conſcius erroris eſſe voluit, publice etiam conteſtatus, ſi vel unus ei demonſtraretur, eum pœnas hæreticis debitas ultro amplexurum. Aliquoties quidem ad retractationem paratus videbatur, ac ſemel ingens inde Conſtantiæ lætitia orta eſt, quod hoc facto turbæ Bohemicæ videbantur conquieſcere; at fruſtravit ſpem, retractationemque, publice ſaltem, facere renuit; qua tamen opus fuit, ob eaſdem Bohemiæ turbas. Igitur aliud nihil ſupererat, quam ut ſecundum juſtitiæ rigorem in eum animadverteretur, quare Conſtantiæ combuſtus eſt.

Ipse laudatus JAC. LENFANT heterodoxus concilium, & imperatorem liberat suspicione violatæ datæ fidei, & salvi conductus, quasi in ea unquam opinione fuerit ecclesia, hæreticis fidem non esse servandam. *Ib. L. IV.*

Eandem cum JO. HUSSO HIERONYMUS PRAGENSIS subiit pœnam, sectariosque alios post se reliquit, & defensores, usque ad hodiernum diem; sed tanta mala secuta non sunt, sicuti JACOBELLI contentionem de usu calicis, unde sectæ Calixtinorum, Thaboritarum, Orebitarum, Fossariorum.

Errores particulares quosdam alii docuerunt, veluti JO. PARVUS subdito, regem tyrannum occidendi, licentiam fecit. PETRUS Osmensis confessionem juris tantum ecclesiastici statuit. HERMANN RUISSWICH negavit CHRISTUM Messiam, animarum immortolitatem, item angelos esse DEI creaturas, Epicurismum induxit, fuitque ad rogum damnatus.

## §. CXXXIV.

Concilia hoc sæculo ad unionem ecclesiæ plerumque celebrata sunt non pauca, celeberrima Pisanum, Constantiense, Basileense, Florentinum: quorum hæc ab illis, alia ab aliis pro œcumenicis sunt habita: in quibus etiam variæ causæ fidei, jurisdictionis, ac disciplinæ ecclesiasticæ sunt agitatæ.

Conciliorum contentio malis ecclesiæ medendi.

HENRICUS WHARTON, & ROBERTUS GERI, qui appendicem ad historiam

riam litterariam GUILIELMI CAVE dederunt (in qua singulis sæculis suum peculiare nomen est datum, e. g. sæculum primum apostolicum, secundum Gnosticum &c. dictum) haud abs re sæculum hoc *Synodale* vocaverunt: non quod aliis sæculis minus frequentia fuerint concilia, sed quod res, auctoritasque conciliaris, maxime hoc sæculo fuerit celebrata, atque in legem etiam fixam abierit, certis temporibus congregare concilia generalia.

Pertinax schisma in occidente aliud remedium nullum vel auctoritatem inveniebat. Ejus tollendi causa primum Pisanum a cardina-
*An.* 1408. libus utriusque partis GREGORII XII. & BENEDICTI XIII. fuit convocatum: ad quod citati contendentes illi pontifices, jusque vindicatum cardinalibus &, ad extinctionem schismatis congregandi concilia, ac procedendi contra renitentes pontifices: id etiam simul executioni mandatum est, depositis ambobus pontificibus, & PETRO PHILARGI, vulgo de Candia nuncupato, in pontificem electo, qui est dictus ALEXANDER V. Quo mortuo in ejus locum suffectus JOANNES XXIII.

Hic, cum auctoritati Pisani concilii non deferrent BENEDICTUS XIII. & GREGORIUS XII. communicavit cum imperatore SIGISMUNDO consilium celebrandæ synodi generalis, eaque Constantiæ indicta est, & celebra-
*An.* 1418. *cœpta an.* 1414. ta præsente SIGISMUNDO, adventante etiam JOANNE XXIII. qui pro legitimo papa est habitus, cedere tamen paratum se esse professus. Is dum facti pœnitens clam Constantia discessisset, patres nihilominus processerunt, edito etiam decreto, concilium generale ecclesiam catholi-

cam

cam repræsentans, potestatem immediatam a CHRISTO habere, cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire teneatur in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem schismatis, ac reformationem ecclesiæ in capite, & in membris.

Quo de decreto usque in hodiernum diem tantæ controversiæ fervent; quod nec est aptum ad tollenda schismata, nec ad concilia generalia repræsentanda, ubi ecclesia cum capite, & membris conspicua sit, idoneum videtur.

Hoc experientia docuit in convocato postea concilio Basileensi, ubi abusu hujus decreti (quod tamen vitiatum jam tum fuisse Em. SCHELSTRATIUS defendit singulari opere, editis actis Constantiensis concilii, ad expositionem decretorum ejus sessionum quartæ, & quintæ) res in novum schisma erupit; ac soli Galli auctoritatem hujus concilii tuentur, concilium autem Florentinum plerumque pro œcumenico non habent. *An.* 1431.

*An.* 1439.

In quo tam... concilio Ferrariæ ac alibi primum indicto, postea Florentiæ celebrato non occidens solum, sed oriens etiam convenit, atque unio restituta est, definita Spiritus S. a Patre Filioque processione, vindicata additione symbolo facta, *Filioque*, validitate agnita consecrationis sive in azymo, sive in fermentato: facto consensu circa statum animarum purgandarum in altera vita, ac post purgationem statim ad visionem beatificam admittendarum: agnito etiam primatu Romani pontificis.

Merito hoc Florentinum concilium pro generali habetur; alia autem in tantum, in quantum repræsentatio ecclesiæ non acephala, ac consensio legitimorum pastorum, judicumque

eccle-

ecclesiasticorum locum habuit. Qua ratione MARTINUS V. declaravit circa concilium Constantiense, *quod omnia, & singula determinata, conclusa, & decreta in materiis fidei per præsens concilium conciliariter tenere, & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contraire quoquo modo. Ipsaque sic conciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo.* Sicque saluberrime in isto concilio statuta contra WICLEFFUM, damnatis ejus quadraginta propositionibus, & processus contra JO. HUSSUM. & HIERONYMUM de PRAGA damnationi WICLEFFI subscripere renuentes, robur suum acceperunt; imo quoad pontificiam auctoritatem jam antea habuerunt, damnatis ante concilium a pontificibus WICLEFFO, & JO. HUSS, cui damnationi patrum vota accedentia conciliarem definitionem legitimam effecerunt.

## §. CXXXV.

Doctorum studia pro religione.

Doctores hujus sæculi magis seria, & ad substantiam religionis, dogmataque christiana propius spectantia, resumere studia in animum induxerunt, agnita theologiæ depravatione, & necessitatem materias de fide tractandi imponentibus certaminibus cum hæreticis.

Theologia scholastica ubique terrarum viguit hoc ævo. Ac vix aliquis theologi nomen se tueri posse est ratus, nisi systema aliquod conderet, commentareturque in magistrum sententiarum, aut D. THOMAM; scholæ, & academiæ in immensum sunt auctæ. Inter

eos,

eos, qui sectarum scholasticarum studia secuti sunt, principem locum Jo. CAPREOLUS obtinet, qui commentariis in libros sententiarum D. THOMÆ placita contra adversas Scotistarum, & Nominalium sententias acerrime defendit.

Alii hic non substiterunt, studiis scholasticæ theologiæ non contenti, alia adjunxerunt: inter quos S. ANTONINUS, GABRIEL BIEL: ac imprimis PETRUS de ALLIACO erga ecclesiam optime meritus, adversus hæreticos plurimum laboravit, ut malleus aberrantium, & veritatis indefessus propugnator diceretur.

A quo sejungendus non est Jo. GERSON, cui cum cardinali de ALLIACO in concilio Constantiensi præcipua fidei, & unionis ecclesiasticæ negotia sunt commissa. Jo. GERSONI fata acerba peperit contentio contra Jo. PETITI vindicias assassinatus ducis Burgundiæ. Nec moderatus etiam satis fuit in conditionibus unionis, schismatis pertinacia abreptus: in theologiæ autem partibus singulis ita eminuit, ut jure suo *christianismi doctor* sit appellatus: cujus opera junctim, & separatim sæpius sunt edita.'


Alii theologi insignes fuerunt, qui non tam scholasticis, quam omnis generis ecclesiasticis studiis sese occuparunt NICOLAUS de CUSA, JOANNES de RAGUSIO, & JO. a TURRE CREMATA cardinales: THOMAS WALDENSIS, HENRICUS KALTEISEN, NICOLAUS de CLEMANGIS, qui perspicax imprimis vidit, quam egeat emendatione sacrum studium theologiæ, spinosis quæstionibus, & scholasticorum ineptiis contaminatum, neglectis fontibus theologicis, ac causis religionis: quare haud

curæ, ac cordi fuerant res christianæ, vota & consilia ad reformationem ecclesiæ in capite, & membris conspiraverint. At dum minus studia procederent eorum, quibus id muneris incumbebat, exsurrexerunt alii, quorum id non erat: qui pejora malis remedia adhibentes reformandi ecclesiam prætextu, eam deformarunt, ac miserrime afflixerunt.

Mala, & corruptio non ecclesiam ipsam, quæ est immaculata CHRISTI sponsa sine ruga, tenebant. Integrum erat fidei depositum; tantum perversa hominum studia, & mores erant, quæ ecclesiæ statum, & disciplinam depravabant: quibus non satis obsistebatur, ab illis etiam, quorum id maxime intererat; dum alii in alienam messem falcem immittunt, triticum unacum zizaniis vi evellentes.

LUTHERUS, an ZWINGLIUS infaustum initium dederit reformandi, quidam certant. LUTHERUS certe majores turbas, homo impetuosus, & fervidus, concitavit: contra indulgentias a TEZELIO Dominicano in Saxonia eis prædicatas, qui contra Turcas, aut fabricæ sacræ Romæ extruendæ aliquid contulerint, primum classicum cecinit. Non dixerim, omnia semper sine excessu, & abusu eo in negotio processisse; at LUTHERUS ultra limites progressus, indulgentiarum vim ipsam impetebat. Quod idem fecisse laudi tribuit ZWINGLIO suo HOTTINGERUS contra B. SAMSONEM indulgentias in Helvetia denunciantem.

Sed plus negotii LUTHERUS facessivit. Re ad pontificem delata, cum pacificæ conventiones nihil proficerent, errores publico decreto damnati sunt. Quo LUTHERUS judi-



# SECTIO IV.

## SERIES RELIGIONIS, AC DOCTRINÆ CHRISTIANÆ A DEFECTIONE IN OCCIDENTE USQUE AD PRÆSENS TEMPUS.

## CAPUT I.

*Circa religionem, ac fidem innovationes variæ in occidente sæculo XVI.*

### §. CXXXVI.

Infelicissima ingredimur sæculi XVI. tempora, quibus occidentalis ecclesia, hactenus non obstantibus variis motibus, & hæresibus unitatem ecclesiasticam conservans, in plures partes, ac sectas, fidei & ecclesiæ unitate disrupta, abiit, ingenti rei christianæ detrimento, alibi tamen, in novo scilicet orbe, compensando; nec etiam sine omni ecclesiæ Romano-catholicæ emolumento.

Infausta occidentalis ecclesiæ tempora in sectas discissæ.

Superioris sæculi sacra historia, & initia præsentis nos docent, quam omnium, quibus

venirent sententiam, conspirarentque, obtineri nihil potuit ad hunc usque diem. Alibi anabaptistici excitati sunt motus, & bella cruenta: de quibus etiam certatur, LUTHERO, an ZWINGLIO auctori potius sint tribuenda. Qui, licet obstiterunt, occasionem tamen suis doctrinis, & factis dabant.

Turbæ Münsterianæ principiis LUTHERI potissimum debentur: alibi autem ab amico ZWINGLII HUBMEYERO parocho Waldishutano qui a MUNZERO in itinere Basileam versus anabaptisticis dogmatibus instructus est, ea secta propagari cœpit in Helvetia Tiguri primum, quo fugit HUBMEYERUS, pulsus, dum novaturiret Waldishuti. Anabaptistæ Hubmeyerani mitiores fuerunt quam Belgæ; qui tamen etiam ferocire desierunt post MÜNZERUM JOANNEM MATTYSSEN, & LEIDENSEM, auctore SIMONE MENNONE, a quo Mennonitæ vocantur.

Ex Zwinglianis Calvinistæ sunt orti, qui Gallias primum infestarunt, ubi nomen Hugenottorum acceperunt, cujus certa non habetur origo. Alii illud repetunt a turre vel porta regis HUGONIS apud Turones, apud quam Calvinistæ nocturno tempore ad preces fundendas convenerint. Cui notioni favet BEZA, verisimiliorque horum est conjectura, quam qui illud nomen ex supplici quodam libello repetunt, cujus initium fuit: *Huc nos &c.* aut a principibus Burboniis factionem Calvinisticam in Galliis tuentibus, HUGONIS CAPETI posteris. Communiter autem sibi nomen Reformatorum assumunt Calvinistæ, sicut Lutherani Evangelicorum.

In

In Anglia HENRICUS VIII. is ipse, qui prius scripto defensionem catholicæ fidei strenue contra LUTHERUM suscepit, postea autem ob divortium, & incestas nuptias cum ANNA BOLENA, alienatus a Romano pontifice schisma fecit, summamque sibi arrogavit potestatem circa religionem in rebus externis. Cum in cæteris nihil quoad fidem immutaret, sperabatur facilior ejus ad ecclesiam reditus. Quo in negotio præcipue laboravit REGINALDUS POLUS. Cujus epistolas historiam hujus sæculi plurimum illustrantes, dedit nobis Emin. QUIRINIUS cum aliis ad primordia protestanticorum motuum spectantibus doctissimis dissertationibus, & epistolis. In Angliam postea Calvinismus est illatus, & alias provincias.

Præter varias diversas sententias, in quas protestantes ipsi abierunt tam Lutherani, quam Calvinistæ, paulatim religionis sensus magis magisque defecit per Socinianos, qui lacessitis mysteriis sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis (quæ intacta reliquerunt Lutherani, & Calvinistæ) ad naturalismum deflexerunt. Tandemque quod ipse LUTHERUS facile præviderat, ad Atheismum aperta est via, aut Deismum, quæque alia sunt hujusmodi monstra irreligiositatis paganicis superstitionibus deteriora, quæ hoc sæculo debellata feliciter sunt, in America, resarcita defectione occidentali quodam modo, accessione novarum coloniarum.

Quin etiam excitata sunt studia sinceræ pietatis, & restaurationis, reformationisque variorum defectuum in ecclesia, qui solet esse fructus, & profectus ex hostium cavillationibus, ac improperiis: dum contra damnum,

& perditio eos mansit, qui projecta reverentia, & obedientia ecclesiæ, piam matrem conculcarunt, sinuque rupto exierunt horrendo facto schismate, cujus resarciendi vix ulla superest spes; tametsi magnus principum numerus ad gremium matris redeat, quos tardius sequuntur subditi, quam antea ad defectionem.

## §. CXXXVII.

Lutheranorum.

LUTHERUS non uno momento errores omnes procudit, postquam libertatem semel sibi plenam assumsit, quidvis contra receptam fidem docendi: quam dum cuilibet indulsit, in varia abiisse suos etiam, qui Lutherani vocantur, nec sibi semper constitisse in doctrina, mirum non est.

Ipsi sui asseolæ fatentur, LUTHERUM varias reliquias papismi reliquisse. Statim hoc Anabaptistæ notabant, LUTHERI reformationem externa tantum spectare, ac opus esse adhuc nova reformatione quoad interna. ZWINGLIO, & CALVINO post CARLOSTADIUM visum, etiam in externis adhuc multa papismum sapere in Lutheranismo, exorcismos, signum crucis, imagines, altaria, hostias, genuflexiones, absolutionem privatam, vestes sacras, & vasa &c.

At non tam de his loquimur, quam de gradibus, quibus paulatim LUTHERUS in errores ruit. G. WALCHIUS in historia Lutheranismi vult, doctrinam evangelicam non esse desumendam ex illis libris, quos mox

istori- und i-

post

post initium reformationis scripsit. Scriptorum horumce epocham ponit ab anno 1517. usque 1522. In colloquio Lipsiensi cum ECKIO, de purgatorio contendit, illud ex scriptura probari non posse, indulgentias inutiles esse: remissionem pœnæ inseparabilem esse a culpa, eamque ab omni æque sacerdote, quam a papa tribui posse: pœnitentiam non a timore, sed amore oriri: impugnabat item primatum papæ. Ut autem omnem prorsus ecclesiæ auctoritatem abjiceret, diu, ut ipse fatetur, induci non potuit. An. 1520. librum suum de libertate christiana edidit, contra hierarchiam æqualitatem christianorum omnium inducit per fidem, ac libertatem a lege, sola fide omnia præstante sine operibus, quæ ad salutem nihil prosint. In secessu suo in castello Westberg plerosque errores suos excogitavit, atque scriptis comprehendit, jam nullam amplius auctoritatem nec papæ, nec traditionis, nec patrum, nec conciliorum admittendo. Vota monastica, cælibatum, cultum sanctorum, sacramenta, excepto baptismo, & cœna, abjecit &c. In eucharistia transsubstantiationem, sacrificium missæ, liberum arbitrium negavit &c.

sche Einleitung in die Religions-Streit der Lutherischen Kirchen. T. I c. 1.

Quamvis in plerisque haberet LUTHERUS fideles dogmatum suorum sectatores; fuerunt tamen etiam, qui libertatem sibi eandem sumerent, & ab ejus doctrina deflecterent, licet secta ipsi conjuncti essent. Auctoritate nihilominus tantum valuit, ut, quamdiu viveret, minus se hujusmodi adversæ sententiæ proderent, quam postea: quando fidissimus alias ejus socius PHIL. MELANCHTON, nimio unionis inter sectarios studio abductus, crypto-Calvinismo locum dedit circa euchari-

ſtiam, perſonam CHRISTI, ac communicationem idiomatum, quam multi ſubſtantialem dici, unde confuſio naturarum oritur, concoquere non poterant. Malo huic per formulam concordiæ obviare ſunt conati, ſed non leves inde oriebantur lites.

Nec etiam MELANCHTON, ac alii ferre poterant gratiæ operationem in homine veluti trunco, ſecundum doctrinam de ſervo arbitrio, & corruptione totali naturæ: unde Synergiſtica controverſia enata eſt, ob noſtram cum gratia cooperationem, ita in contrarium errorem inclinante ſententia, ut in ſemi-Pelagianiſmum degeneraret.

Adverſus fuit e diametro Synergiſmo Flaccianiſmus a MATTHIA FLACCIO Illyrico, quo peccatum originale ipſa hominis ſubſtantia dicebatur, inde ortus, quod corruptio naturæ omnimoda, & peccatum originale ſubſiſtens etiam poſt baptiſmum in concupiſcentia ſtatuebatur.

FLACCII quidam ſectatores adhuc ulterius ſunt progreſſi: is enim cum accidens a ſubſtantia non ſatis diſtingueret, duas veluti ſubſtantias admiſit, quarum altera poſt corruptionem, & peccatum homini inſita eſſe cœperit; alii contra peccatum originale ipſam faciebant hominis naturam, corpus, animam, intellectum, & voluntatem &c.

ANDREAS OSIANDER in juſtificatione, quæ ſecundum LUTHERUM ex CHRISTI ſolum obtingit juſtitia nobis imputata, eouſque progreſſus eſt, ut juſtificari nos per ipſam eſſentialem DEI juſtitiam contenderit, atque imaginem DEI in nobis aliquid ſubſtantiale eſſe putarit. FR. STANCARUS econtra errore oppoſito CHRI-

STUM

STUM mediatorem noſtrum tantum ſecundum humanam naturam eſſe voluit; quem in errorem inductus fuit, quod, mediatoris eſſe ſatisfacere, & mortem oppetere intelligens, non ſatis ad unitatem perſonæ in CHRISTO attenderit.

Alii duo ex adverſo pugnantes errores fuerunt GEORGII MAJORIS, qui bona opera ad ſalutem neceſſaria eſſe ſtatuit, quæ doctrina inter proteſtantes varia fata habuit; contra NIC. AMSDORFFIUS bona opera ad ſalutem pernicioſa, & noxia eſſe ſtatuit.

Cum his cognata fuit controverſia Antinomorum, quorum alii auctore JO. AGRICOLA legem, ceu locum in opere pœnitentiæ, ac evangelio nullum habentem, penitus a chriſtianiſmo proſcriptam volebant. Dicebat AGRICOLA, pœnitentiam non ex lege ſeu decalogo, ſed paſſione ac morte Filii DEI eſſe denunciandam.

Adiaphoriſtæ etiam commemorandi ſunt, qui occaſione *Interim* ab imperatore editi a reliquis proteſtantibus diſceſſum faciebant: in ejus gratiam pro adiaphoris habebant, quæ in libello illo præſcribebantur, cæteris diſſentientibus. Inde etiam Interimiſtæ dicuntur ſemi-Lutherani, qui in multis ſeſe ſtudent catholicis accommodare juxta *Interim* Lipſienſe vel Auguſtanum.

Per *Formulam concordiæ* mederi dum his diſſenſionibus Lutherani conantur, ob eam etiam variæ lites ſunt ortæ. Eſt ea formula complexus quidam librorum ſymbolicorum Lutheranæ puræ ſectæ. Alias autem a confeſſione Auguſtana notiſſimum nomen habent: Confeſſioniſtæ dicti alii rigidi, qui LUTHERI doctrinæ in omnibus adhærent; alii molles,

quos ambigua & lenior confessio Augustana in multis faciliores reddebat.

## §. CXXXVIII.

Sacramentariorum.

Altera principalis protestantium secta est Calvinistarum, qui a principali controversia de præsentia CHRISTI in eucharistia, quam negant, Sacramentarii a prima origine sunt dicti, dici autem amant Reformati.

In plerisque fidei capitibus reformatis cum Evangelicis, seu Calvinistis cum Lutheranis convenit; contra traditiones, auctoritatem ecclesiæ, sacramenta (quorum duo tantum plerique admittunt, nec in his, præsertim circa eucharistiam conspirant: ac notantur etiam a PRATEOLO Tri-sacramentarii, Quadri-sacramentarii) circa justificationem ex sola fide &c.

In aliis autem inter seipsos dissentiunt. Principium dissensus cœpit præcipue circa eucharistiam, antequâm etiam CALVINUS in scenam prodiret per CARLOSTADIUM: dum is absente LUTHERO imagines ex ecclesia dejiceret, privatam confessionem, & porrectionem communionis in os communicantis Wittenbergæ abrogaret, negata reali præsentia CHRISTI in eucharistia, verbis CHRISTI relatis ad corpus CHRISTI in cruce pro nobis datum.

Successit ZWINGLIUS, qui figuram in verbis CHRISTI statuit, ita ut *est*, idem sit ac *significat*. OECOLAMPADIUS

iterum

iterum verba CHRISTI aliter ſumſit, quoad rem conſpirans cum aliis, negata reali præſentia; ſed illud tantum per modum ſigni, ac imaginis repræſentari putavit.

Alii iterum aliter verba CHRISTI ſumendo in diverſiſſima abierunt quoad rei explicationem, vi illata verbis CHRISTI, iisque miſere in omnem partem detortis. Hinc etiam varia ſunt ſortiti nomina, dicti *Significativi*, *Tropiſtæ*, *Energici*, qui virtutem corporis CHRISTI in euchariſtia admittebant. *Arrhaboniſtæ*, qui euchariſtiam ceu arrhabonem datam dicebant. *Addeſſenarii* in quatuor partes diviſi erant, alii apud panem, alii circa panem, alii cum pane, alii ſub pane corpus CHRISTI ſtatuebant.

CALVINUS in re idem tenens, modum explicandi aptiorem adinveniſſe ſibi viſus eſt, ſpiritualem admittens manducationem ſubſtantialem corporis CHRISTI per fidem: alia etiam quædam capita reformavit; novæque ſectæ ſuum indidit nomen.

Quemadmodum autem Lutherani confeſſionem Auguſtanam, ita Calviniſtæ potiſſimum confeſſionem Belgicam profitentur, habentque pro libro ſymbolico, unacum catechiſmo Heidelbergenſi, & decretis ſynodi Dordrectanæ. Sed licet omnes ſub nomine Reformatorum conveniant, non tamen quoad omnia ejusdem ſunt mentis, alii ZWINGLIO, BUCERO, PHILIPPO, CALVINO plus deferunt.

Lutherani Calviniſtis præſertim vitio dant, quod rationi nimium tribuant circa religionem, eum locum nimirum, quem nos traditioni, & eccleſiæ adjudicamus. In dogmatibus autem ipſis (præter doctrinam de euchariſtia, & generatim de ſacramentis, quæ Calviniſtæ pro

fignis tantum gratiæ habent, quibus fides retur, ac confignetur) circa communi nem idiomatum potiffimum diffentiunt, propius accedentes, cum Lutherani phy communicationem admittant.

Origo controverfiæ eadem eft cum eu ftica. Lutherani realem præfentiam ex præfentia humanæ naturæ CHRISTI munt. Reformati utrumque negant, Lutheranos Eutychianifmi, hi viciffim Neftorianifmi accufant. Etiam inter ipfo theranos hæc lis mota eft, ac MELAN TON, ftatim poft LUTHERI mor rejecta phyfica comunicatione idiomatum lecticam publice profiteri cœpit, cui al cefferunt, alii vehementer funt adverfati

Præcipua cum Calviniftis controverfi circa prædeftinationem, & vocationem ac tiam: quam Calviniftæ particularem ta ftatuunt; ita ut CHRISTUS non voca fidem, nifi quos prædeftinavit ad fali Alii tamen vocantur Supra-lapfarii, alii I lapfarii, qui abfolutam prædeftinationem ante vel poft lapfum ADAMI repetunt. gata arbitrii libertate gratiam admittunt i ftibilem, & inamiffibilem.

Quoad externos etiam ecclefiæ ritus in tis a Lutheranis diffentiunt. In Anglia ta longe alia eft Calviniftarum ratio, ubi e nis ritibus etiam amplius indulgent, c apud nos Lutherani, auctore potiffimum E SABETHA regina, quæ, externi in gione fplendoris, & ornatus amans, n quoad liturgiam, & ritus facros conferv
Inde fchifma Puritanorum in Anglia or eft, qui religionem fummo unius homi ejusdemque laici arbitrio fubjectam neg

fcripti

ſcripturam ſacram habent regulam doctrinæ, & morum, alia autem, quæ in ſcripturis expreſſe conſtituta non ſunt, eccleſiæ permittunt quidem ordinanda, ut tamen officia, & ſtatum clericorum, ultra quam ſacer codex docet, extendi debere nolint; velint autem res medias, & indifferentes libertati chriſtianæ relinquendas, uniformitatem introducendam in ſynodis nationalibus a magiſtratu confirmandis.

At dum imperium, & ſacerdotium, ſeu ordo hierarchicus in Anglia jus acquiſitum urgent, Puritani ipſi abierunt in partes Separatiſtarum, Conformiſtarum, Non-conformiſtarum, Independentium. Puritani igitur epiſcopalibus ſunt oppoſiti, qui in Anglia dominantur. Ex illis autem, dum chriſtianiſmum purum ſeſe profiteri jactabant, alii ſeſe ſepararunt, ab epiſcopalibus, ac etiam a Presbyteranis, alii ſe conformarunt, regimini eccleſiaſtico, alii non: alii independenter omnino eccleſiam inſtituunt ſub ſolo capite CHRISTO, ita ut, ubi duo tantum vel tres ſunt, jam ſit eccleſia.

Habent ſuam propriam confeſſionem Angli 39. articulis conſtantem: de prædeſtinatione autem, & gratia a CALVINI rigore abeunt: agnoſcuntque Lutherani, Anglos propius ſibi accedere. *Vid. WALCH. de controv. relig. extra Luth. T. III. c. 4. Sect. II.* §. 35. Item *Sect. III. tam T. I. quam III.* ubi copioſe etiam agit de ſæpius fruſtra tentata unione eccleſiæ Lutheranæ, & Calviniſticæ, diſſenſuque fundamentali, qui intercedit inter placita utrorumque, quem multi ad facilem reddendam unionem tollere, ac inficiari allaborarunt. Einleitung der Religions Streitigkeiten auſſer der Lutheriſ. Kirch.

§. CXXXIX.

## §. CXXXIX.

Anabaptistarum & Socinianorum.

Quodsi diversorum errorum, & sectariorum numerum inire vellem, qui sæculo decimo sexto laxata sentiendi libertate sunt exorti, dies me deficeret; de præcipuis tantum, qui hactenus persistunt, quædam commemorasse sufficiat, Anabaptistarum, & Socinianorum, cum eorum variis sectis.

PRATEOLUS, HOSIUS, LINDANUS, STAPHYLUS, SANDÆUS, & alii varia nomina conglomerant variorum errorum, & erronum in suis libris de hæresibus & hæreticis horumce temporum. Præcipuorum, quoad protestantes Lutheranos, & Calvinistas, mentionem fecimus.

Quoad Anabaptistas autem, eorum nomina, & doctrina maxime variavit. Dici Anabaptistæ ἀπὸ τȣ̃ ἀναβαπτίζειν ægre ferunt, quia rebaptizare se negant, si in infantia baptizatos adultos iterum baptizant, utpote quos vere baptizatos non putent: sicuti olim, qui baptizatos ab hæreticis rebaptizarunt, Anabaptistæ a nobis sunt vocati, ipsi se nomen hoc mereri sunt inficiati. Dicti etiam fuerunt Münzeriani ab eorum præcipuo auctore THOMA MUNZERO, quamvis ante ipsum jam NICOLAUS STORCHIUS idem agitarit. Qui postea Mennonitæ sunt dicti, cum prioribus Anabaptistis aliquid habere commune non volunt: & revera SIMON MENNON reforma.

formator, repurgatorque haberi poteſt Anabaptiſtarum Monaſterienſium, qui non ſolum communitatem bonorum, ſed etiam polygamiam inducebant, facile de cauſa divortium admittentes. Spe regni millenarii, ac libertatis chriſtianæ prætextu rebellabant, varias revelationes, ac viſiones jactantes; a quibus ſe deliriis Mennonitæ puros clamant. Sunt quidem hodieque, qui regnum millenarium, ſed ſubtilius, fingunt.

Mennonitæ etiam in varias abierunt ſectas: quare J. HOORNBECK alia eorum dogmata communia, alia ſpecialia, alia ſpecialiſſima diſtinguit. Præter communiſſimum errorem, ob quem dicuntur Anabaptiſtæ, Mennonitæ CHRISTO corpus cœleſte attribuunt, juramenta omnia etiam in publico judicio vetita habent: nec chriſtianis indulgent magiſtratum gerere, aut bella &c. Id etiam commune illis eſt, affectare ſingularem ſanctitatem, ſtatum eccleſiæ idealem ſibi fingere: quæ prima ſeceſſus eorum fuit cauſa; & uſque ad præſentem diem, ubicunque degunt, comes ſe, & humiles præbent, quibuscum vivere, & negotiari bonum eſt. Vitam ſuam rite componere ſtudent, confœderatione quadam diſciplinæ. Quod produnt, qui in hac vicinia degunt prope monaſterium Tennenbacenſe. Paſtorem ordinarium non habent, ſed ſemel tantum per annum adventans ex vicina Helvetia eos inſtruit, & in doctrina confirmat.

Sed non de omnibus idem judicium ferri poteſt, nec etiam ubique locorum eandem tenent fidem. Sunt in Anglia, qui oleo infirmos ungunt juxta *Jacobi V.* 14. Sed tamen ſacramentum unctionis non agnoſcunt.

Hi nec Mennonitarum etiam baptismum ratum habent per aspersionem collatum.

In colloquio an. 1571. in Franckenthal inter eos, & Reformatos habito, præter consueta eorum dogmata, quæstio etiam de distinctione personarum in Trinitate, deque justificatione ex sola fide, ac apprehensione obedientiæ CHRISTI, de carne, an eadem quæ nunc, aliquando in resurrectione sit futura, mota est. Fuerunt nimirum, qui Trinitatem, ac Divinitatem CHRISTI, consequenter etiam redemtionem negabant dicentes, eum tantum ceu exemplum imitandum se nobis proposuisse: consequenter etiam peccatum originale tollunt. Fuit ex illis JAC. UTERMANN, qui de Divininitate corporalem conceptum habuit. Alius proditionem JUDÆ probavit. De Trinitate præcipue ADRIANUS EEGHEM perverse sensit, & GALENUS ABRAHAMBZ Socinianismi accusatus est, unde etiam Galenistæ sunt dicti.

Referuntur porro sectæ eorum Adamitæ, Bacularii, Clancularii, Manifesti, Sabbatarii, Dæmoniaci, Davidici ab illis distinguendi, qui a GEORG. DAVIDE sic sunt dicti, se Messiam, & tertium DAVIDEM a CHRISTO prænunciatum dicente.

Ab Anabaptistis sejungi non debent Schwenckfeldiani, LUTHERO coæva secta, cujus tamen non palmaris error fuit anabaptismus. Auctor eorum C. SCHWENCKFELDIUS CHRISTO veram carnem negavit, eique post exaltationem divinas tribuit proprietates, cum SS. Trinitate conjungens. Nec prædicationem verbi divini, nec baptismum pro medio habuit, quo Spiritus S. homines illuminet &c.

Jure

Jure Fanaticorum parens dici potest SCHWENCKFELDIUS, quamvis insaniam non aperte sit professus: quod fecit VALENTINUS WEIGELIUS, Fanaticorum præcipuus præsertim in Germania, theologiæ Paracelsicæ cultor. De aliis Fanaticis proximo sæculo plura dicemus.

Sociniani etiam Samosateniani, & Neo-Photiniani dicti, ex instituto mysterium Trinitatis, & Incarnationis impugnant. Ante Socinianos SERVETUS ob eundem errorem pœnas dedit. Jure ergo pro Naturalistis habentur, utpote qui substantiam religionis christianæ omnem tollunt. Negata Divinitate CHRISTI ejus meritum tollitur, & satisfactio: unde Sociniani eum tantum exemplo præiisse dicunt, atque opera nostra sine ipsius meritis nobis vitam æternam comparare volunt; peccatum autem originale non admittunt, nec gratiæ necessitatem, nec prædestinationem, DEO negantes præscientiam futurorum contingentium, quia eam comprehendere nequeunt. Id enim omne tollunt e religione, fidem funditus destruentes, quidquid supra rationem est.

## §. CXL.

Quibus ecclesiæ auctoritate opposita præsertim in concilio Tridentino & aliis.

Fides, ac dogmata catholica ecclesiæ auctoritate in concilio Tridentino præsertim fuerunt definita, ac firmata in aliis etiam conciliis contra novatores. Pro pace autem ecclesiastica jam antea ineunte sæculo, Romæ fuit celebratum Lateranense V.

(oppositum conventui Pisano), quod alii pro generali habent, alii non.

Adhuc urgebatur principio hujus seculi statutum de congregando singulis decenniis concilio generali pro reformanda ecclesia, ejusque rei causa se JULIUS II. juramento constrinxerat; at dum variis rebus, causisque impeditus tardat, cardinales suarum partium esse duxerunt illud, secessione a pontifice facta, convocare, suffulti auctoritate MAXIMILIANI imperatoris, ac LUDOVICI regis Gallorum. Illud reipsa Pisis inchoarunt, contra papam procedentes.

An. 1511.

Ei JULIUS opposuit Lateranense concilium anno sequenti, illudque postea LEO X. prosecutus est. In eo irrita sunt declarata concilii Pisani acta, quod Mediolanum translatum paulatim defecit, plerisque patribus Lateranensi se adjungentibus, quo timor schismatis haud levis evanuit; subsequentesque graviores causæ LUTHERO nova moliente, absorbentes intestinas simultates inter ipsos ecclesiæ principes, curam aliorsum transtulerunt.

Sequenti mox post finitum concilium Lateranense V. anno, colloquium Augustanum CAJETANUM inter, & LUTHERUM est habitum. Cujusmodi alii multi conventus sunt celebrati, atque in comitiis variis imperii actum est, ut imminenti malo ex LUTHERI novandi studio præverteretur: dum interim concilium generale flagitatur, idque potissimum CAROLUS V. urget.

An. 1518.

Concilium igitur post CAROLI V. & CLEMENTIS VII. mortem, qui jam ad illud congregandum curas impenderat, demum a

PAU-

PAULO III. Tridenti an. 1545. est inchoatum, dum primum Mantuam, ac Vincentias esset indictum. Post sessiones octo ob morbum contagiosum Tridenti, Bononiam est translatum, postque tres sessiones oratoribus cæsaris adversus Bononiensem conventum, ut vocabant, protestantibus, suspensum est usque ad an. 1551. quo iterum sub JULIO III. Tridenti kalendis Maji resumtum, post quinque sessiones ob bellum suspensio illius ad biennium est decreta; sed decennio perduravit, donec sub PIO IV. iterum aperta est synodus an. 1562. atque post novem celebratas sessiones absoluta est.

Protestantes exspectati diu non comparuerunt, talesque concilii conditiones postularunt, tale concilium, quale antea nullum fuit: ut nimirum legitimi ecclesiæ pastores, præsertim ejus caput Romanus pontifex, judicandi facultate privati sederent, ceu pars rea. Quasi vero de altera parte adversa idem dici non potuisset. Præter illas autem duas partes qui judex sedere potuisset? Sed hæc a nostris satis sunt discussa, constatque sanctissima concilio Tridentino auctoritas, quod nulli alteri concilio est secundum, nec ipsi Nicæno; quibus duobus inter se collatis ostendit LAUNOJUS peculiari longaque epistola, Tridentinam synodum longe plura in ecclesiam commoda attulisse, quam Nicænam, perstringitque MARCUM ANTONIUM *de dominis*, & PAULUM SARPIUM, qui sub ficto nomine PETRI SUAVIS, historiam hujus concilii fecit obstetricante MARCO ANTONIO tandem post auctoris mortem editam, ad invidiam concilio conflandam, quam sæpius evulgare in varias etiam linguas

*Oper. T. V. P. II. p. 777.*

conversam protestantes studuerunt. Cardinalis autem PALLAVICINUS suam opposuit: ostenditque DU-PINIUS in accurata hujus concilii historia, quam ambo auctores diversissimo consilio agitati ad scribendam, tamen ordinarie eadem narrando ad contrarios scopos collineent, ille ad supprimendam, hic ad extollendam pontificis potestatem.

*Bibl. T. X. c.3.*

Sunt demum nostra ætate quædam in lucem protracta, FRANCISCI de VARGAS, PETRI de MALVENDA, ac quorundam Hispaniæ episcoporum, quæ ad concilium Tridentinum pertineant, sed ab adversariis nostris sunt edita, qui iterum de novo insultare conantur, post tot conatus concilium hoc impugnandi, magna scriptorum copia, sed frustranea opera. Quæ enim de errore in sessione XIV. a doctoribus Coloniensibus, & Lovaniensibus detecto nova afferuntur, quod solum alicujus momenti esse posset, simul discimus debito tempore ante promulgationem correcta esse. Discimus porro novo argumento, quam concilii patres, avide adventum protestantium præstolantes, coram illis de articulis controversis agere optarint ex epistola FR. de VARGAS ad episcopum Atrebatensem. Habetur formula, qua rex Galliæ contra concilium protestatus est, quod solent porro urgere, concilium Tridentinum in Galliis non esse receptum: quod non est intelligendum de rebus fidei, sed quibusdam disciplinæ, & jurisdictionis capitibus in bona, vel homines, regni juribus adversa: quæ hactenus promulgationem ejus in Galliis impedierunt, quam id etiam optaret, ac urgeat clerus, & pastores, penes quos est arbitrium de religione: ut si reges etiam

aliquid

aliquid contra susciperent, non magis valeret, quam quod CONSTANTIUS v. g. contra synodum Nicænam egit.

Certe hoc ipso sæculo decimo sexto in Gallia concilia provincialia sunt habita, Remis, Avenione, & alibi ad observantiam concilii Tridentini inducendam. Quod alibi etiam est factum, ut saluberrima reformationis capita in hoc concilio in singulis sessionibus unacum tractatibus de fide ubique introducerentur; sed inter hæc excellunt Mediolanensia a S. CAROLO BORROMÆO celebrata. Singulariter etiam commemoranda ea Germanica concilia Moguntinum, Trevirensia duo, Coloniense, Augustanum, tempore ipsius concilii Tridentini celebrata, ubi ad illud egregiæ plerumque res, ac materiæ sunt præparatæ, præsertim in concilio Moguntino definitionibus fidei præcipuis jam præformatis.

In novo orbe pro incremento ecclesiæ, & in oriente pro uniendis schismaticis, ac hæreticis convertendis concilia celebrata sæculo decimo sexto leguntur.

## §. CXLI.

Infinitum foret recensere doctores omnes, qui causam fidei, ac ecclesiæ catholicæ hoc sæculo egerunt, ac dogmata illustrarunt. Accidit autem, quod etiam SS. PP. non raro evenit, ut plusculum nonnunquam in adversam partem deflecterent, unde enatæ inter catholicos ipsos controversiæ sunt.

Atque ab orthodoxis doctoribus asserta est, & conservata avita fides.

Quod maxime desiderarunt protestantes apud catholicos, & urserunt, scripturam sacram juxta fontes primigenios exactam, in eo maxime claruerunt catholici doctores hoc sæculo AUG. JUSTINIANUS, XIMENIUS, TITELMANNUS, ÆGIDIUS VITERBIENSIS, SANTES PAGNINUS, VATABLUS, ISID. CLARIUS, LIPPOMANNUS, SIXTUS SENENSIS, CL. ESPENCÆUS, ANDR. MASIUS, MERCERUS, EMAN. SA, ALPHONSUS SALMERON, ARIAS MONTANUS &c.

Habentur etiam inter doctores, qui ab aliis inter antesignanos novatorum censentur, qui ecclesiæ non spernendam suis studiis navarunt operam, & sepultas resuscitarunt artes: inter hos REUCHLINUS, JAC. FABER Stapulensis: ante alios autem ERASMUS ROTERODAMUS est numerandus, qui contra LUTHERUM de libro arbitrio egregie scripsit: & licet in multis reformationem juverit, & a multis præcursor LUTHERI habitus sit, ab ecclesia tamen non recessit. Refert P. RICHARDUS, qui nuper defensionem ERASMI restauravit singulari libro, quæ is paucis ante mortem diebus scripserit: CHRISTUM se agnoscere, LUTHERUM non nosse, agnoscere etiam ecclesiam Romanam, *quam opinor*, verba sunt ERASMI, *a catholica non dissentire, ab hac nec mors me divellet, nisi palam divellatur a CHRISTO.* Sed non satis fiduciæ continent hæc verba de ecclesia columna veritatis, nec etiam pro viribus ERASMUS causam ecclesiæ egit, licet sibi dixerit esse irreconciliabile bellum cum universis Lutheranis.

*Sentimens d'Erasme* p. 14.

Quare

Quare ad alios potius, qui ſtrenue, & conſtanter cauſam eccleſiæ egerunt, nos convertimus. Inter quos præprimis nominari meretur JOH. ECKIUS, qui Romæ LUTHERUM primus denunciavit, & tum ſcriptis, cum colloquiis variis cum LUTHERO, & ejus aſſeclis habitis, naſcentem hæreſin impugnavit. Illi proxime jungendi ſunt SYLVEST. de PRIERIO, JOSUE CLICHTOVÆUS, JO. COCHLÆUS, STANISLAUS HOSIUS, HIERONYMUS EMSERUS &c. Ex ſocietate JESU ingentem numerum refert P. ALEGAMBE in bibliotheca Jeſuitica.

Inter quos nominatim dici merentur, qui præter ſcripta, colloquia etiam publica cum Lutheranis habuerunt, Neoburgi JACOBUS KELLER cum JAC. HEILBRUNNER, cum eodem & ÆGIDIO HUNNIO Ratisbonæ ADAM TANNERUS, & JAC. GRETSERUS, cujus opera pluribus tomis nuper ſunt recuſa, pleraque huc pertinentia. Nec prætereundus eſt JO. PISTORIUS, qui a Lutheranis ad nos tranſiens in colloquio Badenſi victis adverſariis JACOBUM Marggraffium Badenſem in gremium eccleſiæ reduxit.

A pontifice ad negotium religionis adhibiti ſunt viri doctiſſimi CAJETANUS, ALEANDER, CANTARENUS, & REGINALDUS POLUS, quorum duorum geſta, ac ſcripta nuperrime illuſtravit, ac edidit Card. QUIRINIUS.

Concilio Tridentino clariſſimi interfuerunt doctores FR. VICTORIA, SOTO, SERIPANDUS, CANUS, CATARINUS, VEGA &c.

Fuerunt etiam, qui pacis studium præcipue urserunt variis viis, præter ERASMUM, CASSANDER, BALDUINUS, WICELIUS, sed non æquis semper conditionibus. Singulariter etiam sunt commendanda integrarum academiarum studia damnatis novis errorribus a theologis Lovaniensibus, Coloniensibus, Moguntinis, Parisinis. Ubi ex hoc potissimum tempore frequens fuit errorum quorumvis proscriptio, tametsi in sectas non abierint, cujus plures in historia Parisiensis academiæ, & apud DU-PINIUM legi possunt.

Ex theologis autem, præter jam laudatos, quosdam adhuc nominasse e re erit, Jo. d'OVIEDO, FABRUM, VIGUERIUM, PAUL. MIDDELBURGIUM, PETR. GALATINUM, MEDINAM, JAC. MERLINUM, BARTH. CARANZA, ALPHONS. a CASTRO, CROPPERUM, GUIL. ALANUM, TH. STAPLETONUM, ALB. PIGHIUM, NIC. SANDERUM; JAC. PAMELIUM, GUIL. LINDANUM, P. CANISIUM, DOM. BANNES, MOLANUM &c.

Sunt alii, qui clarum etiam nomen inter theologos sunt adepti, sed illud obscurarunt lites in ecclesia seminantes. Inter quos MICHAEL BAJUS, qui etiam interfuit concilio Tridentino cum HESSELIO, ac postea de gratia, & libero arbitrio, statuque hominum non satis sanam in scriptis suis procudit doctrinam, ac censuram Sorbonicam, fulmenque Vaticanum in se provocavit. Is diu reluctans demum victas dedit manus, ac judicio pontificis acquiescens, errores retractavit.

Qui

Qui historiam controversiæ de divinæ gratiæ auxiliis contra Thom. de LEMOS sub nomine ELEUTHERII edidit P. MEYER, in hunc BAJUM culpam omnem conjicit, excitatæ alterius in opposita parte versantis controversiæ: dum primum a Lovaniensi sacra facultate, ac Duacensi illius filia extractæ triginta propositiones ex Leon. LESSI, & HAMELII Jesuitarum libris, damnatæque sunt.

Theologi societatis JESU contra Lutheri, & Calvini errores de gratia, & libero arbitrio, animati, concordiam gratiam inter & liberum arbitrium inire studebant quovis demum modo, hinc non tantum lites illæ de quibus modo diximus, in Belgio sed majores etiam adhuc usque in hunc diem fervent, & vix unquam finiendæ in Hispaniis hoc sæculo sunt exorsæ controversiæ de auxiliis, ubi in academia Salmanticensi adversarios sunt nacti., cum primum PRUDENTIUS de Monte-Major publicis in thesibus concordiam illam defendere suscepit, acriter impugnante BANNESIO, & sedecim propositiones partim hæreticas, partim erroneas denuntiante. Prudentio suppetias tulerunt FONSECA imprimis, & MOLINA, qui, sententia celebri media exorta, litibus ingentibus januam aperuerunt, quæ adhuc hodie nomen a Molina habent, quam in systema redactam edidit libro de concordia liberi arbitrii cum auxiliis gratiæ. Is congregationibus *de auxiliis*, coram pluribus pontificibus Romæ publice habitis, locum dedit, ipsis pontificibus judicibus sedentibus, ad pronunciandam demum sententiam, quam frustra hactenus contra Molinistas Dominicani sunt præstolati.

Ex Græcis unum commemorare licet HIEREMIAM patriarcham Cpolitanum, quem ut in suas partes pertraherent Lutherani theologi Würtembergenses, destinarunt ad eum confessionem Augustanam in Græcam linguam conversam, quam ille censura notatam remisit. Videbimus sæculo sequenti contra hæresin Calvinianam Græcos adhuc multo gravius testimonium dedisse, ac tulisse judicium etiam in conciliis, nec tantopere in barbaros obbrutuisse, atque religionis avitæ sensum deposuisse, ut crassos errores, & tantam innovationem in dogmatibus factam transmittere potuerint.

## CAPUT II.

*Religionis, ac fidei catholicæ fata seculo decimo septimo.*

### §. CXLII.

Turbæ, & bella fidei causa.

Res christianæ sæculi decimi septimi pacatiores videri potuissent, nisi undique turbæ, & bella religionis causa arsissent, libertate conscientiæ vi & armis vindicata, dum interim in America fidei catholicæ defectum in Europa resarcire student.

Nulla fere est Europæ regio, quæ non religionis causa bella sustinuerit, arcem ecclesiæ catholicæ si excipias Romam. Romanum autem imperium gravissime fuit infestatum,

dum, qui gubernacula ejus tenebant piissimi Austriæ principes, grassanti hæresi obicem ponere allaborant.

Parva scintilla excitavit tantum incendium, ob justam pœnam sumtam de civibus Donawerdensibus, sacra publica abbatis sanctæ crucis turbantibus, unde contentiones, & partium studia tandem in apertum bellum exarserunt, pactum fœdus principum protestantium, & opposita liga catholica. In Bohemia proceres hæresi infecti libertatem religionis, accito Palatino, rebellione sibi comparare tentabant.

Imperii principes protestantes duce GUSTAPHO ADOLPHO bellum ingens tricennale inflammarunt, ac pace tandem Westphalica liberum religionis exercitium Augustanæ confessioni addictis, & Reformatis obtinuerunt. Dura necessitas adegit ad cessionem etiam tot bonorum sacrorum, ob metum majoris mali. Imperator tamen suis terris hæreditariis, quantum valuit prospexit, non semel per legatum TRAUTMANSDORFFIUM protestatus, se prius regiones suas omnes, ac vitam daturum, quam assentiatur, suis in ditionibus religionem confessionis Augustanæ exerceri. Quod quidem tunc in Germanicis regnis obtinuit.

In Galliis idem ad repurgandum regnum reges christianissimi egerunt, idque non nisi ægerrime post multa bella effectum iverunt, multis millibus vitam pro CALVINI doctrina dantibus, aut patriam deserentibus. Cardinalis RICHERIUS reconciliare eos persuasionibus est conatus, ipse cum ministris disputationem ex solis scripturis iniens, nec sine effectu; qui etiam major sperabatur, nisi mors cardinalis intercessisset. Sed dum penitus

tus hæc pacis molimina non ſuccederent, ad alia veniendum fuit, cum tamdiu florentiſſimum regnum internis his malis conſumeretur. Vicit ergo regia auctoritas, poteſtasque atque inclytum regnum hæreticis purgatum eſt.

Secus omnino in Anglia accidit, bellis ob religionem miſere afflicta, expulſa demum cum catholicis principibus religione catholica.

Dum ſic de religione undique bellatur in Europa, & ſanguine omnia madent in America, Japonia, China, ſanguine martyrum, qui eſt ſemen chriſtianorum, etiam copioſo paſſim præconum fidei irrigatur eccleſia, & ingens CHRISTO ſoboles naſcitur barbarorum. Ex orientalibus etiam ſchiſmaticis, & hæreticis quædam acceſſio facta eſt.

## §. CXLIII.

Novæ ſectæ inter Lutheranos.

Sæculo hoc variæ inter proteſtantes ipſos exortæ ſunt controverſiæ ejusmodi, quibus produnt ſe facti ſchiſmatis, ac innovationis conſcientia angi: quales inter Lutheranos potiſſimum ſunt Syncretiſticæ, ac Pietiſmus labente ſæculo ortus.

Nihil dicam de opinionibus ſingularibus, & erroribus, quos multi privatim pro libertate conceſſa juxta principia proteſtantica tenuerunt, & ſcriptis etiam in publicum ſparſerunt; tantum illas attingam controverſias, quæ plurium detinuerunt ſtudia, & motuum cauſa fuerunt, nec ferendæ ab ipſis proteſtantibus ſunt viſæ; tametſi nemo apud illos auctoritate ali-

qua

qua præcipua polleat (quam nec integræ ecclesiæ concedunt) alios in jus vocandi, ac libertatem conſcientiæ, ſcientiæque propriæ violandi. At temperare ſibi ab hoc non poſſe, contra primaria ſua principia, controverſiæ produnt, inter ipſos agitatæ, ingenti animorum æſtu, & contentione, heterodoxiæ condemnando novas a libris ſymbolicis, & confeſſionibus publicis alienas ſententias.

Inter has primum locum obtinet in hoc ſæculo Huberianiſmus a SAMUELE HUBERO ſic dictus, qui univerſalitatem electioctionis ad vitam etiam æternam ad omnes ſive fideles, ſive infideles extendit, vi meritorum CHRISTI, quibus remiſſionem peccatorum accipiant, ac juſtificentur omnes. Cum enim eſſet paſtor, non procul a Reformatis terris remotus, controverſiis, & colloquiis implicitus de particulari gratia, & electione, adverſariis ad particularitatem redemtionis arguentibus, ipſe ſe extricare non valens, univerſalitatem electionis pariter ac redemtionis defendendam ſuſcepit, a ſuis contradictionem paſſus, HUNNIUM inter alios adverſarium nactus, cum poſtea contenderet ex conſequentia erroris, omnes per baptiſmum regenerari, etiam hypocritas, & ficte accedentes.

De omnipræſentia CHRISTI ſecundum humanam naturam, ſtatu exinanitionis, & exaltationis regno ejus æterno controverſia præſertim Tubingenſes, Gieſſenſesque theologos ſecum commiſit. Contendebant illi conformiter avitæ Lutheranæ doctrinæ, CHRISTUM ſecundum humanam naturam in ſtatu exinanitionis reipſa, ac vere divinas proprietates nunquam non habuiſſe, idque vi perſonalis unionis; illi contra ex voluntatis lubitu uſum

illa-

illarum proprietatum repetebant, quo CHRISTUS se in statu exinanitionis abdicaverit.

Acriori adhuc controversiæ inter Lutheranos ansam dedit GEORG. CALIXTUS, a quo Calixtinæ, a re autem ipsa Syncretisticæ nomen habent controversiæ: quod inter dissidentes sectas, & sententias combinationem meditarentur uterque CALIXTUS pater, & filius cum aliis præsertim Helmstadiensibus theologis. Varia tunc colloquia, & conventus habebantur, Sendomiriensis, Thorensis, Cassellanus, ad reuniendas contendentes circa religionem partes, & factiones. In his CALIXTUS consilia sua Syncretistica maxime prodebat, talesque in scriptis sententias fovit, quibus posset omnibus contendentibus partibus satisfieri, etiam catholicis. Resuscitabatur vetus quæstio de necessitate bonorum operum in justificatione; ut difficultas circa primarium caput controversum tolleretur: hanc controversiam imprimis HORNEJUS agitabat CALIXTI partes secutus; quas etiam quidam Regiomontani theologi suscipiebant, talesque sententias defendebant, quibus catholicis, & Calvinistis propius accedere conabantur, & negotium unionis promovere. Conatui huic alii acriter resistebant contra Jo. LATERMANNUM CALIXTI discipulum; & DREJERUM, inter alia etiam consensu quinque priorum sæculorum pro principio saltem secundario fidei præter scripturam agnito, quo traditio consecrabatur.

Symbolum apostolicum pro fundamento collocabatur, præcipuæ autem controversiæ de justificatione, sacramentis, disciplina cum catholicis, prædestinatione cum Calvinistis,

ac

ac aliæ, pro innocentibus, & indifferentibus habebantur. Symbolum in ſenſu catholico, & apoſtolico ſumendum volebant, cum interpretatione œcumenicorum conciliorum, excluſis hæreticis, myſterium Trinitatis, & Incarnationis laceſſentibus. Idque urgebat potiſſimum DREJERUS, ut eccleſiam ſic catholicam in orbe diffuſam demonſtraret, ſecus ſentientes Novatianos, Donatiſtas, Luciferianos, ſchiſmaticos, hæreticos ſalutans. In colloquio Caſſelano unionis quoddam ſpecimen editum eſt, ſed tolerantiam potius mutuam, quam ſententiarum concordiam præſeferebat.

Diverſis, adverſisque ſtudiis dum hæc ita agerentur, alii ceu media quadam incedebant via, theologi potiſſimum Jenenſes cum MUSÆO: quod ipſum vitiis eis vertebatur, ac Syncretiſmi accuſabantur. SALOM. GLASSII judicium, magno judicio factum, poſt ejus demum mortem eſt editum: aliique deprehenderunt in æſtu diſputationis multa falſo partibus imputata eſſe, tandemque Syncretiſtica illa controverſia tota conquievit, nec ſectam reliquit.

Alia eſt, quæ ad hunc uſque diem perſeverat, de Pietiſmo lis, quem alii pro fabula habent, alii pro deterrima hæreſi inter ipſos Lutheranos: ingensque ſcriptorum moles eam in rem prodiit, atque potiſſimum agitur de JAC. SPENERI ſententiis, & ſtudiis collapſum evangelii vigorem apud evangelicos ſuos reſtaurandi: quod aliter inſtituere non potuit, quam ſubrutis fundamentis proteſtanticis, de ſola fide juſtificante. Inſtituerat ille collegia pietatis, ediditque *Pia deſideria*, in quibus, deplorans miſerum Lutheraniſmi ſtatum, ad exercitia pietatis, ſtudiumque ſanctita-

*Vid. Walch. controv. Luther. P. II. c. 5.*

etitatis hortabatur. Ut autem collegia sua pietatis commendata redderet, multa disseruit de spirituali sacerdotio christianorum. Alii ejus exemplum secuti, eadem inculcabant, ac similiter privata instituebant collegia: alii eorum defensionem saltem suscipiebant.

Hinc suspicio, ac fama Pietismi undique ingruentis, ac in SPENERUM variæ accusationes, præsertim regni millenarii, & restitutionis temporum; quæ tunc quæstio diversis studiis agitabatur, & ob Fanaticos, inter quos D. PETERSENIUS eminebat, idem ingeminantes, invidia laborabat. At non erat hæc palmaris incusatio, probeque distinguebatur subtilis a crasso Fanaticorum chiliasmo, ut jam primis sæculis usuveniebat. Pietatis exercitia, vitam, & opera christiana spectabant, hinc restitutio rerum christianarum potissimum, ad excellentem aliquem statum, ac perfectionem christianismi juxta evangelicum ductum intendebatur. Itaque centrum Pietismi habitum est existimatio de sanctitate vitæ, illiusque perfectione adhuc in hac vita. Eo tendere videbantur collegia pietatis, atque ad opera pietatis exstimulatio, tanquam ad salutem necessaria.

Petebant hæc doctrinam de sola fide justificante, multumque disputabatur de fide viva, operibus instructa, charitate ornata. Quæstionem eam excitabat inter alia THOMASII, aliis etiam controversiis, & paradoxis sententiis noti, dissertatio: *An hæresis sit crimen?* ubi de fundamento evangelicæ fidei, charitate DEI, & proximi, abnegatione sui quæstio incidebat. Pietistæ, quia charitati, & operibus omnia, fidei parum tribuebant, libros symbolicos Lutheranos parvipendebant,

quæ

quæ de fide ſola agerent, pietatem non promoverent, nec curarent impletionem legis, unde tanta corruptio Lutheranæ eccleſiæ. Res ea certe anima eſt doctrinæ proteſtanticæ, ut mirum non ſit in SPENERUM, & ſequaces multos eſſe armatos; quem tamen alii conſcientia reclamante accuſare non audebant. Plura dabimus, & explicatiora ſequenti capite & ſæculo.

## §. CXLIV.

Calviniſtæ, qui Reformatorum nomine delectantur, etiam in novas partes ſunt disjuncti, non obſtantibus ſynodis, quarum auctoritate (ſecus ac ſua ferunt principia cum Lutheranis communia) novitatibus ſententiarum obſiſtere conabantur. Inter Calviniſtas.

Prodiit ad finem ſæculi decimi ſeptimi ſynodicon Galliæ reformatæ duobus voluminibus in folio, in quibus multa exempla deprehenduntur exercitæ poteſtatis circa religionem, quam alias eccleſiæ demunt. Non ſolum libri cum ſuis auctoribus reprobantur, aut ſuſcipiuntur, ſed etiam dogmata deciduntur, refragariis damnatis.

Inter has autem præcipua Dordracena contra JAC. ARMINII doctrinam, palmari Calviniſtarum dogmati de prædeſtinatione, & gratia adverſam. Is, cum rigidam CALVINI, & BEZÆ ſententiam contra Infra-lapſarium quemdam defendere ſuſciperet, contra propoſitum ſuum in agnitionem erroris venit, cœpitque prædeſtinationem conditiona-

tam profiteri. Ei se opposuit GOMARUS, collegamque ARMINIUM in docenda theologia Lugduni in Belgio, heterodoxiæ petiit. Nihilominus ARMINIUS plures asseclas nactus est, qui doctrinam illius etiam post mortem defendendam susceperunt, quinque articulis comprehensam, quibus docent, DEUM æterno immutabili decreto in JESU CHRISTO Filio suo ante jactum mundi fundamentum statuisse, ex lapso, peccatis obnoxio humano genere, illos in CHRISTO, propter CHRISTUM, & per CHRISTUM servare, qui Spiritus sancti gratia in eundem ejus Filium credunt, & in ea, fideique obedientia per eandem gratiam in finem perseverant; contra vero eos, qui non convertuntur, & infideles, in peccato, & iræ subjectos relinquere, & condemnare, tanquam a CHRISTO alienos. Proinde JESUM CHRISTUM mundi servatorem pro omnibus, & singulis mortuum esse, contra palmare CALVINI dogma sciscunt, atque ita quidem, ut omnibus per mortem CHRISTI reconciliationem, & peccatorum remissionem impetraverit, ea tamen conditione, ut nemo illa remissione peccatorum reipsa fruatur, præter hominem fidelem; hominem vero salutarem fidem a seipso non habere, nec vi liberi arbitrii sui, sed gratiam DEI esse initium, progressum, ac perfectionem omnis boni: quamvis, quod modum operationis gratiæ attinet, irresistibilis non sit. An vero CHRISTO per veram fidem insiti, ac proinde Spiritus ejus vivificantis participes non possint negligentia sua initium sui esse in CHRISTO deserere, a gratia excidere, putant penitus ex sacra scriptura esse expendendum, antequam illud cum plena animi tranquillitate, & πληροφορία dicatur.

Hæc

Hæc fere ad verbum ex quinque articulis expressi, quos statibus Belgii obtulerunt in scripto quod *Remonstrantiam* inscripserunt, simul rogantes, ut confessio Belgica, & catechismus Heidelbergensis examini subjiceretur. Adversarii vero *Contra-Remonstrantiam* iisdem statibus obtulerunt, unde Remonstrantium, & Contra-Remonstrantium nomen obtinuit. Mutua tunc tolerantia partibus est imposita; dum postea in synodo Dordracena post 154. sessiones magna doctorum frequentia ex variis regionibus quinque articuli damnati sunt. *An.* 1618. At judicio tam solemni cedendum non existimarunt Remonstrantes, cum synodo Tridentina comparatione instituta, in qua iidem etiam fuerint accusatores, & judices, præsesque, qui fuit BOGERMANNUS hostis capitalis. Res ea motus maximos in Belgio excitavit, Remonstrantibus exercitio publico religionis interdicto. Nihilominus cum privatum relinqueretur religionis exercitium, novæ controversiæ de separatis Remonstrantium coetibus, de libertate conscientiarum, ac de hæreticidio sunt ortæ. Cumque confessionem fidei suæ ederent Remonstrantes, controversia de auctoritate confessionum fuit renovata.

Multi Remonstrantium ulterius processerunt, in Pelagianismum lapsi, penes vires hominis naturales constituentes, an converti velit, nec ne. In alia etiam, Socinanorum nimirum, devia deflexerunt, his saltem in ecclesia locum tribuentes, unde latitudinarii sunt dicti. Iidem in doctrina de attributis ac proprietatibus divinis Trinitate, satisfactione CHRISTI, natura, & gratia prope absunt a Socinianis.

In Galliis MOSES AMYRALDUS a rigore Calvinismi recessit, docuitque, DEUM

quidem, hominum misertum post lapsum decrevisse, omnes per CHRISTUM salvos facere, si credant in CHRISTUM; at fidem non omnibus dare decrevisse distincto duplici decreto, altero particulari, & absoluto dandi fidem; altero universali, & conditionato: quam ob rem Universalistæ hypothetici vocantur, ab Universalistis absolutis distincti: quales an etiam inter ipsos Calvinistas reperiantur nescio, qui universali gratia agnita dicunt, cum DEUS præviderit homines vocationi suæ restituros ad unum fere omnes, electis saltem destinasse gratiam, qua salventur.

Angli quidem etiam a JACOBO rege, Remonstrantibus iniquiore, & inter rigidiores adversæ partis fautores, ab ineunte ætate innutrito, missi ad synodum Dordracenam, ei subscripserunt; at postea rerum facie immutata, rege Arminianis propitio reddito in alia omnia abierunt: unde discrimen enatum Puritanorum civilium, ecclesiasticorum, & doctrinalium. Primi arbitrario regis imperio adversi huc non pertinent; alteri CALVINI doctrinam adoptabant; tertii non. Alii etiam rigidiores (Torrys) alii moderatiores (Whigs) sunt dicti, sed ratione status non religionis, hucque non spectant.

CLAUDIUS PAJONIUS ex eorum numero est, qui ex rigore Calvinistarum in alterum extremum sunt prolapsi circa gratiam, quam quidem admittebat, sed operationem illius moralem tantum statuit: quatenus Spiritus S. non immediate, & supernaturaliter operetur in anima, sed mediate, & objective tantum promissionibus, terroribus, exemplis &c. quibus mota mens determinetur suapte natura ad bonum, quæ physice corrupta haud sit.

Jo. PLACÆUS circa imputationem peccati originalis novum errorem induxit, eam non immediate a peccato ADAMI, ſed a propria naturæ corruptione repetens: propter quam nobis in peccato conceptis, & natis, peccatum ADAMI imputetur, non quatenus ab ADAMO capite noſtro deſcendimus.

Quæ inter Coccejanos, & Voetianos interceſſerunt controverſiæ, theologiam potiſſimum ſpectant, & diſciplinam ſabbati. COCCEJUS theologiam juxta diverſa fœdera inſtituebat, atque in veteri teſtamento πάρεσιν tantum, non ἄφεσιν, ſeu veram peccatorum remiſſionem ſtatuebat: circa explicationem etiam ſcripturarum, & prophetiarum veteris teſtamenti multiplicem ſenſum una in voce ſtatuit, adverſarium nactus imprimis VOETIUM, alios autem ſectatores multos, cultoresque theologiæ hypotheticæ.

Commemorandi adhuc ſunt Irenici, qui Lutheranos inter, & Calviniſtas pacem inire geſtiebant: atque inter hos doctores ſynodi Carentonenſis videri voluerunt, Lutheranis indulgentes, ad cœnam ſecum ire, & communionem participare: cum Lutheranis ſapientioribus ſic viderentur potius illudere, & communionem talem pro abnegatione doctrinæ ſuæ de reali præſentia habere, quare ſuis prohibuerunt hanc cum Calviniſtis communionem.

Fuerunt tamen, qui ſincerius negotium unionis agitabant, atque inter hos præprimis nominandus eſt DURÆUS, qui admiſſa gratia, & prædeſtinatione modum transmittendum putavit. AMYRALDUS cum Gallis aliis, PETRUS JURIUS in Belgio, HOTTINGERUS in Helvetia idem tentarunt.

 §. CXLV.

## §. CXLV.

Usfque ad exitium religionis, senfusque de DEO.

**Alii errores ufque ad cumulum impietatis Atheifticæ fæculo decimo feptimo pro licentia fentiendi funt defenfi; turbæ etiam Fanaticorum prodierunt, & impoftorum animo corruptorum, & alios corrumpentium.**

An dentur Athei, difceptatur de theoreticis potius, quam practicis, qui mente corrupti, & depravati fenfum divini Numinis abjiciunt. Ex veteri philofophia quadruplex folet diftingui Atheifmus, Ariftotelicus, fuppofita mundi æternitate; Stoicus, quo DEUS cum mundo intime conjunctus confideratur; Epicuræus, quatenus mundus ex fortuito atomorum concurfu conflatus dicitur; Eleaticus, quo una mundi, & DEI fubftantia habetur, hodie frequentiffimus, a SPINOZA jam Spinozifmus dictus: in quo, dum DEUS cum natura confunditur, omnis religio exulat: cujus omnes formas inventa callidorum principum cum BODINO, & aliis effe vult, qui nuper Spinozifmum defendit, dum eum refutare fimulat, regnareque in omnibus totius mundi religionibus meram credulitatem, fola religione Confuciana excepta, quæ nulla nitens revelatione, nullis miraculis, tantummodo naturæ officia habeat pro fundamento. Hæc aliena funt a noftris facris.

At ex theologia etiam chriftiana, quatenus corrupta eft eorum principiis, qui libertatem fentiendi cuivis concedunt, talia monftra ori-

ri,

ri, ratio & experientia docet plurimorum, qui nullam auctoritatem firmam agnoscunt; eos autem, qui rationem adhibent, in diversa abire circa divinum verbum dum cernunt, primum cespitant, & de gradu ad gradum in Indifferentismum, Naturalismum, Deismum, Atheismum descendunt. Dum aut indifferenter quaslibet religionis christianæ formas, tantopere secum pugnantes, habent; aut abjecta omni auctoritate, saltem DEUM, naturali lumine cognitum, colendum volunt creatorem, & provisorem; aut abjecto hoc etiam tenui religionis sensu, DEUM otiosum, nihil nostri satagentem, vel omnino nullum sibi persuadent. Quo impietatis inducuntur, qui immortalitatem animarum, existentiam spirituum negant, nihil prophetiis, & miraculis deferunt, verbum divinum revelatum abjiciunt, ac christianam religionem.

Hoc ex genere quosdam saltem commemorasse sufficiat BALTAS. BEKKERUM, qui *mundum fascinatum* præter alia scripta reliquit. In eo videtur tantum negasse virtutem dæmonis in hoc mundo, posito principio, non posse spiritum agere in corpus; dixit autem, ex gentilismo in christianismum opinionem de vi agendi diaboli in corpora humana devenisse. Unde christianismus ipse evertitur, ac præcipua miracula eluduntur, quæ in liberandis obsessis a dæmone CHRISTUS ipse egit, & apostolis, ecclesiæque commisit potestatem perennem quotidie in ecclesia super catechumenos & obsessos conspicuam.

Alterum PETRUM BAYLIUM commemorare juvat, qui alium arietem admovit non unum ad subruendam omnem religionem in Atheismi patrocinium. Atheismum nempe

ceu leve crimen venditavit, superstitione, & credulitate levius multo. Nec tolerantiam tantum religionis latissimam aperuit, verum etiam talia principia posuit, quibus religio omnis subvertitur, & ipse Deitatis sensus: dum negavit, DEUM nobis certum reliquisse veritatis in religione criterium, & argumentum: Manichæorum, qui duo principia statuunt, causam passim egit, contendens eos refutari non posse; fidem, & rationem ceu secum pugnantia commisit. Reperta sunt etiam in ipsius scriptis post mortem, quibus serio argumenta contra divinam providentiam instruxit.

Nunc de Fanaticis est etiam dicendum, qui non unam sæculo decimo septimo sectam fecerunt. Inter has celebrior Quakerorum in Anglia est, qui latine Tremuli a corporis gestibus dicuntur. Eorum auctorem alii GEORG. FOX esse dicunt, alii JAMES NAYLOR, insignem impostorem, qui se Messiam venditavit. Quakerorum palmare dogma est, ac πρῶτον ψεῦδος internum lumen, quod hominibus insitum dicunt, quodque ceu regulam credendorum, agendorumque habent parvipensa scriptura sacra. Circa alia dogmata eos aberrare facile quis credat: circa Trinitatem vocibus, *essentia*, & *persona* posthabitis; circa CHRISTUM, ei cum Anabaptistis suis parentibus duplex corpus tribuentes, spirituale ab origine rerum, & terrenum ex MARIA. In nobis autem duplicem substantiam, alteram ex DEO, alteram ex dæmone statuunt. In practicis cum Anabaptistis conveniunt, negantque christiano licere magistratum gerere, judicio contendere &c. Inter Quakeros excelluit ROB. BARCLAJUS, qui eorum doctrinam in certam formam redigere conatus est.

Appa-

Apparet autem jacto fundamento immediatæ revelationis, christianiſmum funditus deſtrui, cum miniſterio, conventibus, ritibusque externis etiam ſacramentis: nec vel baptiſmum, niſi ignis, & ſpiritus, aut manducationem euchariſtiæ niſi ſpiritualem ſtatuendo. Auctor, qui breviarium nobis dedit de ortu, & progreſſu Quakeriſmi, & dogmatum ejus, etiam pandit eorum ſacramentum, ſive paſcha, reconditum nempe, & ſummum illorum myſterium, quo totam JESU CHRISTI hiſtoriam in meram transforment allegoriam, & ſenſum myſticum. Hanc impietatem a ſectatoribus HENRICI NICOLAI Amſtelodamenſis FOXO inſtillatam eſſe dicunt, qui in Belgio ſectam collegit, quam *familiam ſancti amoris* nominabat: de CHRISTO in ſpeciem tantum aliquid docet, per quem nihil aliud, niſi lumen hominis internum, id eſt, animam, ingenium, & rationem intelligebat.

Præter alios Fanaticos Labadiſtarum, Familiſtarum &c. qui in principali errore de lumine interno conveniunt, commemoranda eſt etiam celebris BURIGNONIA, quæ ſimiliter interno ſtatuto lumine externum religionis cultum omnem abjecit. CHRISTO triplex attribuit corpus. ADAMO autem eam duplicem ſexum tribuiſſe tam mirum non eſt, quam PETRUM POIRETUM magni ingenii virum potuiſſe deliramentis fœminæ hujus abduci. Qui tam perſpicax fuit in erroribus recentioris philoſophiæ detegendis, & tam capax in ſyſtema redigendi errores etiam, quos a ſua BURIGNONIA hauſit, ac ipſe excogitavit, præſertim circa Trinitatem naturalibus exemplis uſus, & circa tolerantiam non ſolum omnium religionum, ſed etiam ſa-

lutem omnium infidelium, ex principio communi Fanaticorum de lumine divino interius cuivis homini aſpirante, ut opus non ſit exteriore fidei præconio. Qua ratione facile quibusvis gentibus, de CHRISTO nihil audientibus, aut de chriſtianiſmo, ſpem ſalutis facere potuit.

Præter Weigelianos jam ſuperiore ſæculo commemoratos, Böhmiſtæ Fanatici ſunt a JAC. BOEHMIO dicti, cujus plura extant ſcripta principiis fanaticis, & atheiſticis referta, quæ ad Spinoziſmum ducunt. Memorantur etiam fratres Roſeæ crucis, magicis artibus dediti, varia ſpirituum genera admittentes Salamandras, id eſt, igneos, Sylphides, ſeu aëreos, alios gnomos, terreos. Dicuntur etiam commercium carnale cum dæmone habere; ſed, an aliquando in rerum natura extiterint, dubitatur. De Gicktelianis, Inſpiratis, ſeu qui iidem eſſe videntur, Illuminatis, & aliis ejusmodi deliriis, qui plura noſſe cupit, WALCHIUM conſulere poterit. *P. I. & IV. controv. relig. extra Lutheran. c. 6.*

## §. CXLVI.

*Ex catholicis hæreſes novæ, & errores orti.*

Ex catholicis etiam novæ ſæculo XVII. exortæ ſunt ſectæ, atque inter eos enatæ controverſiæ, quibus auctoritatem eccleſiæ interponi neceſſe fuit per ſummos pontifices. Nec Præadamitas hic excludimus, quamvis eorum auctor *Iſaac* PEYRERIUS olim Calviniſta fuerit.

Edidit PEYRERIUS exercitationem ſub titulo *Præadamitæ*, ſuper verſus 12, 13, 14. cap.

cap. 5. epiſtolæ D. PAULI ad Romanos: *Quibus inducuntur*, ex ipſius ſententia, *primi homines ante ADAMUM conditi*. Edidit etiam ſyſtema theologicum integrum ex Præadamitarum hypotheſi. Nomen quidem non præpoſuit opuſculis iſtis, conaturque in epilogo exercitationis lectori perſuadere, ſe, quæcunque congeſſerit, exercitii gratia ſcripſiſſe; nihilominus pro auctore libri agnitus, Bruxellis carceri intruſus, non aliter libertatem ſuam, quam ejurata CALVINI ſecta, & execratione dicti ſui opuſculi, eſt aſſecutus. Inde Romam digreſſus, ab ALEXANDRO VII. benigne exceptus eſt. Edidit etiam rationes, cur hæreſin Calviniſticam, & librum de Præadamitis ejuraverit. Quamvis poſtremis vitæ ſuæ annis quiete degerit; referunt tamen *Menagiana*, eum ſemper *Præadamitas* ſuos in phantaſia geſtaſſe.

Graviora negotia fecit CORN. JANSENII Iprenſis epiſcopi AUGUSTINUS, primum poſt ejus mortem editus. Id quod quidem auctori commodo fuit, ne turbis ingentibus implicaretur, ejus cauſa enatis; eccleſiæ autem uſque ad hodiernum diem grave accidit, Janſeniſtis non amplius de damnatis propoſitionibus, ſed de ſenſu JANSENII diſputantibus. Unde duæ controverſiæ additæ ſunt de *quæſtione facti*, & *caſu conſcientiæ*, utraque eo tendente, ut eccleſiæ judicium ſubterfugere poſſint in damnandis propoſitionibus in ſenſu a JANSENIO intento. Faciunt hoc eodem jure, quo JANSENIUS ipſe doctrinam S. AUGUSTINI aſſecutus ſibi eſt viſus, dum viveret ejus lectioni addictiſſimus, ſed præjudiciis magiſtrorum ſuorum Lovanienſium, BAJI imprimis, oc-

cupa-

cupatus, atque a doctrina Calvinistarum circa gratiam, & liberum arbitrium parum remotus; quamvis alias strenuus eorum oppugnator fuerit, pariter ac deinceps ejus asseclæ, ut Calvinismi suspicionem, & infamiam sic abstergerent.

De libero arbitrio autem tum suapte natura, cum post corruptionem, atque de natura gratiæ, ejusque modo operandi in homine, perversum sensum, ac conceptum habuit JANSENIUS. Duplicem enim statuit delectationem, qua ad agendum permoveamur, terrenam, & cœlestem, quibus determinetur voluntas sive ad malum, sive ad bonum, atque necessario operetur secundum illam, quæ altera superior est relative. Nihil vero sive boni sive mali nos agere existimavit, nisi ita delectatione victrici voluntas permoveatur. Hinc, quia putavit, justis etiam aliquando deesse gratiam, I. docuit: *Aliqua DEI præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus, secundum præsentes quas habent vires, sunt impossibilia.* Nimirum tali in casu, statuque supposuit victricem delectationem carnalem a parva voluntate, & desiderio boni superari non posse. Secus accidere, si delectatio cœlestis superior sit, quare II. docuit: *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.* Quando nimirum gratia CHRISTI superat carnalem cupiditatem, & ad bonum determinat necessario, quemadmodum III. docuit: *Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.* Secus qui sentiant, pro Semi-Pelagianis habebat, unde hæc in eo damnata propositio IV. *Semi-Pelagiani admittebant prævenientis gratiæ inte-*

terio-

*terioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.* Quia ergo in animum sibi induxit, in nostra potestate non esse obtemperare, vel resistere gratiæ, gratiam non omnes habere conclusit, adeoque CHRISTI sanguinem non ad omnes pertinere, nec pro omnibus CHRISTUM mortuum esse: secus qui sentiant iterum pro hæreticis habet, hinc V. propositio, *Semi-Pelagianum est dicere, CHRISTUM pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.* Id etiam observandum in doctrina JANSENII, determinari voluntatem ad suas actiones indeliberatis delectationibus: cum prima determinatio liberi arbitrii ex cognitione finis agentis, debeat esse amor liber, & electio finis in quocunque statu etiam naturæ corruptæ: quam JANSENIUS corruptionem voluntatis statuit in dependentia a delectationibus victricibus indeliberatis.

Inde autem patet ratio Rigorismi Jansenistarum, peccata etiam ignorantiæ, & indeliberata imputantium, ut hinc semper ad tutiora obligatos nos velint, & insolitum ubique rigorem in disciplina pœnitentiæ flagitent, ad desperationem usque, neglectumque sacramentorum, dum homines delectationem illam victricem in se ad bonum faciendum, & declinandum a malo experientia ipsa diuturna non sentiunt.

Utrinque autem suos patronos tam quoad theoretica, quam practica jactitarunt, illic D. THOMÆ scholam, & S. AUGUSTINUM, cujus se discipulos vocant; hic disciplinam veterem ecclesiæ circa pœnitentes pub-

licos

licos, non attentendo discrimen pœnitentiæ hodiernæ privatæ a veteri externo tribunali.

Altera controversia, quæ quietem ecclesiæ turbavit hoc sæculo, Quietismus est, alter crassior Molinosi, alter subtilior FENELONII. Prior ille vetera deliria, & pravas consecutiones ex status interni studio solo, externo neglecto, suscitavit: dum hominem externum trunci instar, ac statuæ statuendo, curamque externam omnem deponendo corpori frena laxavit in quævis scelera. Alter subtilior optimo quidem fine unionis cum DEO, contemplationis, atque amoris purissimi, nimium tamen processit: dum nihil attento corpore, in quo peregrinamur a Domino, in hac miseriarum valle, totos nos DEO, ac cœlestibus affigere, ac naturam nostram exuere voluit, delectatione etiam illa privando, quam haurimus DEUM amando tanquam summum bonum, quod se nobis præstituit finem ultimum, ac felicitatem nostram: quæ consideratio ab amore abesse nequit, si debeat distingui ab admiratione, magnaque solum sine effectu de aliquo opinione.

Quietismus multos magnos viros decepit non solum quem FENELONIUS, Guioniæ defensionem suscipiens, protulit, sed MOLINOSI etiam, specie perfectionis, & pietatis singularis, qui in carcere diem clausit damnatis erroribus. Attulit errorem suum MOLINOS ex Hispania a secta Fratrum illuminatorum, quæ hoc sæculo illic detecta ab inquisitoribus est, quamque adhuc occulte grassari D. JOVET in historia religionum totius mundi dicit, refertque eorum errores cum Messalianorum, Beguardorum deliriis in multis

*T. I. p. 475.*

conve-

convenientes, qui unice pretium orationi mentali ſtatuunt, ſeu contemplationi, qua plenitudo legis conſiſtat, oratio autem vocalis nihil proſit. Nec laborandum volunt, nec obediendum ſuperioribus, ſi aliquid præcipiant, quod ab oratione mentali abſtrahat, ſine qua ſalus obtineri non poſſit. Admittunt ſummum perfectionis gradum in hac vita, quem qui conſcenderit, virtutum exercitio non amplius egeat, videatque in hac etiamnum vita eſſentiam divinam, & myſterium Trinitatis. Circa ſacramenta non ſolum varios fovent errores, & ſuperſtitiones, ſed ea etiam perfectis ſuis, quos vocant, ſuperflua eſſe dicunt. Statum pariter conjugalem, & religioſum improbant, ubi ad exteriora munia obligamur, quæ a contemplatione impediunt. Circa euchariſtiam, & confeſſionem, ejusque ſigillum ea permittunt, quæ ſacrilega habentur. A temperantia alieni, variis vitiis dediti perhibentur.

Inter Jeſuitas, & Dominicanos hoc ſæculo gravis orta eſt controverſia in China ob cæremonias, quas Jeſuitæ Chinenſibus indulgebant in veneratione Confucii, & majorum defunctorum, quos Dominicani pro ſuperſtitioſis, ac minime ferendis habebant: cui liti auctoritas ſedis Romanæ interpoſita eſt.

## §. CXLVII.

Tametſi ſæculo XVII. pontifices datis decretis potiſſimum in protegendis erroribus, & falſis dogmatibus elaborarint, concilia tamen, etiam & conventus ſacri ſunt habiti. Ipſi Auctoritate eccleſiæ damnatæ.

Græ-

## Græci hæreses in occidente natas damnarunt.

Constitutiones plures emanarunt hoc sæculo a summis pontificibus, quibus curam vigilantiamque pastoralem insignem prodiderunt. Id ipsum vero, quo laudem summam meruerunt, offensioni fuit, Gallis JANSENII fautoribus ad concilium provocantibus. Inter quos celebres, & orthodoxi alias etiam fuerunt doctores, qui maluissent rem consueto more in consessu, communique concilio pastorum transigi. Sed eis opponi potuit exemplum contrarii erroris PELAGIANI, auctoritate summorum pontificum potissimum damnati. Quod ipsi præsules Gallicani in litteris ad INNOCENTIUM X. notarunt: quemadmodum ad suggestionem præsulum Africanorum INNOCENTIUS I. PELAGIUM, ita cognominem INNOCENTIUM X. suggerentibus Gallicanis præsulibus JANSENIUM prostravisse. Aliter se FENELONIUS quam Jansenistæ, gessit, toto pectore judicio adversus scripta sua lato deferens. De MOLINOS autem abjuratis publice erroribus, ne nova moliri possit in carcerem conjectus, quietus usque ad mortem degit: nec aliquid moverunt ejus asseclæ, & patroni, quos Romæ etiam magni nominis, & dignitatis viros habuit, & apud exteros habuisse necesse est, si verum est, quod dicitur, eo solum die, quo damnatus in carcerem trusus est, non parvam summam pecuniarum, pro epistolis, variis ex provinciis ad MOLINOSUM datis, solvendam fuisse.

Concilia hoc sæculo plura, & ad institutum præsens plus facientia in oriente a Græcis, quam a Latinis sunt habita, solosque Gallos in occi-

occidente hæc gloria mansit. Nonnulla enim illic pro disciplina, Sennonense, & Aquense contra librum de ecclesiastica, & politica potestate sunt celebrata, ineunte statim hoc sæculo. Ad finem autem vergente frequentes totius cleri Gallicani conventus sunt habiti, deliberatumque contra Hugonottarum violentias, & calumnias, quibus conversionem plurimorum impediebant. De colloquiis hinc inde inter privatos doctores habitis in Germania non est quod dicam.

In oriente autem, ac primo in Mesopotamia per ELIAM patriarcham Babyloniæ concilium fuit habitum, ob professionem fidei a PAULO V. præscriptam: deinde in causa CYRILLI LUCARIS, qui Calvinismum in orientem inducere conatus est, plura concilia sunt habita, quorum duo Constantinopolitana refert LEO ALLATIUS, ubi errores Calvinistarum sunt damnati. A concilio Hierosolymitano autem editus est *Clypeus orthodoxæ fidei*, sive apologia composita adversus Calvinistas hæreticos, orientalem ecclesiam de DEO, rebusque divinis hæretice cum ipsis sentire mentientes. Habenturque acta Synodi apud JASIUM celebratæ, quæ est altera contra CYRILLI capitula, nec non DIONYSII patriarchæ Cpolitani super Calvinistarum erroribus responsio.

*De Eccl. occid. & orient. perpet. consens. L. III. c. 11.*

*T. XXI. ed. Ven. p. 1719 1777.*

## §. CXLVIII.

*Nova theologiæ dogmaticæ facies ac studium.*

Non numero solum, sed eruditione etiam sacra mirum in modum doctores sæculi XVII. superiorem ætatem vicerunt, dum mere scholasticis

doctorum pro fidei integritate.

**quæstionibus in theologia dogmaticas substituunt, ut jure nova hoc sæculo theologiæ epocha statui possit.**

Theologi scholastici non defuerunt, quos, ad præsens institutum nihil spectantes, missos facimus, ad eos conversi, qui fidei dogmata illustrarunt, ex sacris fontibus, & contra adversarios defenderunt.

Maximam sibi laudem DIONYSIUS PETAVIUS comparavit, ut theologiæ dogmaticæ parens haberi possit, opere ingenti theologicorum dogmatum, cui tantum laborem impendisse dicitur, ut viribus veluti exhaustis, ei immoreretur. Itineris litterarii auctores duo monachi e cong. S. MAURI, quod Parisiis an. 1717. duobus tomis editum est, referunt, sibi Divione in bibliotheca patrum minimorum ostensos esse aliquot tractatus theologiæ positivæ cardinalis AUGUSTINI OREGII: asseverasse autem bibliothecarium, P. PETAVIUM ex iis dogmata sua theologica desumsisse, & prolixius saltem loca patrum, conciliorum, & auctorum ecclesiasticorum exposuisse, quæ cardinali in margine sui operis tantum erant citata, atque indicata. Qua de re quidquid sit, quam ego verisimilem haud judico, cum satis toto opere suo demonstret, se ipsos fontes adiisse, suaque hausisse, gloria sua frustrandus non est PETAVIUS. Quam nec ipse OREGIUS ei invidebit, qui in præfatione tractatus de angelis ad cardinalem BARBERINUM profitetur ipse, compendium aliquod D. THOMÆ dare se voluisse. Altera PETAVII accusatio est gravior adhuc SANDII Arianorum patroni: qualem etiam

*Vid. act. erud. an. 1718. p. 494.*

PETA-

PETAVIUM facere voluit, Arianum nempe, ex iis, quæ ille volumine secundo primo statim libro de patribus ante-Nicænis habet, non satis eos, saltem usu loquendi, cum doctrina catholica Nicææ stabilita congruere. Hinc SANDIUS occasionem arripit (nec abludit BULLUS) PETAVIUM ipsum accusandi; qui tamen suo nomine nihil non orthodoxum dicit, & ingenii, eruditionisque sacræ nervis omnibus patres ante-Nicænos vindicat.

*Sand. Nucl. hist. eccl. L. I. p. 156.*

*Proem. defens. fidei Nic. §. 7.*

PETAVII, si viveret, dolorem levaret acrior adhuc calumnia, qua impetitus est LUDOV. THOMASINUS, qui proxime PETAVIO accedit in studio dogmatico, Atheismi cum pluribus aliis petitus a HARDUINO peculiari opere. In edenda tamen sua historia conciliorum difficultatem est passus, quod nimium Gallis præsulibus Romanæ sedi favere videretur. In aliis operibus quædam, quæ non satis a Jansenismo aliena sunt, posuisse videtur. Atque hi quidem duo præcipui sunt, qui in illustrandis dogmatibus certo systemate elaborarunt.

Inter eos, qui, ea contra hæreticos defendendo, fuerunt occupati, BELLARMINUS præcipuus est, qui suas controversias etiam in ordinem redegit, & vel hinc ejus præstantia dignosci potest, quod in eo refutando omnes fere desudarint adversarii. Fuit natus ex parentibus heterodoxis, deprehensis autem fallaciis in MORNÆI libro de ecclesia, ad catholicos transiit.

Cui proxime jungi debent illustres fratres Walenburgici, etiam ex adversariorum castris, & BEN. BOSSUET, malleus hæreticorum jure dictus. Lis ei mota est ob luculentam suam, quam edidit, confessionem fidei, quam

non in omnibus Romanæ ecclesiæ [illegible] exhibere, nec pontifici, aliisque præsulibus probari adversarii clamabant. Sed contrarium demonstravit repetita editione cum ipsius pontificis, & variorum episcoporum approbationibus. Egit autem, quantum licuit, ut controversiæ præscindantur, sitque facilior adversariorum accessus ad veritatem. Præcipuum ejus contra hæreticos opus libri *variationum* sunt.

Inter aliud genus scriptorum contra hæreticos, & ad illustrandam fidem ecclesiæ avitam, ad normam historiarum præcipue, BARONIUS est collocandus, annalium sacrorum parens, quos undecim tomis centuriatoribus Magdeburgensibus opposuit, ab aliis etiam magno numero refutatis. Sicut e contra BARONIUS ingentem numerum adversariorum nactus est: & ex catholicis ipsis, quod humani passus est, in tam vasto opere inter alios F. PAGIUS emendavit.

Hos alii diverso genere scripturæ pro fide, & religione catholica secuti sunt in illustrandis, & defendendis dogmatibus, quorum aliquos tantum nominasse sufficit, ac eos quidem, qui ipsi notati aut hæresis, aut erroris cujusdam controversiis locum dederunt. Inter hos JANSENII fautores, duce ipso JANSENIO, ARNALDUS, PASCHALIS, NICOLIUS contra hæreticos illos ipsos strenuos se fidei catholicæ defensores præbuerunt, a quibus non satis in dogmate de gratia, & natura discesserunt.

Fuerunt, qui labem aspergere conati sunt editoribus S. AUGUSTINI e congr. S. MAURI, quod lectiones eisdem JANSENII erroribus faventes studiose elegerint, ingesse-

gesserintque; inter quos sub nomine abbatis Germani P. EMERICUS ANGLOIS S. J. epistolam edidit; sed famam, & integritatem suam congregatio S. MAURI defendit, resque in gravem controversiam abiisset, nisi regia auctoritas finem imposuisset.

Qui in ea editione præcipue laboravit JO. MABILLONIUS, ob librum de cultu sanctorum ignotorum Romæ delatus est, sed edita epistola declaratoria se purgavit, novaque editione æmulos devicit. A suis etiam frustra pariter apud capitulum generale 1677. accusatus est de violato canone sanctorum ordinis S. B.

Graves adversarios nactus est cardinalis COELESTINUS SFONDRATI ob nodum prædestinationis dissolutum, nihil non agentibus præsulibus Gallicanis, ut pontificem ad damnandas quasdam propositiones ab eo excerptas inducerent, præsertim circa salutem infantium, sine baptismo morientium, sed frustra fuerunt.

Non pauci critici hoc ævo, dum in theologicam messem falcem immitterent nimis acriter, in devia abierunt: inter quos præcipui LAUNOJUS, DU-PINIUS in summos pontifices injurii, & suis in censuris nimis audaces. DU-PINIUS prolixam retractationem edidit, quam refert PFAFFIUS *in Introduct. in hist. litt. theol.* ED. RICHERIUS etiam in synodis damnationem accepit eidem ecclesiasticæ potestati injurius. RICHARDUS SIMONIUS Socinianismi petitus.

Recens item philosophia Cartesiana suspecta fuit, quod non satis cum dogmatibus catholicis possint ejus placita combinari; sed hæc longius ab instituto nostro recedunt.

# CAPUT III.

## *Præſens religionis, ac doctrinæ chriſtianæ conditio, ac ſtatus.*

## §. CXLIX.

Religionis ſtatus hodiernus in orbe.

**Ad noſtra tempora delapſi cernimus quidem eccleſiæ catholicæ ſtatum florentem, ac undique ſe diffundentem per orbem; ubique tamen etiam ſuperſtitionum omnium multo amplior eſt proventus.**

Quodſi, quorundam calculo, orbis terrarum, qui nobis innotuit, in tres dividatur partes, ultra duas partes adhuc idololatriæ tenebris involutas deprehendere licet. Studioſiſſime tamen ubique terrarum converſioni infidelium incumbunt miſſionarii, cura congregationis de propaganda fide, quæ novum miſſionariorum ſeminarium in Calabria condidit, nec eſt aliqua cognita natio, cui fides ſalutifera non prædicetur in China, Japonia, Abyſſinia, America, ingenti fructu.

Proteſtantes, licet hoc etiam ævo ex illis fuerint, qui infideles a DEO juſto judicio deſertos ſibi relinquendos putarint, hoc demum ſæculo ardorem in propaganda chriſtiana religione prodiderunt ſocietatibus eum in finem erectis apud Anglos, Danos, Suecos &c. gloriantur etiam de proſperiore ſucceſſu. Ruſſi ſchiſmatici ad idem negotium ſunt ſtimulati. Undique

que emissarii procedunt ad gentiles, Mahumedanos, ac omnis generis infideles ad christianismum qualemcunque demum convertendos. Sed impedimenta maxima plerumque solent injicere sacrorum præfecti apud infideles, neglectusque circa religionem ac desidia, natura ipsa religionis christianæ, quæ carnis illecebris, quibus cæteræ religiones frena laxant, nuntium remittere jubet: mysteria item, & doctrina sublimis, quibus difficillime, cæci, & suis superstitionibus innutriti fidem adhibent. Ipsa inter christianos dissidia, mala fama, prava nonnunquam quædam studia, & apud eos etiam, qui christianis principibus subsunt, imperii, & subjectionis impatientia obsunt; licet apud hos felicius soleat procedere negotium salutis, quam ubi principes infideles regnant. Cujus rei exempla in China, & Japonia, maxime apud Mahumedanos habentur.

Mahumedana secta hodie magnam orbis partem, imperiumque orientale obtinet religione pariter, ac dominatu: quæ indultis carnis illecebris, hominum connatis vitiis incontinentiæ, avaritiæ, & ambitioni favet quam maxime, ut a MACHIAVELLO religio status appelletur, in hoc etiam præ christiana impio illi laudata. Detinentur etiam homines in Mahumedana superstitione, quod de christiana, & Judaica aliquid participet, pariter ac de Paganicis superstitionibus; licet idololatriam detestetur, ac unitatem DEI præprimis urgeat naturali lumine probatam, quod non ita abjecisse Mahumedanos, ut vulgo de illis persuasio fuit, multi hodie, imprimis RELANDUS, ostendunt.

Idem de Chinensium religione dici potest, quæ naturali religioni propius accedit, licet

superstitionibus, ac cultu etiam idololatrico non destituatur, sed subtiliore pro gentis illius sagacitate, ob quam reliquas nationes infra se despiciunt: unde difficilius ab inolitis consuedutinibus abducuntur ab aliis, quos infra se despiciunt.

Mirandum multo magis foret, quod Judæi propiora saluti edocti post tot sæculorum decursum, adhuc excæcati per orbem vagentur extorres, nisi hoc prædictum haberemus, atque commeritam hanc paterentur pœnam, *dura cervice*, *& incircumcisis labiis* semper Spiritui S. resistentes, ab avita etiam patrum suorum in plurimis recedentes doctrina. Unde semper difficilior eorum redditur conversio (quamvis etiam futura speretur ante consummationem sæculi) quo magis a veritate recedunt. Qua in re multo magis sibi constant, quam aliæ religiones, ipsa etiam christiana in tot sectas divisa; cum apud Judæos duæ tantum sint, Karræorum, qui scripturæ unice adhærent, suntque numero multo inferiores Rabbanistis, qui traditiones præterea adjiciunt, quæ in Talmude continentur, anilibus fabulis, & spurcitiis referto. In eo autem omnes conveniunt, quod Messiam præstolentur. Religio eorum præterea fere in naturalismum abiit. Licet agnoscant revelationem, mysteria tamen nulla admittunt, nec virtutem gratiæ ex alto, naturæ viribus omnia tribuentes. Articuli tredecim fidei, quos a MAIMONIDE sæculo jam duodecimo collectos adhuc in suis libris circumferunt, quamvis inter Rabbinos de illis lites sint motæ, de DEO, ac revelatione hominibus facta indigna haud continent. Duo tantum offendunt, quæ articulo nono de perpetuitate, immutabilitateque legis Mosaicæ

haben-

habentur, & duodecimo de exſpectatione Meſſiæ, de quo hodie prophetias non intelligendas volunt, quas majores eorum ei attribuerunt, quo argumento ad hominem maxime urgentur. At ſi eorum hodiernam doctrinam in aliis etiam rebus inquiris, omnia næniis, & fabulis corruperunt, ipſam DEI notionem. Convitia in ſalvatorem noſtrum horrenda exſpuunt, quem non ישוע ſed littera una demta ישו nominant varias comminiſcentes rationes. In chriſtianos autem execrationes, & diras horrendas profundunt in ſuis ſacris, præſertim in eos, qui ab ipſis defecerunt. Quæ, aliaque eorum deliria, & errores inter alios nuper AND. EISSENMENGERUS in ſuo Judaiſmo detecto ex propriis ſcriptis demonſtravit. In multis tamen nobis teſtimonium contra novatores reddunt, angelos, & ſanctos colendo, pro defunctis orando &c.

Quod idem de Græcis ſchiſmaticis dici debet, qui per magnam orbis partem diſperſi partim ſub chriſtianis principibus, etiam catholicis occidentis hinc inde degunt, partim ſub Turcico imperio gemunt, ac in varias ſectas, & ſchiſmata abeunt; quæ tamen ad tres revocari poſſunt Ruthenorum, quibuſcum Melchitæ, & Georgiani conveniunt, cum Coptitiis Abyſſini, qui cum aliis pluribus etiam Jacobitæ dici poſſunt, a Neſtorianis diſtincti. Singularem ſectam Armeni faciunt.

Cum Ruthenis hoc ſæculo doctores Sorbonici unionem ſunt meditati, oblata confeſſione fidei, ac conditionibus unionis imperatori PETRO Pariſiis; at fruſtranei fuerunt hi, ſicut alii hujuſmodi conatus cum Græcis ſchiſmaticis, quibuſcum unio difficilior hodie,

 quam

quam prioribus fæculis eft, non folum ob fervitutem Mahumedanam, qua magna earum pars premitur, fed etiam ob depofitum fere religionis fenfum.

Nunquam defuerunt a tempore novatorum in religione, ac fidei dogmatibus eruditi HIEREMIÆ, NECTARII, PARTHENII, fueruntque hoc etiam fæculo theologi, & paftores eruditi DOSITHEUS, & CHRYSANTHUS patriarchæ Cpolitani, metropolitæ item in variis locis, HIEROTHEUS, COMNENUS, ALEXANDER, HELLADIUS, DEMETRIUS, STEPHANUS JAVORSKY, qui non poffunt non in multis nobis teftimonium reddere contra proteftantes, cum in omnibus fere contra ipfos controverfis capitibus confpirent, quæ ad fidem pertinent, non difciplinam tantum e. g. de cælibatu clericorum, euchariftia fub una fpecie &c. Sunt etiam, qui fchifmate non detinentur, ut Maronitæ; alii hoc fæculo ejurato fchifmate, & erroribus ecclefiæ Romanæ funt reconciliati, inter quos patriarcha Alexandrinus fub CLEMENTE XI. Qui univerfum ftatum religionis, prout usque ad præfens fæculum in univerfis orbis partibus decurrit, noffe cupit, D. JOVET hiftoriam religionis omnium regnorum mundi confulere poteft, fed non fatis accuratus eft.

## §. CL.

Præfertim in occidente.

In occidente licet infidelitate pulfa lux chriftianæ veritatis undique effulferit, paulatim tamen apud plurimos aut omnino extincta eft, aut

tam

tam exigua ſcintilla manet, ut indifferenter errores quivis, mendacium cum veritate, tenebræ cum luce tolerandæ judicentur.

Quo major hoc ſæculo artium, & ingeniorum cultura ſuſcipitur, eo graviores in aberrationes labi illi deprehenduntur, qui ſibi plurimum ſapere videntur, ſuoque judicio in negotio religionis confiſi auctoritatem eccleſiæ denegant, ut uſque Atheiſticam impietatem multi exorbitent. SPINOZAM potiſſimum naturam cum auctore naturæ confundentem, ſequuntur, & religionem naſo ſuſpendunt. Si DEUM, & religionem aperte negare non audent, ex obliquo id faciunt, providentiam, immortalitatem animæ, exiſtentiam ſpirituum, prophetiarum, miraculorum inficiantur, quibus rebus innexa eſt veritas religionis chriſtianæ. Interim videri volunt juxta rationis dictamen, ac leges vivere honeſtam vitam agere, ac virtutibus ſtudere. Horum ingens eſt numerus, fueruntque, qui publice hoc profiteri non verebantur. TOLLANDUS cum aliis multis in Anglia, apud nos TH. LAU &c.

Alii DEUM quidem agnoſcunt, nec cultu penitus eum privare audent, ſed illum ex natura, & ratione pro lubitu dimetiuntur, negata revelatione, ne quid ſupra rationem, ſenſuumque experientiam admittere debeant. Inter hos EDUARDUS HERBERTUS hoc palam profeſſus eſt ſuis in ſcriptis, unicam veritatis normam faciendo conſenſum univerſalem hominum ratione utentium. Quod (ita ſciſcit) neque per inſtinctum naturalem, ſenſum internum, ſenſum externum, neque di- *Herb. de veritate*

ſcur-

*prout distinguitur a revelatione &c. p. 47.* scursum innotescit, tamquam verum proprie dictum nullo pacto probari potest. Sociniani facile, & frequenter huc prolabuntur. Et cum scripturæ deferre videri velint, fuerunt, qui exemplo patriarcharum, quibus naturalis tantum tribuitur religio, hic abutuntur. Inter hos fuit Jo. BODINUS. Alii ipso christianismi, & sacræ scripturæ nomine, & auctoritate ad hoc utuntur, ut religionem naturalem statuant, MORGANUS, qui ausus est MOYSEN eodem cum Mahumede loco habere: WHOLSTONUS, qui miraculis CHRISTI sensum litteralem demit, atque CHRISTUM mysticum procudendo, christianismi fundamentum subvertit. Cui proxime jungendus TINDALIUS, qui libro sub titulo *Religio christiana æque antiqua, ac creatio, sive evangelium novæ religionis promulgatio* naturalismum induxit. Etiam nuper editor sacræ scripturæ Wertheimensis hunc lusum in *An. 1735.* notis, ac versione verbi divini ludere ausus est summa animi perversitate. Contingit autem nonnunquam statui principia, unde talis prava consecutio suapte sequitur, dum etiam non intenditur. In Anglia utriusque generis summe nocuorum hoc sæculo magnus est numerus libere cogitantium, inter quos agmen ducit ANT. COLLINUS.

Sequuntur Indifferentistæ, qui inter tot dissidentes religionum, & sectarum formas nullam singularem profitentur. Præsertim extiterunt hoc sæculo, religionem in vita, & actionibus solum constituentes, qui, quidquid credatur, perinde habent. Inter hos sunt POIRETUS, FRIDLIEBIUS fictum nomen. Alii veritatem sublimius positam esse volunt circa religionem, quam ut e-

tiam

tingi possit, quos inter agmen ducit P. BAYLIUS.

Alii, qui etiam Syncretistæ vocantur, & latitudinarii, paucissimos saltem, ac plerumque unicum statuentes articulum fidei, cætera transmittenda, erroresque condonandos esse volunt, tolerandosque, Tolerantes hinc dicti, quorum omnes, ac diversas pacis, unionisque inter diversas sectas conditiones, afferre longum foret. LOCKIUS etiam inter eos relatus est, qui unum tantum articulum fidei statuunt, quod CHRISTUS sit Messias cum comitantibus hunc articulis de resurrectione CHRISTI, ejus exaltatione, & adventu ad judicium. Huc tendentia principia statuit Jo. CLERICUS in tractatu de incredulitate, & alibi. JURIUS etiam, & alii, qui articulorum fundamentalium doctrinam invexerunt, prout plures, aut pauciores statuunt, ac prout plures vel pauciores sectas in unam convasare conantur, huc sunt revocandi.

Plurimi sunt, qui saltem protestantes sic consociare nituntur non privati tantum doctores, sed publici etiam pacificatores, quales an. 1719. conditiones 15. Ratisbonæ corpori evangelico oblatæ sunt, atque inter alios multum elaboravit CHR. PFAFFIUS. Prodiit etiam antea jam arcanum regium, quo tempore rex Borussiæ in unionis protestanticæ negotio plurimum laboravit. Nuperrime D. A LOEN plura in hunc modum opuscula edidit, consilia conciliandi protestantes suppeditans, quæ simul edita sunt 1751. simplicitatem fidei ad unicum fidei articulum redigens, disputationibus omnibus depositis, & controversiis, ad id tantum natis, ut exacerbatis animis pertina-

tinaces in errore redduntur mortales. Ponit autem totam religionem christianam in eo sisse, ut CHRISTUS pro Messia habeatur, atque ut voluntatem patris ejus in coelo faciamus, hoc est mandata ejus observemus. Regem Borussiæ huic unitati conciliandæ imprimis idoneum putat.

Mentio eorum etiam injicienda est, qui existimant, nullum esse essentialem dissensum nos inter, & protestantes, posseque catholicos nos in nostra religione salutem consequi: quæ controversia ineunte hoc sæculo ex occasione nuptiarum ELISABETHÆ CHRISTINÆ cum CAROLO VI. imperatore est agitata, JOANNE FABRICIO, & aliis largientibus, posse aliquem secure a religione protestantium ad nostram catholicam transire. ARNOLDUS in historia sua ecclesiæ, ac hæresum etiam veteres plerasque hæreses pro excusatis habuit, ac symbolicos libros, quibus una ab altera discernitur secta, reprobavit. De Fanaticis indifferentistis quædam mox dicemus. MELODIUS fictum nomen nuperrime systema aliquod novum Syncretisticum excogitavit; at iterum ejuravit.

## §. CLI.

Novi Lutheranorum errores usque ad Fanaticismum.

Apud protestantes id singulariter observare licet, eos pro diverso fundamento, quod in dijudicandis controversiis habent, deviasse magis semper, ac magis. Ac Lutherani quidem rationem in mysteriis exulare jubentes plerumque in Enthusiasti-

siastica deliria deflectunt, ac Pietisticis controversiis occupantur.

G. WALCHIUS in voluminosa historico-theologica introductione in controversias religionis ecclesiæ evangelico-Lntheranæ tantum earum numerum, quæ præsenti sæculo sunt motæ, ac vigent, init, quas recensere solum longum foret, nec etiam semper determinare liceret, ac conjicere veram sententiam.

Quod potissimum in Pietisticis controversiis, hoc magis quam superiore sæculo agitatis, locum habet: de quibus jam diximus disputatum esse, an *Pietismus* sit fabula. Quod de certa aliqua secta intelligendum est, non de variis controversiis circa exercitium pietatis ferventibus. Quare mirum non est, difficile certam aliquam Pietismi definitionem dari, utpote qui privatis in collegiis vigeat, & publicum religionis exercitium, ministeriumque parum, aut nihil curet.

Ducit illuc doctrina de sacerdotio spirituali, quod aliqui eousque extenderunt hac ætate, ut cuivis civi, absque speciali vocatione docendi, & a peccatis alios absolvendi licentiam facerent. Corruptionem christianismi ultra Donatistas accusare dicebantur: publice etiam Fanaticismi sunt accusati, ac Enthusiasmi: pleraque Anabaptistarum dogmata eis imputabantur. Initio hujus sæculi edictum Hannoveranum prodiit, quo notæ, ac characteres Pietismi designantur iidem, quos modo attigimus. Erant ministri ipsi, qui publicum ministerium absolutionis præsertim abjiciebant; illud præsertim regenitis, quamdiu fidem integram tenerent, inutile judicabatur.

Ali

Alii nec baptismi, nec eucharistiæ dispensationem, nec ipsam vocationem ministerii in Lutherana ecclesia probabant, varios abusus in administratione cœnæ notabant.

Erant, qui centrum Pietismi in hoc collocatum putabant, quod irregenitis notitia rerum divinarum, & sacratarum supernaturalis negetur. Qua in re tam publici ministri impii in censum veniebant, ac eorum actus ministeriales in dubium vocabantur exemplo Donatistarum, quam etiam theologia universim irregenitorum, an ceu vera sit habenda, an potius philosophia quædam, seu mera theologia naturalis. Hæc ad urgendum pietatis studium tendebant, quo sine theologia vana sit, eadem, ac diaboli, illuminatione divina carens in irregenitis.

De ipsa reformatione LUTHERI dubium movebatur, quæ, etiamsi quoad fidem sufficiens credebatur, defectus tamen in vita christianorum urgebantur, atque ob eam causam quæstiones de beatitudine actuali hujus vitæ, de perfectione christianorum, theologia mystica &c. incidebant.

Controversia de bonorum operum necessitate magis, quam in proximis duobus sæculis agitabatur; itemque de eorum in ipso actu justificationis præsentia. Fidei jam parum tribuebatur, unice negotium pietatis urgebatur in voluntate, per bona opera, abnegationem sui. Petebat hoc animam Lutheranismi, quare edictis etiam principum hæc videbantur coercenda, ac pietismus ex Romano imperio eliminandus, ceu secta non tolerata; privati autem conventus prohibebantur in Suecia, & alibi.

Doctores plurimum de his rebus inter se controvertebant. Maxime SPENERUS hic in scenam prodibat, adversarios, & defensores plures nactus. His profectum pietatis sincere quæsivisse visus est, defectum Lutheranismi videns; at dum mederi vult, non potuit non impingere in capitale de justificatione dogma. Theologia mystica revocabatur, theologiæ autem polemicæ parvum pretium statuebatur, in indifferentismum inclinata sententia. LUTHERI auctoritas, & patrocinium non negligebatur, alii eum pietistam, alii antipietistam faciebant.

Theologi Halenses etiam petebantur, qui nec suis partibus deerant, plerasque tamen incusationes pro confictis venditabant. Celebre Orphanotrophium multam disputandi ansam præbuit, cujus progressum celerem ejus auctores, curatoresque pro divino opere venditabant, pretium operum misericordiæ extollendo. Halenses theologi voluntati plus quam intellectui, ubi id poterant, tribuebant, regenerationis etiam initium a voluntate repetendo. Quoad opera autem usque ad adiaphora progrediebantur: musicam, ludos, choreas, jocos &c. ejusmodi rebus annumerarunt tum Halenses, cum alii, quæ christianos dedeceant, & salva conscientia inter eos tolerari nequeant. Sic in plerisque rebus usuveniebat, ut ultra æquum, justumque res etiam bonæ urgerentur: quo potissimum D. SPENERO invidia conflabatur.

Nec ad præsentem usque diem lites hæ penitus conquieverunt, & Pietistæ tam inter Lutheranos, quam etiam Calvinistas conventus suos celebrant, apud alios pessime audientes. Melior est SPENERI hodie fama, qui ab omnibus dilaudatur, ac studia illius probantur.

Frequentes fuerunt ad finem superioris sæculi apud protestantes, qui extases fingentes, aut nescio quo spiritu passæ, personæ præsertim sequioris sexus, varia ceu prophetico spiritu proferebant, quæ controversias invexerunt acres, aliis fidem adhibentibus, aliis negantibus. Inter alias celebrior erat nobilis fœmina JULIANA de Assenburg, in Enthusiasmo varia proferens, quæ præsertim restitutioni temporum exspectatæ etiam a SPENERO congruebant. Minus hic imposturæ suspicio aderat, quod nullius commodi gratia nobilis fœmina ista agitare necesse habebat, quemadmodum in ejusmodi fœminis fraus non infrequenter detecta hoc tempore fuit. Revelationes ejusmodi inspiratarum personarum potissimum regnum millenarium attinebant: etiam hic suspicio in SPENERUM cadebat, quasi credulus hic esset.

PETERSENIUS hoc sæculo, quem jam superiore invehere tentaverat crassiorem Chiliasmum, cum sua uxore omni modo stabilire conatus est, nec defuerunt asseclæ non solum ex Lutheranis, sed etiam Calvinistis. ORIGENIS, quem ferunt, errorem de ἀποκαταστάσει πάντων seu rerum omnium restitutione adjunxit, post tempora dæmoni, & damnatis animabus liberationem, & felicitatem pollicitus. Quam doctrinam magis systematice nuperrime LUDOV. GERARDUS inducere conatus fuit argumentis variis ex scriptura divina, rationes oppositas magno conatu revellens: aliter omnino ac PETERSENIUS, qui occasionem arripuit a revelationibus puellæ nobilis de Assenburg. Cui tamen accessere propria, ac uxoris suæ somnia, quæ pluribus scriptis exposuit, ac in systema doctri-

doctrinam suam redigere conatus est, abusus potissimum Apocalypsi. Alibi etiam in scripturis, initio ducto ab ipso pentateucho, passim adinvenisse sibi visus est, quæ doctrinæ suæ convenirent. Edidit pariter ejus uxor circa idem argumentum suas opinationes litteris consignatas privatim primum, & postea publice. Ambo omni nisu doctrinam suam aliis persuadere conabantur, ceu divinitus ambobus eodem tempore seorsim eodem modo patefactam. Præter regnum millenarium autem, & restitutionem omnium, errorem de duplici humanitate CHRISTI cœlesti, quam ante creationem mundi habuerit, & terrestri ex MARIA Virgine pariter divinitus patefactam cum aliis deliriis, ac indifferentismo religionum, in scenam protulit.

Iisdem fere principiis imbuti erant hoc sæculo DIPPELIUS, & G. ROSENBACH, HENR. ERMELING, JO. TENNENHART, aliis præterea erroribus tam absurdis additis, quæ commemorare piget, atque ad turpem indifferentismum omnia tandem delabuntur.

His addendus est CH. HOFFMAN, qui chiliasmo inducto Judæis novum Messiam promittebat. ANT. ROMELING, qui corruptionem pariter in catholicis, & protestantibus statuens, destructis his religionibus, ceu Babele, conversionem Judæorum, Turcarum, & Gentilium ingentem imminere venditabat. Religionem autem in actionibus, non in credendis posuit, secundum principia indifferentistica, & fanatica, quibus, quæcunque sibi imaginabantur. passim pro divinitus revelatis proferebant, plerumque novam œconomiam fingentes alii etiam præterquam, quos commemoravi.

Inter hos G. GICHTEL sacerdotium Melchisedecianum, ac statum quendam paradisiacum finxit, ubi sine manuum labore soli orationi vacandum esset, nec etiam matrimonium probabat. De turba Buttleriana, ejusque foedissimis libidinibus sub specie pietatis horret animus loqui: plura alia dabit laudatus a me initio WALCHIUS, ex quibus constare poterit, quam in Fanaticismum, Enthusiasmum proni multi ierint inter Lutheranos.

Einleitung in die Religions-Streit. Luth. Kirche. 2. Theil.

Nuper LUD. Comes de ZINZENDORFF novam sectam excitavit, quam ex Bohemicis, Moravicisque fratribus Herenhuti collegit, qui est pagus Lusatiae superioris. Hi tamen in omnibus se convenire cum Lutheranis volunt, idque testimonium etiam a quibusdam academiis tulit ZINZENDORFFIUS, qui variis institutis peregrinationibus, Berolini episcopus factus in Americam abiit, institutum suum prosecuturus, ubi in privatis conventibus singularis disciplina, & ritus habentur: quoniam fratres isti Herenhutenses Lutheranam quidem doctrinam pro evangelica habent, neutiquam vero disciplinam ecclesiae. Multa ipsis cum pietistis, nonnulla etiam cum Fanaticis conveniunt, etiam in dogmatibus de CHRISTO &c. In sanctissima Trinitate caput fecit Patrem, sub quo sit Filius, & Spiritus S. ut tamen unum sint certa ratione divinae originis, generis, ac majestatis. Quo ita abusus est nuperrime auctor libri aeternis tenebris damnandi (Neu-aufgeschlossenes Cabinet GOttes) ut quoad generationem divinam parem rationem ineat explicandi, qualis in Genesi de Adamo & Eva habetur, quomodo Pater produxerit Spiritum S. atque ex eo ceu matre Filium genuerit.

§. CLII.

## §. CLII.

**Calvinistæ, qui rationi nimium deferunt in religione, pro libertate sentiendi facile ad sublevanda fidei christianæ mysteria abducuntur, SS. Trinitatis cumprimis: exempla plurima ætas nostra suppeditat in Anglia, ubi major est libertas cogitandi.** Apud Calvinistas usque ad Naturalismum.

Quemadmodum ad demonstrandam veritatem religionis christianæ, ob plures in Anglia eam abnegantes, opus fuit homines doctos perpetuis proventibus pia fundatione conducere; ita ad defensionem SS. Trinitatis idem institui necesse fuisse, nuper ad nos est relatum.

Auctor, qui sermones de sanctissima Trinitate hujus rei gratia dedit, in præfatione statim significat, quam lamentationes piorum, & zelum doctorum apostasia a vero CHRISTI cultu in Anglia provocare debeat! Fatetur pridem se suspicatum, clamores illos de præstantia religionis naturalis, atque stolidam libertatis cogitandi defensionem, desitura tandem in Arianismo, & Socinianismo, quin & Atheismo. De hoc paulo ante diximus, qui cum Deitatis sensu religionem omnem tollit; nunc de aliis errorum monstris christianismum ipsum infestantibus aliqua dicemus, quatenus etiam, ultra errores a primis reformatoribus inductos, procedunt, vix ullo christianismi vestigio relicto, abusu rationis, usuque libertatis conscientiæ, judicio proprio in controversiis, ac dijudicando Verbo divino cuivis relicto. Quod apud Calvinistas funestius esse potest, rationi nimium tribuentes.

Mota est hæc ipsa hoc sæculo quæstio de usu rationis, philosophiæ, & mathematices in sacris, in Anglia cumprimis ventilata, quibus dum quidam parvum usum tribuerent, ac mathematicam etiam perniciosam sacris doctrinis dicerent, alii sese complures opposuerunt. Multi autem reipsa, rationi indulgentes, & ad ejus decempedam mysteria metientes, aberrarunt.

In Anglia alii Socinianismum cum CLENDONO, alii Arianismum cum WHISTONO resuscitarunt. Hic alios adhuc superaddidit errores. Ex constitutionibus apostolicis, quas deperibat, & pro scripto divino primæ classis habebat, propriam sibi liturgiam, ac formulam baptismi confecit, secundum quam natum sibi filium baptizandum voluit. Infantes autem, qui sint baptizandi, eos intelligi voluit, qui catechizari queant.

Quoad mysterium sanctissimæ Trinitatis videri voluit doctrinam antiquæ ecclesiæ revocare, unde iterum controversia de fide patrum ante-Nicænorum circa Trinitatem mota. WHISTONUS contra divinitatem Spiritus sancti silentium primorum sæculorum urgebat, CHRISTUM autem pro divina persona agnoscere videri voluit, sed minorem perfectionibus, quam Pater sit, quamvis præstet omnibus creaturis.

SAMUEL CLARCKIUS conjungi debet cum WHISTONO, licet hic indigne tulerit, quod CLARCKIUS aperte negare noluerit æternitatem Filii, eum creatum asserendo.

Hunc dum THOMAS BENNET refutare suscipit, ipse in errores incidit, apostolis asserens divinitatem CHRISTI ignotam fuisse.

fuisse, atque animam CHRISTI extitisse ante Incarnationem: quod idem Ed. ROWLER episcopus Glocestriæ tenuit, putavitque, CHRISTUM unigenitum DEI Filium secundum humanam naturam etiam ideo dici, quod a Patre sit natus, ut inter homines pater filium gignit. Quæ solet esse Socinianorum explicatio, qui in Anglia hoc sæculo sunt frequentes, scriptis etiam defendendo hanc sententiam. Contra quos dum Wilhelmus SCHERLOCKIUS pugnat, ipse in Tritheismum deflectit Cartesiano principio sumto, animæ naturam in cogitatione consistere, unitatem numericam ex conscientia cogitationum desumendo; ita, ut, si tres creati spiritus cogitationes suas mutuo æque cognitas haberent, numero una essent anima: atque talem unitatem in divinis esse statuit.

Ferunt inter alios Jos. BINGHAMUM defensionem Scherlockii suscepisse. Eum autem dum impugnat D. SOUTH, distinctione personarum sublata, meram relationem admittendo, in Sabellianismum incidit, totam cum Patripassianis Trinitatem incarnatam dicendo.

Idem aliis accidit in Anglia hoc tempore, ut errorem circa Trinitatem impugnando in contrarium inciderint usque ad Anthropomorphismum. Nec ipse BULLUS satis ab Arianæ hæresis suspicione liber est. Nec ullus est error circa Trinitatem anteriorum temporum, qui non hodie ex Calvinistis defensores sit nactus non in Anglia solum, sed alibi etiam, imprimis in Belgio, ubi Paulus MATHY novum commentum protulit, in Patre totam statuendo Divinitatem, Filium

autem, & Spiritum ſanctum alias duas dicendo perſonas, quarum utraque duas habeat naturas, Filius etiam ante Incarnationem: qua in ſententia errores cæteri Anti-trinitariorum uno ſimul complexu continentur Tritheitarum, Sabellianorum, Arianorum, Socinianorum.

De Arminianis Socinianis nihil eſt, quod dicam, inter quos Jo. CLERICUS noſtra ætate præcipuus fuit, erroremque ſuum contra divinitatem Verbi, ac λόγον, quam vocem JOANNEM a Platonicis, & PHILONE accepiſſe vult, omni modo defendere conatus eſt, ſub nomine LIBERII de ſancto Amore, in epiſtolis theologicis. In Boruſſia an. 1716. profeſſio fidei Socinianiſmum ſapiens prodiit, & ob ejus ſuſpicionem JAC. WETSTENIUS Baſileæ officio motus eſt; Amſtelodami etiam, quo ſe contulit, ob eundem errorem impugnatus, licet ibi ſit confluxus quidam omnium ſectarum, & errorum.

Ibi FRID. van LEENHOF, libro edito *Cœlum in terra* Spinoziſmum, ſeu Stoiciſmum ſuſcitavit, doctrina de fato; quo ducunt principia Calviniſtica: homines ad perpetuum gaudium inde voluit excitare, quod omnia fatali neceſſitate contingant, juxta ordinem æternum naturæ inſitum, qui cum ſit immutabilis, homines optime agere, iſte putavit, ſi æquanimes, & læti in quibuscunque caſibus ſint.

Myſterium Incarnationis, quod ſimiliter cum ſuperioribus erroribus Anti-Trinitariorum fuit petitum, aliis etiam modis fuit impugnatum. ALEX. ROELL utrumque aperte conjunxit contra CHRISTI Deitatem

tem æternam, & pœnam peccati, mortem piorum. Fuerunt, qui imputationem peccati ADAMI negarent. DAN. WHITLEY inter hos corruptionem humanam naturali modo explicare conatus eſt. Antinomi contra in Anglia in alterum extremum lapſi, CHRISTUM non ſolum pœnam peccati, ſed peccatum ipſum in ſe ſuſcepiſſe dicebant. Circa juſtificationem multi propius veritati acceſſerunt in Anglia, inter alios BULLUS, ERNESTUS GRABIUS, WIL. CAVE, JOANNES MILLIUS &c.

Idem circa alias res accidit, ut propius in multis accederent veritati, præſertim in Anglia quidam, ubi ſtatus eccleſiaſticus externus catholico ſimilior eſt, quam alibi.

Alii dum contra agunt, ſentiuntque, ſchiſma horrendum eccleſiam eam nunc detinet, de quo varia, hoc ſæculo ſcripta edita, varia unionis molimina, conſiliaque inter ipſos fruſtra ſuſcepta ſunt, cum legitima exulet auctoritas eccleſiæ. Quod doluerunt multi, ereptam eccleſiæ poteſtatem principi eſſe datam. Inter quos HENR. DODWELLUS ſtrenuus eſt auctoritatis hierarchicæ defenſor; ſed inde in alios errores incidit circa immortalitatem animæ, quam ex baptiſmo chriſtianis advenire dixit. Cui dum inter alios ſe opponit W. COWARDUS, ipſe in errorem incidit, animam cum corpore interituram, & iterum reſuſcitandam aſſerens. De aliis erroribus particularium perſonarum quarundam, de illis item, qui ſuperiore ſæculo orti, ad hanc uſque ætatem perſeverarunt, ac motas turbas continuarunt, non opus eſt aliquid addere.

## §. CLIII.

Contro-versiæ inter catholicos.

**Inter catholicos excitatæ superiore sæculo controversiæ, atque in ecclesia recens enatæ sectæ pleræque adhuc fervent, particulares etiam quorundam errores notati, rejectique fuerunt.**

Præcipua controversia Janseniſtica ob subscriptionem formulæ ALEXANDRI VII. & silentium obsequiosum in quæstione facti, an JANSENII sensum præferant quinque propositiones, novos motus excitavit; Janseniſtæ ipsi inter se commissi sunt, & in partes scissi Rigidiſtas, & Crypto-Janseniſtas, qui formulæ subscribere non dubitarunt, Rigidiſtis id detrectantibus. Eadem Janseniſtica controversia novo molimine hoc sæculo per PASCHASIUM QUESNELLUM est restaurata, edita nova versione scripturæ sacræ N. T. cum notis: ex quibus centum & una propositiones excerptæ Romæ celebri constitutione *Unigenitus* damnatæ sunt. Cujus rei causa motæ turbæ usque ad hodiernum diem perseverant; ante aliquot annos noviter incensa flamma per parlamentum, quod non sustinuit sacramentis eos privari, etiam viatico, qui bullæ subscribere detrectant, episcopis ac præcipue Archiepiscopo Parisiensi sese fortiter opponente. Dum rex nihil non agit ad rem componendam exilio multatis refragariis, parlamento primum, ac postea ipso archiepiscopo, nihil remittente; cum primum bulla neminem magis adversarium habuerit quam antecessorem archiepiscopum NOALLIUM, qui demum

mor-

morti proximus mutavit animum, & pacis conditiones accepit. Quod exemplum alii episcopi sunt secuti urgentibus regibus LUD. XIV. & XV. ut hodie magis quam ipsa Roma subscriptionem bullæ promoveant, parochis ac etiam sanctimonialibus sese opponentibus. Nunc compositæ illæ lites videntur conquiescere.

Nuper novæ lites excitatæ sunt ob FRANCISCUM de PARIS abbatem Parisiensem Jansenistam, de quo jactata post mortem varia sunt miracula, quod Jansenistæ urgebant pro sua factione; alii autem ad mendacia, & fictiones omnia referebant.

Cognata controversia, *de auxiliis gratiæ*, etsi tanto non amplius agatur fervore, caventibus Romanis pontificibus, ne contendentes partes censuram in se mutuo exerceant, non tamen silet in scholis inter alios etiam theologos quam Dominicanos, & Jesuitas, ecclesia indulgente, de quæstione ad fidei substantiam non pertinente, contrarias opiniones tenere.

Secus accidit in quæstione altera controversa inter missionarios Chinenses circa cœli, Confucii, & defunctorum parentum cultum: qua in re nonnulla decreta pontificia emanarunt, atque legati a latere in Chinam missi negotium conficere haud potuerunt; tandem partibus silentium impositum est.

Quietistici tumultus fere conquieverunt post mortem JOH. GUIGNIONIÆ an. 1717. præterquam quod JOSEPHUS BECARELLI in Italia quandam ad se attraheret factionem non modicam hominum novitates, & singularitatem amantium, quibus exteriorem modestiam præseferre injunxit, atque jussit affectum deponere erga amicos omnes, & necessa-

cessarios alios præter se. In regno Neapolitano etiam Quietismus repullulare conatus est, sed repulsus est.

PETRUS FR. COURAYER validitatem ordinationum hæreticorum episcoporum Anglorum defendere conatus multos adversarios est nactus, atque ad Anglos secedens animosius causam suam agere non destitit.

Abbas FAYDIT in Gallia suspicionem Tritheismi incurrit scholasticos incusans, quod per philosophiam Aristotelicam fidem SS. Trinitatis corruperint, atque in omnibus christianæ doctrinæ capitibus a sanctorum patrum sententia deflexerint, a nostris pro merito exceptus. Abbas similiter JO. MARTINUS de PRADES, quas positiones an. 1751. in Sorbona defendit, sub titulo : *A la Jerusalem cœleste. Question theologique quel est celuy sur le visage du quel respondit un souffle de vie.* Ex quibus multas ceu falsas, hæreticas, ac Deisticis, & materialisticis principiis refertas, damnatasque auctor solemniter nuper revocavit.

## §. CLIV.

Quibus ecclesiæ auctoritas intercessit.

Perrexerunt pontifices Romani pro commissa sibi ecclesiæ cura constitutionibus suis enatas controversias dirimere. Romæ etiam BENEDICTUS XIII. concilium provinciale celebravit: alia, si comitia cleri Gallicani excipias, hactenus habita sunt pauca.

Præter solemne judicium BENEDICTI XIV. nunc ecclesiæ gubernacula tenentis contra

tra positiones mox dicti Jo. M, de PRADES, quæ proxime an. 1752. apostolica auctoritate, ut falsæ, temerariæ, erroneæ, blasphemæ, hæreticæ sunt condemnatæ, ineunte statim hoc sæculo suffecto in locum INNOCENTII XII. CLEMENTE XI. atque confecta FENELONII controversia, JANSENII causa novam requisivit curam novi pontificis. Prima autem fuit damnatio famosi casus conscientiæ ad eludendam formulam & constitutionem ALEXANDRI VII. *ad Jansenianam hæresin*, sic verba pontificis sonant, *non modo iterum damnandam, sed præclusis omnibus callidorum hominum effugiis, ac tergiversationibus radicitus evellendam.* Successit confirmatio, & innovatio constitutionum INNOCENTII X. & ALEXANDRI VII. adversus Jansenianam hæresin editarum cum nonnullis declarationibus pro debita illarum observantia adjectis. *Epist. ad Card. Noallium.*

Sed longe celeberrima est constitutio, seu bulla *Unigenitus* contra QUESNELLUM an. 1713. quo ipso anno, & sequenti in conventu cleri Gallicani suscepta est, re absentibus prælatis per litteras significata. Quemadmodum anno 1700. in similibus comitiis solemniter clerus Gallicanus quinque JANSENII propositiones damnavit, suscepta pontificia constitutione.

In concilio Romano an. 1725. Jubilæo, ejusdem constitutionis observantia episcopis, qui ex speciali provincia Romana frequentes aderant, est commendata. Proposuerat sibi BENEDICTUS XIII. ad præscriptum concilii Tridentini singulis saltem trienniis concilium provinciale celebrare; id quod ante in Beneventana ecclesia saluberrime fecerat; sed

acta

acta eorum ad nos nulla sunt perlata. Concilii autem Romani acta in novissimis conciliorum editionibus, & separatim sæpius sunt edita, continentque multa singularia ad disciplinam, ac fideles pueros etiam in doctrina christiana instruendos, quæ alterius sunt loci.

Exemplum pontificis secutus PETRUS de GUERIN de Tencin, concilium provinciale Ebreduense celebravit an. 1727. ubi etiam constitutio *Unigenitus*, utpote cui suffragata sit universalis ecclesia, agnita est, pro dogmatico, definitivo, & irretractabili judicio illius ecclesiæ, de qua divino ore dictum est: *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Causa etiam examinata est JOANNIS episcopi Sonnitiensis, qui ad concilium oecumenicum provocavit, & quædam in bulla *Unigenitus* notavit epistola cyclica, quæ in hoc concilio hæresi, & seditionibus patrocinari est pronunciata, ac episcopus, donec palinodiam cecinisset, episcopali potestate, potiorique redituum parte privatus est.

## §. CLV.

Studia singularia theologorum.

Studium dogmaticum tam seorsim apud eruditos, quam etiam felici connubio junctum cum scholastica methodo quotidie magis efflorescit inter theologos, quo fidei mysteria illustrantur, & contra adversarios defenduntur gnaviter, semoto partium studio, quod in dogmatica periculo plenum est.

Stu-

Studium dogmaticum varia ratione tractari potest, per partes, & integra systemata. Hæc iterum institui possunt, vel ordine temporum, vel materiarum: hoc proprie theologorum hactenus fuit munus, illud magis ad historicam methodum accedit, utilitate tamen sua pro re dogmatica alteri methodo non cedit, atque pulcherrimo ordine seriem traditionis dogmatum christianorum exhibet.

Saxum hoc jam a multis annis indefesso labore volvit celeberrimus P. Remigius CEILLIER congr. SS. VITONIS, & HIDULPHI præses in historia generali auctorum sacrorum, & ecclesiasticorum. Cujus institutum est, illis, quibus tempus non suppetit opera sanctorum patrum evolvere, quidquid memoratu dignum circa dogmata præprimis, mores, & disciplinam ecclesiæ tam in analysi singulorum monumentorum ecclesiasticorum, quam separatim apud quemvis auctorem ponere. *Hac ratione, ac subsidio*, inquit cel. auctor, *catena testium habebitur, qui inde ab apostolis usque ad nos testimonium perhibebunt veritati dogmatum, quæ in ecclesia catholica creduntur.* Donet DEUS vitam, & vires viro summo isto in studio, ut ad umbilicum possit deducere vastum opus. Quod concessum non est Nicolao de NOURRY e congr. S. MAURI, qui alia paulum methodo idem institutum secutus est, edito apparatu ad bibliothecam maximam patrum veterum, & scriptorum ecclesiasticorum Lugdunensem. In quo, quidquid ad eorum scripta, & doctrinam, variosque scribendi modos, & docendi pertinet, dissertationibus criticis examinatur, & illustratur; at duos tantum absolvit tomos, quorum primus

*Hist. gen. des auteurs sacr. & ecclés. T. I. pref.*

1703.

1703. alter 1715. Parisiis excusi prostant. Continuatio immensi operis ab eruditis sodalibus frustra hactenus fuit exspectata.

Ii tamen strenue sunt prosecuti cœptam sæculo superiore editionem sanctorum patrum, aliorumque doctorum, ac monumentorum ecclesiasticorum undique collectorum, idque, partitis operis, præstiterunt, doctissimis notis, & dissertationibus undique sparsis, quibus difficultates elucidantur, dogmata illustrantur, quod plerumque per singulas materias dogmaticas juxta seriem theologiæ eundo faciunt.

Simul hæc omnia complexus est NATAL. ALEXANDER dissertationibus suis historico-ecclesiasticis: ac præterea etiam systema theologicum juxta materiarum ordinem edidit. Sed in utroque opere fuerunt, quæ censura notarentur tam in dogmaticis, quam moralibus, de quibus tamen se defendere suscepit, atque a suspicione theoritici, & practici Jansenismi liberare. Fuit hæc ipsi communis cum multis theologis sors JUENINO, CONTENSONIO, HABERTO &c. Sed NATLIS ALEX. non est defraudandus debita laude, qui utraque methodo historica, & scholastica dogmata illustravit, & contra hæreticos defendit; cum alii theologi vel in uno elaborasse satis habuerint, atque insignem laudem comparaverint, TOURNELIUS, DU-HAMEL. WITASSE ex Gallis (dolendum P. FR. GERREVIUM ex Cong. S. MAURI theologiam dogmaticam, quam meditabatur, morte accelerata intenso nimis studio, perficere haud potuisse) GOTTI, BERTI, CONCINNA ex Italis; ex Germanis patres piarum scholarum, P. AMORT, aliis etiam scriptis clarus variisque

contro-

controverſiis implicitus, ob defenſum amorem neceſſario intereſſatum. Impetita ſcripta B. AGREDÆ, ex quibus integram fere theologiam ſui confecerunt, præſertim revelationes apertæ de æra vulgari, quam ſequitur B. A G R E D A *in myſtica civitate Dei*, quibus de immaculata conceptione, & vita B. V. unde varia inciderunt de credulitate revelationum, de ſenſu eccleſiæ circa immaculatam conceptionem cauſas cum PP. Franciſcanis, & aliis ſerram contentionis ducit. Videtur tamen nunc converſus ad alia ſtudia: editur enim ejus Jus canonicum: tædio litium delapſus. Nec etiam P. UDALRICUS W E I S S hactenus promiſſis ſtetit edita theologia, cujus ſyſtema dudum prodiit, ac quædam in theologicis, quibus cum P. F O R T U N A T O de Brixia acriter controvertit de modo transſubſtantiationis. Qua de re ſunt hodie novæ ſectæ Abſolutiſtarum, qui accidentia abſoluta ſtatuunt, & Modaliſtarum, qui recentiori philoſophiæ addicti in modo explicandi non conveniunt: quæ res R O T T F I S C H E R U M in præcipitium dedit.

In Galliis inſignes doctores eccleſiaſtici præter theologos ſyſtematicos jam commemoratos factionibus Janſeniſticis, & Queſnellianis abrepti ſunt. Ex quibus P. G E R B E R O N (qui inter alia complura, quæ ſub variis nominibus edidit opera in cauſa dicta, S. A N S E L M U M edidit) eadem ſuſtinuit, ac pejora etiam quam Q U E S N E L L U S, qui ipſe multa ſcripſit, theologica præſertim ad S. L E O N I S opera illuſtranda. Auctor bibliothecæ Janſeniſticæ P. de C O L O N I A magnum numerum doctorum, ac ſcriptorum theologicorum ad eam claſſem refert, ſed non in

omnibus apud omnes parem fidem meruit, nec facile sibi omnes auctores, & libros e manibus extorqueri sinent theologi, quos ibi atro notat carbone.

Non solum ob doctrinam de gratia multi in suspicionem venerunt; sed etiam ob ei connexam infallibilitatem pontificis: ob receptionem bullæ *Unigenitus*, a qua, qui steterunt Infallibilistæ per probrum sunt dicti. Infallibilitatem pontificis Galli communiter negant, sed quoad bullas nuperas pontificias non eodem omnes excessu agunt. Regesque Galliæ, qui libenter ferunt potestatem pontificiam non nimis extendi, quoad bullas tamen pontificias in causa Janseniana, & Quesnelliana obsequium requirunt, multique eo negato in exilium sunt pulsi. Contigisset id pluribus adhuc etiam religiosis, & monachis, nisi P. MASSUET e Cong. S. MAURI, cui cum aliis eadem sors erat destinata, receptis a P. BEZIO ex Germania litteris, ostendisset, rem adeo extra Gallias non urgeri. Discimus hæc ex SCHELHORNII amœnitatibus litterariis, ubi epistola P. MASSUET satis animosa, & in pontificem concitata legitur. Quod in tanto viro, scriptis aliis, editione imprimis S. IRENÆI celebri, excusandum non est, quamvis idcirco non omnibus idem institutum secutis insultandum.

*T. XIII. p. 303.*

Fuerunt etiam ex congr. S. MAURI, qui pontificis judicio contra QUESNELLUM reverenter detulerunt. Discimus ex epistola JAC. MARTINI ad Cardinal. QUIRINUM, studia Benedictinorum contra Jansenistas, ita ut LUDOVICUS XIV. ab illis historiam bullæ *Unigenitus* confici in votis habuerit. Nihil dicam de abbatis PETI-

*Hist. rei litter. O. S.B. P.II. c. 1. sect. 3. p. 157.*

TI-

TIDIER labore, ac opere in defendenda pontificis infallibilitate, quod tam male habuit supremum Galliæ senatum, ut publice per carnificum manus combureretur.

Quoad doctrinam de gratia Augustinianam, ea quotidie ubique plures accipit assertores, cujus strenui semper defensores patres congr. S. MAURI, atque repetitis etiam vicibus S. AUGUSTINUM ediderunt, vindicaruntque, imprimis celeberrimus P. MONTFAUCONIUS sub nomine *de Riviere*. Fuit is hoc sæculo in orbe erudito, atque in parnasso San-Germanensi, quod superiore MABILLONIUS.

Ex Græcis sunt hoc sæculo etiam Russi, qui circa religionem scripserunt, ostenderuntque dissensum suum maximum cum protestantibus, parvum nobiscum, ut sint neutiquam irreconciliabiles.





# INDEX.

## RERUM MEMORABILIUM.

### A.

Abaelardus ab hæreseos labe difficillime excusari potest. p. 320.
Abraham ancillas cur induxerit? 15. Ejus fides & religio. 22. *seq.* Cum eo DEUS novum init pactum. *Ib.* Quibus rebus constiterit? 25.
Absolutistæ. 449.
Acacianum schisma unde ortum? 206. *seq.* Sæculo adhuc sexto ecclesiam turbat. 239.
Acacius *Constantinopol.* Talajæ *Alexandrino* infensus. 206. Auctor est Zenoni *Imper.* edendi Henotici. 207. Legatos pontificis Romani vi in suas partes pertrahit. 208. Romæ damnatur, interdicta ejus communione *Ib.* Neglecta depositione usque ad mortem sacris ministeriis defungitur. *Ib.* Excommunicationi immortuus. Ib.
Adessenariorum secta. 379.
Adiaphoristæ. 377.
Adrianus II. Nicolai I. in sede Petri successor. 294. Ejus gesta contra Photium. *Ib.*
Adversitatibus semper infestatum genus humanum. 51. *seq.*
Agnoetæ variarum rerum ignorantiam CHRISTO attribuunt. 246.
Albanensium secta & errores. 279. *seq.*
Alcoranus quid? 261. Plures cum tempore prodierunt. *Ib.*
Alcuinus instaurator litterarum sæculo octavo. 287.
Alexander de Ales, doctor irrefragabilis. 341. Ejus comentarii in libros sententiarum P. Lombardi. *Ib.*
Alexander *Hierapolit.* Nestorium damnare noluit. 213.
Alexandrinæ synodi acta. 164.
Almaricus ob librum Pan-

theiſticum Pariſiis combuſtus varios errores inducit. 337. *ſeq.*
Alphonſus *Toſtatus* ſtupor mundi dictus. 368.
S. Ambroſii in propaganda fide fortitudo. 179. Eum unum verum epiſcopum dicere ſolitus Theodoſius. 180.
Amyraldi *Moyſ.* doctrina de DEI decreto circa hominis ſalvationem. 403. *ſeq.*
Anabaptiſtæ quare ſic dicti? 382. Munzeriani etiam appellati a Thoma Munzero. *Ib.*
Anaſtaſius *Sinaita* Severianorum impugnator eximius. 275. Utrum liber Ὁδηγὸς ſeu dux viæ inſcriptus ſit ipſius incertum. *Ib.*
Anglia libertate ſentiendi uſque ad naturaliſmum progreſſa. 437. 438. *ſeq.*
Anglo-Calviniani in quo a cæteris Reformatis differant? 380.
Animam humanam ſimilem animæ pecudum inducunt Thnetopſychitæ. 266. Eam cum corpore interituram & rurſus reſuſcitandam W. Cowardus aſſerit. 441.
Anomœi Filium DEI Patri diſſimilem aſſerunt. 141.
Ansbertus octavi non noni ſæculi ſcriptor. 286.
S. Anſelmus *Cantuarienſis* epiſcopus. 324. Commentariis in S. Scripturam & gloſſa ordinaria celebris. *Ib.*
Anſgarius Hamburgenſium epiſcopus 289. Fidei apud Danos & Suecos inſignis promotor. *Ib.*
Antiochenum Arianorum cōcilium. 159. Utrum, qui hodie extant 25. Canones unius ejusdemque concilii fœtus ſint? *Ib.*
Antitacticorum hæreſis. 92.
S. Antonius de Padua in converſione infidelium & hæreticorum illuſtris. 342.
Anthropomorphitæ. 152. Pro ſchiſmaticis tantum habiti ab Epiphanio. *Ib.*
Acœmetæ monachos Scytes vehementius impugnantes in hæreſin labuntur. 245.
Apollinariſtarū hæreſis. 149. *ſeqq.* In varias ſectas abiit. *Ib.*
Apollonii miracula falſa. 57. *ſeq.*
Apoſtolorum concilia de immaculata Conceptione & exequiis B. Mariæ ſuppoſititia ſunt. 53. *Item* quod ad conficiendas conſtitutiones apoſtolicas habitum dicit

dicit Whistonus. *Ibid.* Apostolorum divisio quo tempore facta? 70. Quo quisque abierit. 71. *seq.*

Ariana hæresis multorum schismatum occasio. 145. *seqq.*

Arianismus in varias factiones discissus. 141.

Arabia, in ea variæ antehac religiones vigebant. 259.

Ariminense concilium. 161. In eo Patres Nicænam fidem strenue defenderunt. *Ib.* Tandem ab Arianis circumventi novæ formulæ subscribunt. *Ib.* Summa ipsorum macula, & ecclesiæ damno. 162.

Arius alieni honoris invidus ecclesiam turbat. 139. Resipiscere nolens ab ecclesia dejicitur. *Ib.*

Arminii *Jac.* quinque articuli contra Calvinistas. 402. In synodo Dordracena damnati. 403.

Arnaldus de Brixia Abaelardi discipulus. 321. Summo in clerum & monachos odio æstuavit. *Ibid.*

Astrorum cultus unde? 2.

Athanasius in concilio Alexandrino & Romano defensus sedi suæ restituitur. 158. Invictus assertor vocis ὁμοούσιος. 140. Arii communionem constanter recusavit *Ib.* Variæ in eum Arianorum criminationes. 158. 172. Se ipsis concidunt. *Ib.* Exul Treviros relegatur. 132. Ab infantia studiis & pietati addictus. 171. Adhuc diaconus acerrime Arium impugnavit. *Ibid.*

Atheismus Stoicus, Epicuræus, Aristotelicus, Eleaticus. 406.

S. Augustinus lucidissimum eccl. lumen. 224. In originem mali inquirens in Manichæismum incidit. *Ib.* De DEO non nisi corporalem conceptum primo habuit. 225. A S. Ambrosio conversus. *Ib.* Epistolis D. Pauli maxime delectabatur. *Ib.* Libertatem arbitrii originem mali esse agnoscit. *Ib.* Initium fidei ex homine esse statuens, errorem suum postea retractat 226. Doctor gratiæ exstitit. *Ib.* Ei multa scripta falso adjudicata. 227. Ejus de gratia doctrina ab aliis defensa, ab aliis rejecta. 227. 228. *seqq.*

S. Avitus *Viennensis* Sigismundum regem ad fidem con-

convertit. 253. Religionis christianæ egregius defensor. *Ibid.*

B.

Bajus *Michael* de gratia, & libero arbitrio minus sane scribit. 392. Censuram Parisiis & Romæ incurrit. *Ib.* Tandem judicio pontificis acquiescens errores retractat. *Ibid.*

Balsamon *Theodorus* commentariis in epistolas canonicas illustris. 330.

Barclajus *Rob.* Quakerismi doctrinam in certam formam redigit. 408.

Bardesanes in hæresin Valentinianam lapsus resipiscit. 102.

Barnabæ epistola assensum hactenus non est assecuta. 84. quare? *Ibid.*

Baronius annalium sacrorum parens. 420. Multos adversarios est nactus. *Ib.* A Fr. Pagio emendatus. *Ib.*

Basilidis errores. 91.

Basilidianorum de Christo opinio. 94.

Basilius *S.* illustris ecclesiæ doctor. 176. Ejus scripta. *Ib.* A fratre suo Gregorio *Nissano* ceu parens est habitus. *Ib.* Ab episcopi sui Dianei communione se removet. *Ib.* Valenti imper. fortiter restitit. *Ib.* Spiritus S. divinitatem invicte asseruit. 177. Quamvis de eo locutus a nomine DEI temperaverit. *Ib.* Pro Sabelliano & Apollinarista falso infamatus. *Ibid.*

Basilius Michaelis imperatoris in regno successor. 294. Photii vafritia deceptus eum in sedem Constantinopolit. restituit. *Ib.* Particulam *Filioque* e symbolo delet. *Ibid.*

Baylius *Pet.* Atheismum inducit. 407. Tolerantiam religionum amplissimam aperit. *Ib.* Certum veritatis in religione criterium dari negat. 408. Manichæorum fautor. *Ib.* Rationem & fidem inter se pugnare statuit. *Ib.* Providentiam divinam subvertit. *Ib.*

Beda venerabilis. 286. Unde sic & a quo primum appellatus? *Ibid.* Multis scriptis inclaruit. *Ibid.*

Beckkeri mundus fascinatus. 407. Christianismum tollit. *Ib.*

Bella fidei causa sæculo XVII. 395. 396.

Bellarminus parentibus hæterodoxis natus. 419. Deprehensis fallaciis ad catholi-

tholicos transit. *Ib.* Ejus studium in theologia. *Ib.*
Bennet *Thomas* Clarckium refutaturus in varios errores incidit. 438. 439.
Berengarianorum variæ opiniones de corpore Christi in eucharistia. 311.
Berengarius (veteribus Beringerius dictus) Sacramentariorum & Lutheranorum parens. 311. Ejus hæresis circa præsentiam Christi in eucharistia. *Ib.* In conciliis Turonensi & Romano hæresin abjurat. 314. 315. fraudulenter. *Ibid.* In synodo Placentina & multis aliis damnatur. *Ib.*
Beguardorum errores qui fuerint? 353. A Clemente V. damnati. *Ibid.*
S. Bernardi studium ac labor in propugnanda fide. 328. Judicium de Abaelardo. 320.
Boetius *Severinus* philosophus ac theologus clarissimus. 253. Manichæos Roma expelli curat. 254. Aliorum etiam hæreticorum accerrimus impugnator. *Ib.* Libros de consolatione philosophiæ male ei abjudicavit H. Glareanus. *Ibid.*
Bogomilorum hæreseos origo. 312. Et errores Ib.
Bonifacius germanorum apostolus. 278. Ad centum millia ad fidem perduxit. *Ibid.*
Bossuet *Ben.* malleus hæreticorum dictus. 419. Lis ei intenta ob suam fidei confessionem. *Ib. seq.*
Bulla *Unigenitus* magnos in Gallia motus excitat. 442. Nuperrime de ea exortæ turbæ. *Ib.* Hodie conquiescere videntur. 443. Urgentibus Ludov. XIV. & XV. *Ib.*
Bullus *Petrus* Parisiis & Oxoniæ summa cum laude docet. 328. Ejus libri sententiarum. *Ibid.*
Burignonia cultum religionis externum abjicit. 409. Triplex corpus CHRISTO attribuit. *Ib.*

## C.

Cain primus religionis corruptor. 16.
Calixtinorum origo. 360. 363.
Calvinistæ primum Sacramentarii nunc Reformati dicti. 378. Cum Lutheranis in plerisque fidei capitibus conveniunt. *Ib.* Inter seipsos dissentientes. *Ib.* Unde dissensus principium? *Ib.* Lutheranos Nestorianismi in quo accusent?

sent? 380. Eorum opinio circa prædestinationem. *Ib.*

Candidianus comes ad concilium Ephesinum a Theodosio missus. 210. Orientalibus favet. *Ib.*

Capitula tria. 241. Eorum damnationem urget Justinianus. *Ib.* Varii ob ea motus excitati. 242.

Carlostadius imaginum eversor. 371. 378.

Carolus M. Italiam a Longobardis liberat. 278. Antiquari concilium Nicænum II. voluit. 279. Ab Adriano Rom. pont. instructus devotissimus in sedem apostolicam existit. *Ib.*

Carpocratiani. 91. Solam animam CHRISTI cœlos ascendisse asserunt. 94.

Cassianus monachus. 229. A S. Chrysostomo diaconus, a S. Leone presbyter ordinatur. *Ib.* De gratia scribens sibi ipsi non constat. 229. Libero arbitrio nimium attribuit. *Ib.* Pro orthodoxo tamen semper habitus. *Ib.* Ejus collationes, 229. a SS. Benedicto & Dominico magni habitæ. *Ib.*

Cathari unde appellati? 322. diversas Italiæ ac Galliarum provincias invadunt. *Ib.* In varias sectas divisi. *Ib. seq.* Eorum turpissimi errores. 323. Iidem sunt cum Albigensibus. *Ib.*

Cecilianus in concil. Carthag. a Donatistis quare condemnatus? 153. Alibi absolvitur. *Ib.*

Ceillierii *Remigii* bibliotheca sacra catena testium veritatis. 447.

Celestius hæresiarcha ad Aurelium *Carthaginens.* delatus. 144. Ejus capitales errores. *Ib.* Eos damnare detrectans ab ecclesiæ communione repellitur *Ib.* Sedem Romanam appellans hujus sententiam declinat. *Ib.* Constantinopoli ab Attico pellitur. *Ib.*

Cerdonis duo rerum principia. 93.

Cerinthianorum errores. 80.

Chami in patrem scelus. 21. Typicum non fuit. *Ib.* Magiæ addictus erat. *Ib.*

Chalcedonense concilium a quo congregatum? 215. Ejus acta. *Ibid.* Canon XXVIII. a S. Leone rejectus. *Ib.* Quoad fidei tractationem sanctissimum semper habitum. *Ib.*

Christiani in mundo sunt, quod anima in corpore. 61.

61. *seq.* Ubi primum appellati fideles? 75. Eorum constantia in tormentis. 88. Eis varia crimina objecta. 87. 103.
Christiano - cathegori an iidem fuerint ac Iconoclastæ, incertum. 280. Eorum errores. *Ibid.*
Christolitarum hæresis. 267.
Christus cur apparuerit ut Deus & homo? 46. Christum factum esse unctione spiritus S. Deum asseruit Leporius. 199. Semi-Pelagianorum de Christi gratia doctrina. 197. In eo personas divisit Nestorius. 200. Eutyches duas naturas confundit. 202. 203. *seq.*
S. Chrysostomus *Joannes* unde & quando sic dictus? 217. In vitia invectus multorum in se odium concitat. 218. In concilio ad *Quercum* non auditus damnatur. *Ib.* In exilium missus. *Ib.* Restitutus novam a Theophilo *Alexandrino* persecutionem patitur. *Ib. seq.* Sermo, cujus exordium *jam iterum furit Herodias*, ipsius fœtus non est. 219. Quæ mala ab Imperatore sit perpessus. *Ib.* Rursus exulare jubetur. *Ib.* Ejus in exilio zelus pastoralis. *Ib. seq.* Falso patrocinium in eo Pelagiani quærunt. 220.
Circumcellionum secta & errores. 138. Africanam ecclesiam infestant. 191.
Circumcisio in deserto XL annis non obtinuit. 33. Ejus finis. 25.
Cirtense concilium insigne. 153.
Claudius Taurinensis imaginum hostis. 290. Nestorianismo addictus. *Ib.*
Clemens an primus post D. Petrum Romæ episcopus fuerit? 73. Varia ei opera falso adscripta 85. *seq.*
Clerici *Jo.* error circa λόγον ac Verbi divinitatem. 440.
Climacus *Joan.* unde sic dictus? 274. Pluribus scriptis clarus. *Ibid.*
Clodovei Francorum regis conversio. 188.
Cocceji opinio de remissione peccatorum V. Test. 405.
Columbanus *S.* strenuus assertor moris celebrandi Pascha luna decima quarta. 275. Causæ non satis gnarus in concilium V. & vigilium P. invehitur. *Ib.*
Coluthus schismatis Alexandrini auctor. 146. Presbyter

byter episcopi munia obit. *Ib.* Ejus schismati conjuncta hæresis. *Ibid.*
Communionis sub utraque specie necessitas sæculo XV. a quibus defensa? 361.
Concilium Hierosolymit. forma tenendorum conciliorum. 81.
Concordia gratiam inter & liberum arbitrium a theologis Soc. J. stabilita multarum litium origo. 393.
Confessionistæ rigidi & molles. 377.
Constantiense concilium a quibus convocatum? 364. Utrum ejus decreta sess. IV. & V. sint œcumenici concilii? *Ib.* In eo quartus pontifex electus. 359.
Constantii crudelitas in christianos. 333. Nero, Decius, & Maximinus compellatus. *Ib.*
Constantinopolitanum concilium I. a quo convocatum? 156. Ejus præses. 157. Numerus episcoporum. 156. Can. III. Romæ non receptus. 157.
-- II. quo tempore celebratum? 247. Ejus acta. *Ib. seq.*
-- generale VIII. quibus in causis habitum? 292. 293. *seq.* A quo congregatum? 294. Quæ in eo gesta? *Ib.*
Constantinus Imp. pacem ecclesiæ restituit. 128. Maxentium viso cœlesti animatus vincit. 129. In conversione gentilium studiosissimus. 130. Judæis templum restaurare tentantibus aures abscindi jubet. 131. Ab Arianis decipitur. 132.
Consubstantialitas in Trinitate a quibus impugnata? 139. 140. *seq.*
Contra-Remonstrantes. 403.
Controversia SS. Stephanum inter & Cyprianum. 107. *seqq.*
Cornelius gentilium primitiæ. 76.
Corrupticolarum error. 246.
Crucis trophæum a Constantino M. erectum. 129.
Crypto-Jansenistæ qui appellati? 442.
Cyprianus *S.* primus in Africa martyrio illustris. 120. Unitatis & pacis ecclesiasticæ studiosissimus. *Ib. seq.*
Cyrillus *Alexand.* professionem fidei Joanni *Antioch.* mittit. 213. Cum orientalibus in communionem redit. *Ib.* Ab anathematismis suis nihil remittit. 235.

Eos

Eos tamen emollit. *Ib.* Præclara ejus ſcripta. *Ib. ſeq.*

D.

Damaſcenus *Joannes* primus theologiam in ſyſtema redegit. 284. Præluſor ſcholaſticorum. *Ib.* Ejus opera. *Ib.* Ei ob zelum pro cultu imaginum manus abſciſſa. *Ib.* Ope B. V. Mariæ reſtituitur. *Ib.*
Deiſmus. 407.
Didymus a prima ætate cæcus doctrina eccleſiæ plurimum profuit. 183. Origeni nimium addictus in concilio V. œcumenico damnatur. 184.
Diluvium ad tollendam hominum malitiam factum. 17. Ejus memoria in numis conſervata. 19.
Dionyſius *Areopagita.* 237. Num auctor ſit ſcriptorum, ejus nomen præſeferentium? *Ib. ſeq.*
Diſciplinæ eccleſiaſticæ cura ſæculo quarto. 165. *ſeq.*
Doctores in uno alterove aberrantes non ſtatim damnandi. 230. *ſeq.*
Doctrina S. Auguſtini de gratuita electione, quibus adverſa eccleſiæ ſit viſa? 196.
Dodwellus *Henr.* auctoritatis hierarchicæ ſtrenuus aſſertor 441. Ejus error de animæ immortalitate. *Ib.*
Donatiſtæ unde Rupitani ſint dicti? 138. Judice Deo, & matre eccleſia repulſi. 153. *ſeq.*
Donatus atrociſſimi ſchiſmatis auctor. 136. *ſeq.* Romanum judicium eludit. 137. Apud ſe ſolum eccleſiam ſubſiſtere ſomniavit. 138.
Dungalus in monaſterio recluſus Theodemirum defendit. 297.

E.

Ebredunenſe concilium provinciale quo anno celebratum? 446. In eo conſtitutio *Unigenitus* agnita. *Ib.* Et Joannis epiſcopi Sonnitienſis cauſa examinata. *Ib.*
Eckius *Joan.* Lutherum Romæ denuntiat. 391. Ejus accerrimus impugnator fuit. *Ibid.*
Elceſaitarum ſecta. 94.
Encratitæ matrimonii ac vini uſum abhorrent. 96.
Ennodius inſignis ſæculi VI. ſcriptor. 253. In Romanam eccleſiam reverentiſſimus fuit. *Ib.* Symmachi papæ inſignis defenſor. *Ibid.*

Eph-

Ephesinum concilium a quo convocatum? 209. 210. Quis judex præsederit? *Ib.* Nestorium damnatis ejus erroribus, deponit. *Ib.* Damnationem Pelagianorum &c. & Cœlestini P. decreta, confirmat. 211.

Ephesinæ synodi II. (prædatoriæ) gesta. 214. In ea legati S. Leonis ad consessum admissi non sunt. 215. Eutyches absolvitur. *Ib.* Sententia contra Flavianum prolata. *Ibid.*

S. Ephrem patriarcha antiochenus illustris scriptor contra Nestorianos. 251. Et defensor concilii Chalcedonensis, S. Cyrilli &c. *Ib.* Origenistarum errores damnat. *Ib.* Ejus præclara scripta adversus Sabellium, & Arium. 183. Vigori scriptorum ejus hæretici resistere haud potuerunt. *Ibid.*

Epiphanius ab hæresi Carpocratianorum, & Gnosticorum divinitus præservatus. 185. Scribit librum de hæresibus. *Ib.* Ejus Ancoratus complexus dogmatum christianorum. *Ib.*

Erasmi Roterodami vitia, & virtutes. 390. Ejus confessio paucis ante mortem diebus facta ex P. Richardo. *Ibid.*

Essenorum secta. 42.

Ethnophrones Genesin inducunt, ac fatum. 267.

Evangelii per universum orbem propagatio, maximum miraculum. 54. *seq.*

Evæ spes edendi Messiæ. 15.

Eudonis *de Stella* errores, & insania. 322. In concilio Remensi damnati. 325.

Eusebii *Cæsareens.* præparatio evangelica divinum opus Scaligero dictum. 51. Historiæ ecclesiasticæ parens. 170. Arianæ factioni fuit implicitus. 168. 169. Dubia est ejus fides ex ambiguitate doctrinæ. *Ib. seq.* Nævi ejus excusari nequeunt. 170.

Eusebius *Nicomediens.* Arianismi patronus. 140.

Eustatius in concilio Gangrensi damnatus num idem sit ac Eustatius *Sebastenus*, incertum. 145. Ejusdem hæresis. *Ib.*

Eutyches archimandrita 202. Contra votum monasterium egreditur. *Ib.* Nestorium impugnans in contrariũ errorem incidit. *Ib.* CHRISTUM secundum humanam naturam nobis consubstantialem negat. *Ib.*

*Ib. seq.* Unam tantum ex divina, & humana in CHRISTO naturam statuit. 203. In concilio Chalcedonensi justam damnationem subit. 214. Damnatus ad papam & oecumenicum concilium appellat. *Ib.*
Eutychiani Acephali unde dicti? 207. 208.

F.

Facundus *Hermianensis* episcopus Africæ. 255. Tria capitula acerrime defendit. *Ib.* A Justiniano in exilium abire jussus. 256.
Fanaticorum varia genera. 408. 409. *seq.*
Fato stellarum subjectum hominem asserunt Priscillianistæ. 150.
Faustus *Regiensis* errorum Semi-Pelagianorum propugnator. 231. A Juliano *Pelagiano* venenum hausisse creditur. *Ib.*
Feliciani unde sic dicti? 280. Hæresis eorum. *Ib. seq.*
Flaccianismus quid? 376. Ejus auctor. *Ib.*
Flagellantium origo. 336. Errores. *Ib.* Varia nomina. *Ib.*
Flavianus in synodo Ephes. II. dirissime exceptus paulo post moritur. 215. A Xenaja depositus in exilium mittitur. 240.
Florentinum concilium generale. 365. Quæ in eo gesta? *Ib.*
Fratricellorum secta, & errores. 334 335.
Formosus dignitati a Joanne IX. restituitur. 301.
Formula concordiæ Lutheranorum in quo posita? 377. variæ lites ob eam excitatæ. *Ib.*
Fortunatitæ. 40.
Fox *Georg.* Quakerorum auctor habetur. 408. 409. *Familiam sancti amoris* dictam colligit. *Ib.*
Francofurtense concilium mala vocis προσκύνησις interpretatione concilium Nicæn. II. damnat. 282.
Fratres roseæ crucis varia spirituum genera statuunt. 410.
Fulbertus Carnutensis episcopus variis scriptis clarus. 316. Berengarii magister fuit. *Ib.*
S. Fulgentius pro religione christiana bis in exilium relegatus. 254. In eo varia opera scripsit. *Ib.*
Fullo *Petrus* Antiochenam sedem invadit. 206. Divinitatem ipsam passam asserens. *Ib.*

G.

G.

Gangulphi *Itali* hæresis in quo sita? 312. In concilio Atrebatensi rejecta. 314.
Gaudentius *Brixiensis* scriptis illustris. 220. *seq.* In causa Jo. Chrysostomi legatione fungitur in oriente. *Ib.* Confessoris nomen commeritus. *Ib.*
Gensericus Wandalorum rex Arianus. 192. Africanas ecclesias dira persecutione vexat *Ib.* Episcopis cum clero in exilium relegatis. *Ib.*
Gentiles christianismo obsistunt. 50. *seq.* Quo tempore Pagani sint nuncupati? 131.
Gentilismus se ipso extinctus concidit. 52.
Gerardus *Sagarellus* comburitur. 337. Qui fuerint ejus errores? *Ibid.*
Gerbertus tractatus *de Corpore, & sanguine Domini* verus auctor. 306.
S. Germanus patriarcha Constantinopolitanus. 285. Usum imaginum constantissime vindicavit. *Ib.* Ob id sede pulsus varia perpessus est. *Ib.*
Gerson *Joan. Christianissimi doctor* appellatus. 367. A duce Burgundiæ dire vexatus. *Ibid.*
Giessensium theologorum cum Tubingensibus controversia de statu exinanitionis CHRISTI. 397.
Gilberti *Porretani* errores ab Ottone Frisingensi ei objecti. 321. Et in conciliis Parisiensi, & Remensi damnati. 325.
*Gloria Patri &c.* antiquius est concilio Niceno. 156.
Gloriæ cœlestis, ac meritorum distinctio a Jovinianis negata. 151.
Gnosimachorum error. 266.
Gnosticorum variæ sectæ. 79.
Gottescalcus monasticis votis renunciat. 291. Erroris convincitur a Rhabano Moguntino. *Ib.* Post damnationem in errore contumax. *Ib.* In extremis positus ecclesiæ subdi noluit. *Ibid.*
Gratiæ necessitas a Pelagio negata. 193. *seq.* Eam ad initium fidei necessariam non esse Semi-Pelagiani volunt. 196. 197.
Gregorius *Alexand.* illustris ecclesiæ doctor sæcul. III. 124. *seq.*
Gregorius M. verus auctor Dialogorum ejus nomini adscriptorum. 257. Ejus

in

in extirpandis hæreticis, & propaganda fide eximium studium. *Ibid.*

Gregorius *Nazianz.* patriarcha Constantinopol. studio pacis suam dignitatem resignat. 157. Quare theologus appellatus? 177. Ejus constantia in asserenda Spiritus S. divinitate. 178. In indagandis mysteriis & religionis disputationibus moderationem præprimis consuluit. 179.

Gregorii VII. zelus restituendæ disciplinæ. 309. Simoniacos, & incontinentes clericos coercet. *Ibid.* In exilium relegatus. *Ib.* Ejus præclara verba, quibus in exilio est immortuus. *Ibid.*

Gretserus pluribus libris inclaruit. 391.

Guilielmus *Parisiensis* probe distinguendus a Guilielmo *de S. Amore.* 342. Multa dogmatica scripsit. *Ib.*

Guilielmus *de S. Amore* ordini mendicantium maxime infensus. 337. Actualem paupertatem rejecit. *Ib.* Plures ejus errores damnati. *Ib.*

## H.

Helenæ S. studium in inquirenda vera cruce. 129.

Heliotropitæ herbis, quæ solem sequuntur, cultum adhibent. 266.

Hemero-baptistæ. 40.

Henoticon Zenonis quid? 207.

Henricus Anglorum rex 373. Contra Lutherum scribit. *Ib.* Incestas nuptias cum Anna Bolena init. *Ib.* Ejus defectio ab eccles. Rom. *Ib.*

Henricus Imperator secundus 308. Schisma inter Rom. pontifices extinguit. *Ib.* Inter imperii proceres pacem restituit. *Ib.* Synodum contra Simoniacos Constantiæ haberi curat. *Ib.*

Henricus regum quartus, imperatorum tertius Guibertum anti-papam contra Gregorium VII. constituit. 309. Sacra beneficia venalia exponit. *Ib.*

Hermæ *pastor* num genuinus? 84. *seq.*

Hermes insignis sæculi II. doctor. 101.

Hetto Basileens. episcopus insignem instructionem pro clericis edit. 297. Ad Nicephorum imperat. legatus mittitur. *Ib.*

Hie-

Hicetæ. 266.

Hieremiam patriarcham Constantinopolitanum in ſuas partes fruſtra pertrahere conantur theologi Würtembergenſes. 394.

Hieronymus *S.* eruditionis colligendæ ſtudio undique terrarum peragratur. 221. Didymum & S. Greg. *Naz.* in theologia audit. *ib.* Damaſo P. ab epiſtolis fuit. 222. *ib.* Ejus Romæ ſuma exiſtimatio. *ib.* Familiaritate cum S. Paula calumniandi occaſionem præbet. *ib.* Origenianiſmi ab Aterbio petitur. 223. Fervidum ejus ingenium. *ib. ſeq.*

Hieroſolymis prima eccleſia conſtituta. 70.

Hilarius *S.* conſtatiſſimus Nicænæ fidei contra Arianos aſſertor. 173. In exilium relegatur. 174. Exul collapſam fidem reſtaurat. *Ib.* Studet unire orientem cum occidente. *ib.* Contra Conſtantium ſummo zelo ſcripſit. 175. Qua ratione Chriſtum humanis affectionibus expertē docuerit? *Ibid.*

S. Hildebertus Cenomanenſis, poſt Turonenſ. epiſc. 326. Ejus opera a P. Ant. *Beaugendre* edita. *ibid.*

Hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptores ſæculo V. 236. *ſeq.*

Huberianiſmus. 397. Ejus origo. *ib.*

Hubmeyerus parochus Waldishutanus a Munzero Anabaptiſticis dogmatibus inſtruitur. 372. Sectam Tiguri diſſeminat. *ib.* Pulſus Waldishuti. *ib.*

Hugo *a S. Victore* alter Auguſtinus dictus. 329. Commentariis in S. ſcripturam celeberrimus. *Ib.*

Hugonottorum nomen unde derivatum? 372.

Huſs *Joan.* Wicleffi erroribus abducitur. 361. Sacramentis retentis. *Ibid.* Agnoſcit realem præſentiam in euchariſtia, & neceſſitatem confeſſionis. *Ib.* Quibus ſociis uſus ad ſuſtinendos errores? *Ib.* Expeditioni cruciatæ contra Ladislaum ſe opponit. 362. Ejus blaſphemiæ in papam & conc. Conſtantienſe. *ib.* Conſtantiæ ad rogum damnatur. *Ibid.*

# I.

Jacobitarum ſecta. 268.

Janſenius *Iprenſ. epiſc.* 411.

Lectioni S. Augustini addictissimus. *ib.* De gratia & libero arbitrio perverse scribit. 413. Quinque ejus propositiones. *ibid. seq.*

Jansenistarum controversia unde orta? 442. A Quesnello resuscitata. *ib.* A variis pontificibus suppressa. 445.

Ibas præcipuus Nestorii fautor. 213. Ejus epistola ad Marin Persa magnorum motuum causa. *Ib.* Contra Cyrillum *Alex.* potissimum scripta. *Ib.* Cum Cyrillo reconciliatus videtur. *Ib.* In synodo Ephesina II. deponitur. 215.

Idololatriæ ortus post diluvium, 21. *seq.*

Jesuitarum & Dominicanorum controversia ob cæremonias Chinensibus indultas. 415.

Ignatii *S.* epistolæ quænam genuinus ejusd. fœtus? 85.

S. Ildephonsus episcopus Toletanus. 276. Eximius B. V. M. cultor. *ib.* Multa præclara scripsit, quæ tamẽ hodie desiderantur. *Ibid.*

Illuminatorum fratrum errores. 115.

Imaginum picturæ cur antiquitus prohibitæ? 426. *seqq.* Earum cultus variis in conciliis stabilitus. 282.

Incarnationis mysterium sæculo V. lacessitum. 193. A quibus. 194. 195. *seqq.* Hodie etiam a Calvinistis variis modis. 440. 441.

Incorrupticolæ qui appellati? 246.

Indifferentismus. 407.

Infra-lapsarii. 380.

Initium fidei homini a Semi-Pelagianis adscriptum. 196. 197.

Investituræ unde ortæ? 309. In conciliis Lateranens. abrogatæ. 324.

Joachimus *abbas* quasi quaternitatem in divinis induceret damnatus. 337. Auctor habetur libri: *Evangelium æternum. ib.* In quo palmaris ejus error consistat? *ibid.*

Joannæ Papissæ ad sedem apostolicam evectio pudendum commentum. 289.

Joannes Antiochenus Nestorii amicus. 209. 210. S. Cyrillum & Memnonem *Ephesinum* deponit. *ibid.* Remotis reliquis a communione patribus. *ibid.* Conditiones pacis proponit S. Cyrillo. 112. Hujus anathematismos abolere nititur. *ibid.*

Joannes XII. fere puer Rom. sedem invadit. 301. Nomen mutat non item mores.

res. *ib.* Depositus rursus eandem invadit. *ibid.*
Joan. *Veccus* patriarcha Cpolitanus unionis studiosissimus. 343, Ob eam rem relegatur. *ibid.*
Joannis XXII. & Lud. *Bav.* contentiones. 345. 357. Doctrina de animabus beate defunctorum. *ib.*
-- *de monte Corvino* minoritæ missio in Æthiopiam &c. felici successu. 344.
-- *Olivi* errores circa CHRISTUM & animam rationalem. 353. In concilio Viennensi proscripti. *ib.*
Jobi fimus magno honore habitus. 24.
Jovianus S. Athan. fautor. 173.
Irenæus S. acerrimus hæreticorum impugnator. 117. *seq.* Discipulus fuit S. Polycarpi. 118. Defensor extitit regni millenarii. *ib.* Unitatis ecclesiasticæ eximius amator. *Ib.*
Irenici. 405.
Isidorus *Hispalensis* variis scriptis inclaruit. 276. Conc. Tolet. IV. præest. *ib.*
Israelitæ sicco pede mare rubrum transeunt. 27. Murmurantes a terra promissa excluduntur. *ib.*
Ithacianum schisma unde ortum? 165.
Judæorum obstinatio in adventu Messiæ 42. 224. Eorum lex per CHRISTUM abrogata. *ib.* In duas hodie divisi sectas. *ib.* Eorum religio in naturalismum abit. *ib.* DEI notionem fabulis corrumpunt. 425. Convitia eorum in salvatorem & christianos horrenda. *ib.*
Judith liber a concilio Nicæno catalogo librorum canonicorum insertus. 156.
Juliana *de Assenburg* Enthusiasmo dedita. 434.
Julianus *Apostata.* 135. Initio christianum se simulat. *ib.* Judæis reædificandi templi copiam facit. *ibid.*
-- *Episcopus* præcipuus Pelagii sectator. 195.
Jus eligendi regem Romanorum solis Germanis a S. Gregorio concessum. 304.
Justificationem hominis ex ipsa essentiali DEI justitia derivat Osiander. 376.
Justinæ imperatricis conatus a S. Ambrosio repressi. 179.
Justini S. apologiæ pro religione christiana. 100. Antonino oblatæ. *ib.* Optimo effectu. *ib.* Ejus cum Tryphone dialogus supposititius non est. *ib. seq.*

## K.

Karaitæ. 42. *seq.*

# L.

Lactantius *Firmianus* Cicero christianus. 166. Paganismi accerrimus impugnator. *ib.* Librum de opificio DEI ante *institutiones* confecisse videtur. *ib.* Ejus labor & studium quo tenderit? 167. Crispi filii Constantini præceptor erat. *ib.* Ejus errores. *ib.* Liber de mortib⁹ persec. genuinus ejusd. fœtus. *ib.*
Lanfrancus Berengarianæ hæresis falso insimulatus. 316.
Lateranense concilium a quo & quando convocatum? 386. In eo irrita declarata acta conventus Pisani. *ib.*
-- I. œcumenicum IX. quibus in negotiis transactum? 324. Quando celebratum? 325.
-- II. generale X. 325. Ejus convocatio, quo tempore facta? *ib.* Quibusque ex causis? *ib.*
-- III. generale XI. ad firmandam concordiam inter Alexandrum III. ac Fridericum I. & damnandos Waldenses celebratum. *ib.*
-- IV. generale XII. a quo & quibus in causis habitum. 338. 339.
Leenhof *Frider. van* Spinozismi restaurator. 440.
Leo *Imp.* philosophus dictus. 595. Multa contra hæreticos scripsit. *ib.* Schismatis auctor toti ecclesiæ abominabilis factus. *ib.*
Leporius *monach.* in hæresin labitur. 199. Ejus errores. *ib.* in Galliis damnatus eos in Africa retractat. *ib.*
Lex cæremonialis Mosaica typus CHRISTI. 29. Ea non ex gentilium superstitionibus est orta. *ib. seq.* Hodie penitus abrogata. 31. Non item *moralis.* 32.
Libertas conscientiæ armis vindicata. 394. *seq.*
Licinius rupta cum Constantino M. pace christianos prosequitur. 129.
Lockius unum tantum fidei articulum statuit. 429.
Λόγος, seu verbum, ut est in homine, sic Filium Verbum consubstantiale Patri dixit Paulus *Samosat.* 111.
Lollardorum errores ex synodalibus Constantiensibus. 348. *seq.*
Lombardi *Petri* studium in diggerenda theologia systemat. 327. In Spinosis quæstionib⁹ sæpius fuit distentus. *ib.* S. Augustinum quoad doctrinam, & methodum secutus. *ib.*
Luchardis fœminæ in DEUM blasphemiæ. 333. *seq.*

Lugdunense concil. I. & II. quo tempore, a quibus convocata, eorum acta? 339. 340.

Lutherus *Martinus* homo impetuosus. 370. Contra indulgentias insurgit. *ib.* Ejus errores publice damnati. *ib.* Electoris Saxonici auctoritate fultus, decretales publice comburit. 371. Qua re sibi principes devincierit. *ib.* Ejus dogmata, & gradus quibus paulatim in errores ruit. 374. 375.

M.

Mabillonius ob cultum sanctorum ignotorum Romæ delatus 421. se purgat. *ib.*

Mahumedanismus contradictionibus scatet. 261. Ejus fundamentalia dogmata. *ib.* Delicias paradisi carnales statuit. 262. Fatum absolutum admittit. *ib.* Ejus de DEO, CHRISTO, Maria &c. deliria. 263. *seq.* Quibus mediis adeo invaluerit. *ib. seq.*

Mahumedes idolorum cultui primum addictus, eum postea aversatur. 259. Novam religionem comminiscitur. 260. Armis protensam. *ib.* Litterarum ignarus fuisse dicitur. *ib.*

Mala mundi multos in præceps egerunt. 91. *seq.*

Manichæus malum substantiam statuit. 112. Ejus dogmata de bono & malo principio. *ib.* Duas in homine animas admittit. 114. Emanationes in divinis varias statuit. *ib.*

Manichæi orantes ad solem se vertunt. 225. Eorum nullum non aliquo scelere deprehendit S. August. *ib.*

Marcellus *Ancyranus* Sabellianismi accusatus, a multis defenditur. 142. *seq.*

Marcionitarum hæresis. 93. In varias sectas divisi. *ib.* Eorum distinctio inter CHRISTUM Judæorum & JESUM sub Tiberio. 95. Corpus phantasticum Christo attribuunt. *ib.* V. ac N. Test. contemptores. *ib.*

Mariæ divinitatem tribuunt Collyridiani. 152.

Marius *Mercator* insignis fidei defensor. 226.

Marnas idolum CHRISTO oppositum. 156.

Martinus *S.* divinitatem Filii DEI confessus, flagris excipitur. 134.

Maruthæ zelus in propaganda fide. 187.

Mathy *Pauli* errores circa Trinitatem. 439. *seq.*

Maximus *S.* ex secretario impe-

imperatoris factus monachus. 274. Monothelismum strenue impugnat. ib. Pro fide cathol. martyr. 275. Processionem Spiritus S. a *Filioque* primus contra Græcos defendit. *ibid.*
Melanchthon a Lutheri doctrina deflectit. 375. Crypto-Calvinism. inducit. *ib. seqq.* Et Synergismum. 376.
Melchisedech typus CHRISTI. 23. Variæ doctorum de eo sententiæ. *ib.*
Meletius cum Arianis comunicans fidem suam suspectam reddit. 182. Occidentem sibi conciliare haud potuit. *ibid.*
Mendicantium ordo sæc. XII. institutus. 336. Varii circa eum errores orti. *ib. seqq.*
Mennonitarum diversi errores & sectæ. 382. 383. cum aliis Anabaptistis nil comune habere volunt. *ib.*
Mensurius criminis *Traditorum* accusatus. 136.
Messalianorum duplex genus. 151.
Michael *Cerularii* Cpolit. fastus erga reliquos patriarchas. 309. Cruenti schismatis auctor. *ib. seqq.* Errores gravissimi ei imputati 313.
Miracula Israelitis in deserto facta. 28. Naturalia non erant. *ib.* Neque con[ficta]. *ibid.*
Modalistæ. 449.
Molinos Quietismi auctor. 414. Unde errorem suum attulerit. *ib.* In carcere moritur. *ib.* Damnatis erroribus. *ib.* 416.
Monachi Alexandrini & Palestinæ concilii Chalcedonensis hostes. 204.
Monasteria seminarium scientiarum & pietatis sæc. X. 304. 305. *seqq.*
Mongus *Petrus* Acacii suggestione episcopus Alexandrinus ordinatur. 206. S. Proterium & Salofacialem e diptychis delet. 207. Substituto Timotheo Eluro. *ib.* Salofacialis corpus exhumari jubet. *ibid.* Ejus communionem deserunt Eutychiani. *ib.*
Monothelismus a Theodoro *Pharaniensi* scripto traditus. 169. a Cyro in concilio stabilitus. 270. Ab Heraclio, & Constante editis ecthesi & typo propagatus. *ib.* Demum in conc. Lateranensi I. & Cpolitano III. damnatus. 271.
Monothelitæ Eutychianorum propago. 268. Unam voluntatem & operationem in CHRISTO admittunt. *ib.* 269. 270. & *seqq.*

Montani deliria. 96. Ejus hæresis in varias sectas abiit. *ib.* In multis conciliis damnata. 98.
Montfortii *Comitis* zelus in extirpandis hæreticis. 332.
Münsterianæ turbæ Luthero adscribendæ. 372.
Muscorites. 40.

N.

Natalis *Alexandri* dissertationes historico-ecclesiasticæ eximium opus. 448. Suspicionem Jansenismi a se amovet. *ib.* Ejus elogium. *ibid.*
Nativitas CHRISTI quo die celebranda? 68.
Naturalismus. 407.
Nestoriana hæresis mater Pelagianæ. 198.
Nestorius & ejus hæresis. 200. Apollinari se opponens in contrarium errorem incidit. *ib.* In quo cum Pelagio convenerit dissenseritque? *ib.* Romæ primum damnatur. 201. Varios defensores est nactus. *ib.* Hodie etiam a quibusdam excusatur. *ib.* In concilio Ephesino damnatus, ac depositus. 209. 210. In exilio misere mortuus. 201.
Nicephorus cultus imaginum restitutor. 295. Fidei expositionem ad Leonem III. dat. 296.
Nicænum concilium I. quare, & a quo convocatum? 154. 155. *seqq.* Ejus præses. *ib.* Numerus episcoporum. *ib.* In eo vox ὁμοούσιος opportune adoptata. 155. Canones a Turriano ei adscripti parum auctoritatis habent. 156. Vivente Constantino ejus fidem nemo violare ausus. 158.
-- II. quibus caussis transactum? 281. Quis in eo præsederit? 282.
Nicolaitarum hæresis. 79. Eorum auctor. *ib. seq.*
Nicolaus I. quid in causa S. Ignat. & Photii gesserit. 293.
Noe ætas 17. In eo servata vera religio. *ibid.*
Noemidarũ VII. præcepta. 19.
Noeti impia dogmata. 110.
Notkerus scholarum San-Gallensium rector illustris. 305. Episcopus Leodiensis eligitur. *ib.* Variis scriptis clarus. *ibid.*
Novatianus horrendi schismatis incentor. 103. *seq.*

O.

Occanus *Guilielmus* Scoto se opponit. 356. Schismati Ludovici *Bavari* implicitus. 357.
Occidentis magnum schisma.

345. *seq.* Avenionēse quare dicatur? 346. Ej⁹ causæ. *ib.*
Orbis novus detectus. 360.
Orientis defectio sæculo VII. 258. *seq.*
Origenes in laude & vitupe- rio famosus. 122. Ejus pa- trocinium a multis susce- ptum. 123., 124. Vivus ob errorem circa fidem nun- quam damnatus. 123. Ob voluntariam mutilationem a communione disjunctus. *ib.* Ejus scripta a multis corrupta. *ib. seq.*
Originale peccatum non ab Adamo, sed propria cu- jusque corruptione repe- it Jo. Placæus. 405.
Orosius *Paulus* historiam contra Paganos edit. 227. Pelagianos prosequitur. *ib.* In Africam S. Augustinum consultandi causa venit. *ib.* A S. Augustino in Palæsti- nam ad S. Hieronymum mittitur. *ibid.* Apologiam adversus Pelagium con- scribit. 228.
Osius Cordubensis formulæ Arianæ subscribens glo- riam suam obscurat. 182. Conciliis fere omnibus præfuit. *ibid.*

P.

Pachomius *S.* divinitus edo- cetur S. Athanasium co- lumnam & lucernam ec- clesiæ esse constitutū. 172.
Paganismus in duas sectas di- stributus. 43. Græcorum superstitionibus maxime auctus. *ibid.*
Pajonius *Claudius* gratiæ o- perationem moralem tan- tum statuit. 404.
Palladius Anglorum, ac Hy- bernorum apostolus. 187.
Papias opinionem de regno millenario inducit. 101.
Parermeneutarū errores. 267.
Parisiensis academiæ decre- tum de immaculata B. V. M. conceptione recentius Scoto. 356.
Pascha in deserto semel a Judæis celebratum. 33.
Patripassiani qui dicti? 110.
Pauliciani Manichæorū pro- pago. 298. In quibus præ- cipue aberrent? *ib.*
Pauli *Samosateni* humilis de Christo opinio. 111.
Pauli, & Senecæ mutuæ epi- stolæ incertæ fidei. 84.
Paulus Cpolitanus patriarcha Monothelitis favens a Theodoro papa damnatur, & deponitur. 271.
Pelagius hæresiarcha patria Brittanus. 195. Ab Hero- te, & Lazaro ad Eulogium Cæsariens. defertur. 194. Patres Diospolitanæ syno- di decipit. *ib.* Ejus erro-

res. 193. Iis, a quo sit imbutus? *ib.* Ab ecclesiis undique damnatur. 195.
Persecutio Diocletianea dirissima. 127. Ejus origo potius a Galerio repetenda. *ib.* Gloriosum habuit exitum in pœnis persecutorum. 128.
Persona una tantum in Christo. 204. Vid. CHRISTUS.
Petavius *Dionys.* theologiæ dogmaticæ parens. 418. Variis calumniis fuit impetitus. *ib. seq.*
PetersoniusChiliasmum invehit. 434. Et Origenis errorem de restitutione omnium rerum. *ib.* Unde seductus? *ibid.*
Petitidier insigne opus de infallibilitate sum̃i pontificis. 450. In Gallia per carnifices comburitur. *ib.*
Petrus *de Alliaco* malleus hæreticorum. 367.
-- *Blesensis* unde dictus? 329. Compluribus scriptis clarus. *ibid.*
-- *de Bruis* Manichæismo addictus. 322. Ejus errorum recensio. *ib.*
-- *Cluniacensis* in theologia insignis. 329.
-- *Comestor* indigno commento frater P. Lombardi dicitur. 327. Quid cum hoc com̃une habuerit? *ib.*
Peyrerius *Isaac* Præadamitarum auctor. 410. Calvini sectam ejurat. *ib.*
Pharaonis obstinatio & fata. 27.
Pharisæorum errores. 40.
Philastrius Brixiensis episcopus. 185. Ob zelum suum ab Auxentio Ariano flagellis cæditur. *ib.* Ejus de hæresibus librum non tanti habuit Augustinus quam Epiphanii. *ib.*
Philippi *Pulchri*, & Bonifacii VIII. lites sæc. XIII. 344.
Philologi sæculi XVI. 390.
Philoponus præclarus sæculi VII. philosophus. 272. Jamblichum, & Proclum sui erroris convincit. *ib.* Ejus errores. 273.
Photianum schisma. 288. *seq.* Unde ortum? 289.
Photini errores circa subsistentiam Verbi, & Spiritus S. 143. Sæpius in conciliis damnatus. *ib.* 163. Publice sui erroris convictus in exilium mittitur. 144.
Photius in sedem Cpolitanam intrusus. 288. 293. S. Ignatium in conc. exauctorat. *ib.* Deponitur & excom̃unicatur. *ib.* Ejus schismatica synodus contra Nicolaum I. 293.
Pietismus. 399. Aliis fabula, aliis deterrima hæresis audit.

dit. *ib.* Ejus ſcopus. 400. 432. Lutheranorum fundamenta ſubruit. *ib.*

Piſanus conventus contra Julium II. 386. Eo abjurato plerique patres conc. Lateranenſi V. adhærent. *ib.*

Piſanum Conc. a quibus convocatum. 364. In eo Gregorio XII. & Bened. XIII. depoſitis. *ib.* Alexander V. ſufficitur. *ibid.*

Piſtorius *Joan.* ex Lutheraniſmo ad eccleſiam Rom. rediens Jac. Marggraffium Badenſ. ſecũ reducit. 391.

Pœnitentiæ relaxatio origo ſchiſmatis in Africa. 105.

Poiretus *Pet.* Burignoniæ fœminæ deliramentis ſeductus. 409. Fanaticiſmo favet. *ib. ſeq.*

Pontificum Romanorum factiones ſæc. XV. 359.

Pothinus Lugdunenſium epiſcopus ſæculo II. 89.

Prades *Jo. Mart. de*, propoſitiones in Sorbona defenſas revocat. 444. Bened. XIV. judicio damnatus. *ib.*

Prædeſtinatianorũ ſecta num aliqua extiterit? 196. 198.

Prædeſtinatio gratuita a Neſtorio negata. 200. Et quare? *ib.* Particularis juxta Calvinum. 380.

Prædicator. ord. origo. 332.

Praxeas diſtinctionem perſonarũ in divinis tollit. 110.

Praxedes *imperatrix* querelas contra Henr. conjugẽ in ſynodis deponit. 315.

Presbyteros epiſcopis æquales eſſe Arius voluit. 145.

Priſcillianiſtæ Hiſpania pelluntur. 164. Eorum hæreſis. *ib.* In concilio Cæſar-Auguſtano damnata. *ib.*

Probus *S.* dictus Paganus, quia chriſtianus. 131.

Prodius Adamitar. auctor. 95.

Proſper *S.* doctrinæ S. Aug. ſtrenuus in Galliis defenſor. 228. 230. Caſſianum impugnat. *ib. ſeq.*

Proſelyti *domicilii* & *juſtitiæ*. 36.

Proteſtantium nomen ubi ortum? 371.

Prumienſis monaſterii celebris ſchola. 305.

Puritani. 380. Eorum ſchiſma in Angl. excitatum. *ib. ſeq.* Et religionis ratio. *ib.* In varias partes abeunt. 381. Eorum varium genus. 404.

## Q.

Quakeri. 408. Tremuli unde nominati? *ib.* Eorum palmare dogma. *ib.* Aliæ circa dogmata aberrationes. *ib. ſeq.* CHRISTO duplex corpus tribuunt. *ib.* Homini duas ſubſtantias ex DEO, & dæmone. *ib.*

Quartodecimani. 96. Eorum origo. *ib.*

Quesnellus *Paschas.* Jansenismi controversiam resuscitat. 442. N. T. edit cum notis. *ib.* Centum & una propositiones in eo damnatæ. *ib.*
Quietismus Molinosi, & Fenelonii. 414. Magnos viros decepit. *ib.*
Quietistarum secta. 352. Et errores. *ib.*

R.

Raymundi *Mart. Pugio fidei* celebris. 343.
Raymundus *de Pennafort* in colligendis pontificum decretalibus clarus. 342.
-- *Tolosanus Comes*, ordini Prædicatorum obsistens a comite Montfortio impugnatur. 332.
Ratherius celebris sæc. IX. doctor. 306.
Rechabitarum institutum. 42.
Redemtionis mysterium a variis impetitum. 44. *seq.*
Religio quid? 2. Unde dicta? 5. Homini est necessaria. 2. Ejus finis. 3. 4. Veram inquirendi ratio. 8. 9. Virtute DEI propagata. 56. Hodiernæ status & conditio. 422. 423. *seq.*
Remigius *S.* Remensis Clodovæum ad fidem convertit. 254. In publico conventu Arianum ad veritatis confessionem adigit. *ib.*
Remonstrantes, 403. Magnos motus in Belgio excitant. *ib.* In Pelagianismum lapsi. *ib.* Latitudinarii dicti. *ib.*
Reordinâtes qui vocati? 313.
Rigorismus Jansenistarũ. 413.
Romani imperii felicitas cultui Deorum adscriptus. 51.
Romelinus *Ant.* Fanaticismo implicitus. 435. Religionem in actionibus ponit. *ib.* Omissis credendis. *ib.*
Roscellini error circa Trinitatem. 312. *seq.*
Rufinus apud Anastasium papam hæreseos postulatus se purgat. 223. S. Hieron. Origenianismi accusat. *ib.*
-- *Syrus* Pelagianam hæresin Romam defert. 193. Pelagium suis erroribus imbuit. *ib.*
Ruisswich *Hermanni* errores. 363.
Rupertus Tuitien. doctor insignis. 328. Unionem hypostaticam in eucharistia num agnoverit? *ib.*
Russi circa religionem scribunt. 449. Neutiquam irreconciliabiles sunt. *ib.*

S.

Sabellius lucem solis cum Filio DEI quomodo comparaverit? 110. Potius Paulo *Samosatensi*, quam Patripassianis adhæsisse videtur. 111.

Sacerdotii, & imperii lites sæculo XII. 318. 319.
Sacerdotium spirituale nimis hodie extensum. 431. Ad pietismum ducit. *ib.*
Sacrificia quem in finem antiquitus instituta? 16.
Sadducæorum secta unde? 41. Eorum errores. *ib.*
Sæculo V. varia concilia particularia. 215. 216.
Sæculi X. status haud adeo funestus quam vulgo creditur. 300. *seq.* Eo labente insignes coloniæ ecclesiæ additæ. 301. Ab hæresum contagione liberum fuit. 302. Qualem hinc calumniandi occasioně eccl. hostes arripiant? *ib.* Plurima concil. ad morū reformationě in eo habita. 303.
-- XI. doctores & fidei assertores magno numero. 317.
Salvianus Jeremias sui temporis. 230.
Samaritani in varias sectas discissi. 39. Ad montě Garizim conversi orabant. 38.
Sanctitas religionis christianæ. 60. *seq.* Variæ adversus eam criminationes. *ib.*
Saporis persecutio in religionem christianam. 135.
Sarcolatræ quare vocati Apollinaristæ? 149.
Sardicense concilium a quo congregatum? 159. Ejus præses Osius. *ib.* Pro œcumenico non habetur. *ib.* In eo Athanasius & Marcellus Ancyranus rejiciuntur. *ib.* Nulla in eo fidei formula est edita. *ib.*
Saturniliani. 91.
Saxonicæ gentis ad fidem conversio piis Caroli M. curis facta. 278.
Scherlockius in Tritheismum unde lapsus? 439.
Schisma Hierosol. 77. Antioch. *ib.* Corinth. *ib.* Facile a D. Paulo sopitum. *ib.*
-- Meletianum ex ambitione primatus ortum. 146.
-- Pontificum Rom. sæculo XIV. 345. *seq.*
Schwenckfeldius veram carnem CHRISTO negat. 384. Alii ejus errores. *ib.*
Sclavonicæ gentis conversio per Arnoně Ep. Salisb. 290.
Scotistarum secta quomodo, & unde orta? 355.
Scotus *Jo. Duns* doctor subtilis. 355. Ejus de imaculata concept. B. V. Parisiis habita defensio. 356.
Scriptores sæculi VI. varii. 250. *seq.*
-- sæculi IX. 295. *seqq.*
Scytæ *Mon.* ob propositioně *unus de Trinitate crucifix*<sup></sup> *est.* coërcentur. 243. Legatis Rom. pontificis fidei libellum offerunt. 244. Re-

pulsam passi ad Hormisdã appellant. *ib.* Remittuntur ad Possessorem Cpolim. *ib.* In partes trahunt Africanos episcopos pro fide in Sardinia exules. *ib.*
Seleuciense concil. ex Ep. Arianis,& semi-Arianis. 162.
Semi-Arianorum error. 139. 141.
Semi - Pelagionorum errores circa prædestinationẽ hominis. 197. Impugnati a SS.August. & Prospero. *ib.*
Sergius *Mon.* Mahumedem in Alcorano conficiendo juvat. 261. Monothelitarum parens. 270.
Severus sedemAntioch. invadit. 245. Eutychianæ hæresis promotor. *ib.* Ab Agapeto deponitur. *ib.*
Sylverius *Papa* pro fidei causa relegatur. 241.
Simon *Magus* Eonum inventor. 78. Ac parens Gnosticorum. *ib.* Ejus impia dogmata. *ib. seq.*
Socinianorum errores circa mysteriumTrinit. & Incarnat. 385. Circa divinitatem Christi. *ib.* Peccatum originale. *ib.* Gratiæ necessitatem. *ib.* Prædestinationem. *ib.* Præscientiam Dei &c. *ib.*
Socrates obtinere non potuit ut pro ejus doctrina mortem quis oppeteret. 54.
Sorbonici doctores unionem cum Ruthenis frustra meditati. 425.
Spenerus *Jac.* Lutheranismũ deplorat. 399. Collegia pietatis instituit. *ib.* Calumniæ in eum cumulatæ. 400. 433
Spiritum S. naturæ se humanæ carnis imiscuisse qua ratione asseruerint antiqui patres? 175. Eundem creaturam filii esse blasphemavit Arius. 140.
Stancari *Fr.* error circa Christum mediatorem. 376.
Status Judaici post mortem Josue variæ vicissitudines. 33. 34.
-- Primævi religio . 15. *seq.*
Stephanus VII. Rom. Pont. ingentium malorũ auctor. 301. Ejus in decessorem suum imane facinus. 289.
Suavis *Petri* historia concil. Trid. ad invidiam conflandam confecta. 387.
Supra - Lapsarii. 380.
Syncretistæ. 398. Eorum conatus reuniendi diversas religiones. *ib.* Adversarios nacti. *ib.* Sectam non reliquerunt. 399.
Synodale sæculum cur dictum XV. ? 364.
Synodus quini- sexta, seu in Trullo, quare sic dicta? 271. Omnes ejus canones

ab ecclesia Romana non sunt approbati. *ib.*
Συνυσίωσιν corporis cum Deitate in Christo admisit Polemon. 150.

T.

Tanchelinus Adamitarum auctor. 320. Ejus errores. *ib.* Et existimatio summa Antwerpiæ. *ib.*
Templarii. 347. Eorum detestanda crimina. *ib.* In variis conciliis damnati. 353.
Teraphim. varia auctorum de iis opiniones. 26.
Tertullianus Montani somnia probat. 119. Ejus præclara scripta. *ib.* & error. 120.
Theocatagnostæ qui sint? 267
Theodoretus singularis cultor Theodori *Mopsuest.* 233. Episc. Cyri multos hæreticos convertit. *ib.* A partibus Nestorii tardius avulsus. *ib. seq.* A Dioscoro deponitur. 234. Romæ dignitati suæ restitutus in concil. Chalced. plene absolvitur. *ib.* Ejus scripta inter 3. cap. damnata. *ib.*
Theodorus *Mopsuestenus* episc. 249. Hæresum sæc. V. parens. 193. 199. Librum Canticorum, Job, aliosque rejicit. 233. In V. syn. œc. quoad scripta & personam damnatus. 249.
Theodorus Studite[s] cerrimus Icono[...] 296. Bis in exil[...] gatur. *ib.* Et quar[...] reticorum sacram[...] nullis habere vi[...]
Theodosius *Cp. imp[...]* Ephesi convocat. [...] storianorum, & [...] concilii partes a[...] Concilii judicio [...] Varia concilian[...] consilia capit. *i[b.]* tentiæ publicæ a[...] S. Ambrosio. 17[...]
Theologiæ nova fa[...] XVII. 418. *seq.* dium maxime flo[...] XV. 367. 368.
Theophilus *Alexan[...]* phanium ceu h[...] accusat apud Siri[...] Origenistarū host[...] S. Chrysost. iniqu[...] 218. Exilium ei [...] auxilio procurat.
Theophilus *Edess.* V[...] Syriacas sæculo V[...] nit. 285.
Thomas *Aqin.* sum[...] gicæ verus, ac [...] auctor. 341.
Thomas *Chubb.* Ang[...] hami illusor. 23.
Thomas *de Kempis* [au]ctor libelli de i[...] Christi, incertum
Thomasius in illust[...]

gmatibus insignis. 419. Atheismi a Harduino petitus. *ib.*
Thomisticæ sectæ origo. 355.
Thymolontes ab Iconoclastis distincti. 280. Eorum furor in sacrás imagines. *ib.*
Timothe⁹ *Elurus* factionem Alex. inducit. 205. S. Proterio necem molitur. *ib.* Concilium Chalced. & S. Leonem damnat, & ad imperatorem defert. *ib.*
Traditores qui nũcupati? 136.
Treviris sæc. XII. deterrimæ hæreses exortæ. 333. *seq.*
Tridentinum Conc. in rebus fidei a Gallis receptũ. 388. Ejus convocatio. 386. Varii ejusd. status, ac translatio. 387. Decennio duravit. *ib.* Quales conditiones a protestantibus in eo postulatæ? *ib.* Plus cōmodi ecclesiæ, quam Nicænum attulit. *ib.*
Trinitatis mysteriũ varie hodie lacessitũ. 438. 439. *seq.*
Tubingensium theologorum cum Giessensibus contentio de statu exinanitionis Christi. 397.
Turcarum invasiones sæculo XV. 360. Contra eos armati christiani. *ib.*
Typi non in ritibus solum, sed personis etiam, ac gestis latent. 31. *seq.*

U.

Valentini *Eones*. 92. Unde systema de mundi creatione acceperit? *ib.* Varios habuit discipulos. *ib.*
Valentiniani Christum a primo Eone missũ dicunt. 95.
Verba Christi: *Hoc est corpus meum*, in omnem partem a novatorib⁹ detorta. 378.
Verbi divinitas ab Arianis sublata. 139. *seq.*
Verbum loco animæ in Christo Apollinar. statuũt. 149.
Victorinus Passav. episc. 125. Ejus scripta ad nos non devenerunt. 126. Præter cōmentaria in Apocal. *ib.*
Viēnensis Conc. œcum. XV. convocatio. 353. tempus, præses, causæ celebrationis, & ejusdē acta. *ib. seq.*
Vigilantii errores. 151.
Vigili⁹ vivente Silverio Pap. electus. 241. Veritatē catholicam non prodidit. *ib.* Conc. Chalced. pro vero agnoscit. *ib.* Ejus *judicatum* contra tria cap. 247. Ab Episc. Afr. & Occidentis damnatus. *ib. seq.* Concil. Cpolitano II. adesse renuit. 248. Quare? 247.
Vincentius *Lirinensis* auctor non est objectionum Vincentianar. 230. Nec libri *Prædestinat⁹* inscripti. *ib.*

Ύπο-

Ὑπόςασιν qua ratione verbo divino tribuerit Paulus *Samosatenus*? 111.
Universalistæ hypothetici. 404. Absoluti. *ib.*
Utterman *Jac.* corporalē de Deo conceptū format. 384.

W.

Walafridi *Strabonis* commentaria in scripturam S. insignia. 297.
Waldenses unde orti? 323. Varia nomina sunt sortiti. *ibid.* Eorum errores. *ib.* Horrendis libidinib⁹ erant dediti. 324. In Galliis sacrum bellum contra eos indictum. 332. Sæc. XII. maxime grassati. 333.
Wandalorum in ecclef. Afr. persecutio. 192. Catholicos etiam invitos rebaptizant. *ib.* Rom. urbem devastant, salva religione. *ib.*
Westenius *Jac.* Socinianismi suspectus. 440.
Whistonus Arianismum resuscitat. 438. Novam baptismi formulam conficit. *ib.* Alii ejus errores circa Christum. *ib.*
Wicleffus *Jo.* Lutheranorum antesignanus. 390. Ejus odium in Rom. eccl. 350. Errores, & impia dogmata. *ib. seq.* & 362. A discipulis suis quare Jo. Augustinus nuncupatus? 352. Ejus inconstantia circa doctrinam eucharistiæ. *ib.* In conc. Vienen. & duob⁹ Londin. damnatur. 353. 354.

X.

Xenaja non baptizatus, episcopus creatur. 240. Ejus in S. Flavianum crudelitas. *ib.*

Z.

Zinzendorfii *Ludov.* secta. 436.
Zosimus *P.R.* detecta fraude Celestium damnat. 195.

*F I N I S.*

---

ERRATA.

Pag. 96. lin. 1. pro *magico*, lege magica. P. 138. lin. 28. p. *tantum*, lege tantus. P. 150. l. 1. p. *vacantur*, lege vocantur. P. 150. l. 21. p. *συνχσίασιν* lege *συνχσίωσιν*. P. 159. l. 24. 25. p. S. Athasio, lege S. Athanasio. P. 266. l. 20. p. *quam*, lege quem. P. 270. l. ult. p. Constantinus, lege Constans. P. 287. lin. 7. p. *decretates*, lege decretales. P. 287. l. 23. p. *mamnuscripta*, lege manuscripta. P. 293. l. 16. p. *ertior*, lege certior. P. 403. l. 30. p. *Socinanorum*, lege Socinianorum.

2456





